

MAGNUM BULLARIUM ROMANUM,

SS. Pontificum URBANI VIII. & INNOCENTII X.
Constitutiones complectens.

OPUS ABSOLUTISSIMUM LAERTII CHERUBINI,
præstantissimi Jurisconsulti Romani; & à D. Angelo Cherubino, Monacho
Cassinensi, novissimè verò à RR. PP. Angelo à Lantusca, & Joanne Paulo à
Roma, Ordinis Minorum S. Francisci Strictioris Observantiae, quinti Tomi
editione illustratum, & auctum.

EDITIO NOVISSIMA,

*Quinque Tomis distributa, Vitis & Iconibus aneis omnium Pontificum decorata:
in qua non solum Constitutiones omnes S. D. N. URBANI VIII. quotquot
reperi potuerunt, ordine temporis inserta, Appendicesque duas suis restitutis
locis; verum & S. D. N. INNOCENTII X. ALEXANDRI VII. CLEMENTIS IX.
& CLEMENTIS X. Constitutiones usque ad hanc diem emanata, superaddita
sunt, Rubricis suis, & Scholiis convenientibus, Summariisque marginalibus
exornata, ac tandem uberioribus quam ante Indicibus locupletata.*

TOMUS QUARTUS.

Cui ad calcem adjecta est APPENDIX nonnullarum constitutionum circa Ordinem B. Marie
de Mercede Redemptionis Captivorum.



LUGDUNI.

Sumptibus PETRI BORDE, JOANNIS & PETRI ARNAUD.

M. DC. LXXXII.
CUM PRIVILEGIO REGIS.

Law
Canon Law
BULL
1692

56645
Jy 1956
Hans Ref

**INDEX DUORUM
ROMANORVM
PONTIFICUM,
QUORUM CONSTITUTIONES**
Juxta temporum seriem continentur in hoc
Quarto Tomo.

Vrbanus VIII. Florentinus habet const. 169.

pag. 1

Innocentius X. Romanus habet const. 32. pag. 237



Summa Privilegii Regis Christianissimi.

UD O V I C I X I V. Galliae & Navarræ Regis Diplomate
sancitum est, ne quis in Regno suo, alijsve locis ditioni suæ
subje&tis, intra proximos annos quinque ab exspiratione præ-
cedentis Privilegii, decima quinta die Novembris ad decen-
nium concessi inchoandos ac numerandos, excudat, vendat,
excudendum, vendendumque quovis modo & ratione conetur
Librum qui inscribitur, *Magnum Bullarium Romanum*, noviter edi-
tum, antea in quatuor Tomos distributum, nunc verò Tomo quinto adaugatum,
in quo omnes Bullæ & Constitutiones ab ultimis Pontificibus usque ad hanc diem
emanatae continentur, & Iconibus æneis omnium dictorum Pontificum exorna-
tum, præter PETRUM BORDE Bibliopolam Lugdunensem, aut illos quibus ipse-
met concesserit. Prohibitum insuper est eadem authoritate Regia omnibus suis sub-
ditis idem Opus extra Regni sui limites imprimendum curare, vel quempiam, ubi-
cumque fuerit, ad id agendum impellere, ac instigare, sine consensu dicti BORDE.
Idque omne sub confiscatione Librorum, alijsque pœnis in originali Diplomate
contra delinquentes expressis. Datum Sancti Germani in Laye, vigesimaliæ sextæ die
Novembris 1671.

Demandato Regis

Signatum

C A D E T.

Hec ultima editio desit excludi die 15. Decembris 1691.

V R B A N V S VIII.
P O N T. C C X X X I X .
A N N O D O M I N I M D C X X I I I .



URBANUS OCTAVUS Florentinus, Mapheus antea dictus, Antonii Barberini filius, S. Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tit. S. Onuphrii, Romæ die 6. Augusti Summus Pontifex pronuntiatus, anno Dom. 1623. & die 29. Sept. ejusdem anni coronatus. Creavit usque ad præsentem diem Cardinales 42.

Privilegia, Gratiæ & Indulta concessa Conclavistis, qui interfuerunt in Conclavi, in quo S. D. N. Urbanus VIII. Divina inspirante Providentia ad summi Apostolatus apicem fuit electus.

Non dissimiles gratias concesserant Conclavistis suorum temporum Clem. VIII. const. 16. Aequitati, sup. tom. 3. Et Paul. V const. 3. Romanum, ubi sup. ac Greg. XV. ut in sua const. 1. Romanus, hic sup.

Edita An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
1623. Servus Servorum Dei: Ad futuram rei memoriam.

Præmium.

CIRCUMSPECTA in omnibus Romani Pontificis providentia, singulorum merita æqua lance considerans, illos posterioribus gratiis, & favoribus prosequitur, quos erga se & Sedem Apostolicam benemeritos, & in laboribus, & vigiliis pro Sede ipsa sufferendis indefessos, & pluribus cognoscit meritis adjuvari.

Ihos Conclavistis ob remuneracionem laborum absolvit à Censuris, & eisdem donat decenn illius finis auro.

Bullar. Mag. Tom. IV.

jusmodi, favoribus, gratiis, & pri. illegiis, pro cuiusque in toti loci meritis exornare volentes, ipsorum Conclavistas, & Montium vacabilium excommunicationis, suscepimus, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, pensionis, & pénalis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, hatum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum Conclavistarum, vel alicujus eorum, vel aterius pro ei Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex nostra mera liberalitate, ipsos Conclavistas, & eorum singulos, quibus eriam hodie summam decem millium scutorum auti in auro, in toti locis Montium vacabilium de Urbe, cum primùm illos vacare contigerit, per duos saltem ex Deputatis ab ipsis Conclavistis, inter eosdem Conclavistas, & per singula eorum capita solitum præscriptum numerum non excedentia, non autem singulas cellulas æquis portionibus distribuendorum, gratiosè, & irrevocabili- ter Apostolica auctoritate donavimus.

§. 1. Hinc est quod Nos dilectos filios Conclavistas, qui in Conclavi, in quo Nos, divina favente clementia, ad summi Apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, & Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, uti familiares, & contineti commensales interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, & incommoda plura subiérunt, habita ratione obsequiorum hu-

er tractu nobis
latis, Crux, et
litteras, et
fides, et famili-
tates Papæ;
& Comites
Lettarib; et
del. A. et
ieca notarii
for præceptio
ritici arti
latum

A

latum

URBANUS OCTAVUS.

latum ab eisdem tribus Cardinalibus digni taliter honore reputati fuerint, Sacri Palatii, & Aule Laurentianis Gomito, & Malti, ac tam illos, quam omnes, & quos-
cumque alios Conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt nobiles, quicunque Urbis, vel Aliucujus alterius ex Civi-
tatis temporali domino eiusdem Romana Ecclesie Cardi-
naliū decernimus.

temporis dominio ejusdem Romana Ecclesie
mediata vel immediate subjecti, Cives esse value-
rint, singulos in ea ipsa civitate, quam signatim quis-
que eorum elegerit, & ad quinque ab eisdem tribus Cardi-
nibus se admitti perferat, Vero cives ad instar, & nulla
prosperus differentia, inter eos, & singulos alios veros,
originarios, & antiquissimos, etiam nobiles, & partici-
pantes Cives ipsius Urbis, vel civitatis, ita ut ipsum jus
civitatis ad quoscumque illorum hæredes codicem modo
transeat, creamus, constituius, & assignamus, ac nobis
litatis, & civilitatis titulo, honore, & insignibus deco-
ramus, aliorumque familiarium, & continuorum com-
mensalium Nobis actu in Palatio nostro Apostolico in-
servientium, ac in illius cinello comedentium, & biben-
tium, ac nostrotum, ac Sedis praedictæ Notariorum, Pa-
latiæ, & Aulæ praedictorum Comitum, Militum, &
Nobilium, ac Civium hujusmodi originariorum nume-
ro, & confortio favorabiliter aggregamus, ac pro veris,
indubitatibus, & non fictis familiaribus, continuis com-
mensalibus, ac Notariis nostris, Comitibus, Militibus,
Nobilibus, & Civibus deinceps habeti, & reputari vo-
lamus, ac mandamus.

*Baronumque
privilegiis,
gratia, & in-
dulcis, etiam si
erund habet
non deferant,
gaudent de-
clarans.*

§. 3. Eisque ut in quibuscumque impetracionibus, concessionibus & literis, tam gratiam, quam justitiam concernentibus, se familiariter continuos Commensales nostros, Comites, Milites, Nobiles, & Civis, etiam originarios nominare, nec propterea impetraciones, concessiones, & literæ subreptionis ratio subjacent, sed validæ, & efficaces existant, ac nonnunq[ue] deinceps in perpetuum omnibus & quibuscumque ac prorsus similibus antelationum antelationibus, prerrogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exceptionibus, decretis, declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac iuribus, quibus illi nostri familiares tempore dictæ assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apostem, ac quibus alii ejusdem sedis Notarii, etiam de numero participantium existentes, etiam si habitum, & rochetum Notariorum ipsius sedis non deferant, Palatiique, & Aulæ prefarorum Comes, Milites, Nobiles etiam originarii, ac antiquissimi civives ejusdem Urbis, vel Civitatis, quam, ut praesertim, legerint, quique ex utroque parente verè nobili, & civi originario, & antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet, etiam quoad affectionem quorumunque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam per quasunque literas, seu constitutiones Apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac fui, frui, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in turum, ubique locorum in judicio, & extra, sine tamen prudem Notariorum de numero participantium praedictio, uti, frui, potiri, & gaudere liberè, & licite vagari, realiter, & integrè in omnibus, & per omnia, iamisi in Urbe, & Civitate hujusmodi non habitavent, perinde ac si de verè nobili genere, & ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo Cive procrearent, & hujusmodi prerrogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, & iura quæ o aliis nobilibus, & Civibus originariis emanarent, & ratione Nobilitatis, & Civilitatis naturalis, & originarii aliis competunt, pro eisdem Conclavistis in spece emanassent, seu emanarent, & eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel aliis competentem, autoritate, & tenore similibus indulgamus.

§. 4. Singulosque Conclavistas predictos à solutione

&
di
ex
tu

**§. 4. Singulosque Conclavistas praeditos à solutione, exactione Decimorum & cujuscumque Pedagii, Subsil-
-ta, Gabellæ, & cujuscumque oneris, tam ordinarii, quam
traordinarii, obique locorum, & ex quacumque quanti-
tatis urgentissima, & inexigibili causa, & occasio-
-ne, etiam ad instantiam Imperatoris, Regum, & Rerum
publicarum, etiam Venetiarum, ac aliorum quorumque
Principum impositarum, & impositorum pro**

tempore &c nunc, prout ex causa, & contra, & potius
quam dicta huiusmodi impositionis, & solutionis eva-
nescit, liberamus & excusat, liberorumque & exemptos
fieri, & esse ad instar Sancte Romanae Ecclesie Cardi-
nalium decernimus.

§.5. Ac à quibusvis excommunicatis, suspensionis,
& interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris,
et penis, si quas quoniamlibet propter contraventio-
nes contentotum in Constitutionibus super creatione
Romani Pontificis pro tempore editis, vel alias quoniam-
libet incurserunt, in foro conscientiae tantum absolu-
vimus, & liberamus.

9.6. Ac omnes, & quoscumque defectus, si qui forte
sint, omnium provisionum, Beneficiorum, Dignitatum,
ac Pensionum corundem Conclavistarum, tam ex multi-
plicitate titulorum, & ob incursionem quatumcumque
censurarum, & irregularitatis, quam alias ex quavis cau-
sa provenientes sanamus, ac hujusmodi provisiones, vi-
gore eorum privilegiorum, in foro consciente tantum,
perinde ac h^{ab} novas provisiones obtinuerint, revalida-
mus, & quatenus opus sit, omnibus & singulis eorum
de omnibus, & singulis dignitatibus, & aliis cum cura,
& sine cura beneficiis Ecclesiasticis, quomodolibet qua-
lificatis, & nuncupatis, etiam cujusvis ordinis regulari-
bus, per eos respectivè obtentis, de novo etiam respe-
ctivè providemus, & omnes & singulas pensions eis, &
eorum singulis, super quibusvis beneficiis Ecclesiasticis
quomodolibet qualificatis & nuncupatis, etiam alicujus
ordinis regularibus respectivè reservatis, similiter de
novo reservamus.

§. 7. Ipsisque Conclavistis , eorumque singulis quo-
cumque fructus, redditus, & proventus Ecclesiasticos oc-
casione quartumcumque dignitatum , canonicatum , &
præbendarum , aliorumque beneficiorum Ecclesiastico-
rum quorumcumque , ac quartumcumque pensionum an-
nuarum ipsis , vel eorum cuiilibet collatorum , & reserva-
tarum , tam ex antedictis , quam ex aliis defectibus , & oc-
casionibus , etiam ratione omissionis recitationis hora-
rum Canonicarum indebet perceptos , cujuscumque
quantitatis fuerint , gratiosè remittimus , & condonamus
Romieis fru-
ctus male per-
ceptos , tam ob
antedictos ,
quam alios de-
fetibus , etiam
ob non recita-
tionem hora-
rum Canoni-
carum .

9.8. Ac cum eis super inhabilitate , & irregularitate per eos properte quomodolibet contrafacta, vel etiam ex eo quod Censuris hujusmodi ligati Missas,& alia Divina officia , dummodo tamen non in contemptu Clavium, celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, quodque illa , & aliis præmissis non obstantibus, ad omnes, etiam Sacros,& Presbyteratus Ordines aliæ ritè ,& dummodo nullum alicui eorum obstet canonicum impedimentum , promoveri , & in illis & in suscepitis per eos alias ritè Ordinibus , etiam in Altaris Ministerio ministre , etiam liberè , & licite valeant , dispensamus.

9.9. Ac secundum Conclavistica f. qui cap. 1. c. 2.

§.9. Ac eodem Conclavista, si qui eorum defectum atalium patiuntur, ex quocumque damnato, & illico itu, etiam si ex nobilissimis parentibus, & vilibus fœminis forsan procreati sint, etiam si legitimati existant, legitimamus, omnemque ab illis geniture hujusmodi acutaculum, sive notam abstergimus, & abolemus, ac legitimis natalibus restituimus.

§. 10. Et cum eorum singulis , ut in quibuscumque Habilitarque
ad successio-
nes bonorum
omnium, pra-
ter Ecclesiarum
biens.
onis paternis , & maternis aliorum confanguineorum,
et cognatorum, vel aliorum quorumcumque , sine ra-
men prejudicio venientium ab intestato , vel ex fidei-
commisso, seu alias de jure valida dispositione , & pra-
terquam in bonis Ecclesiasticis , & ab Ecclesia prove-
tentibus succedere , & illa donationis , vel alio quovis
tulo consequi & habere , ac ad aequales portiones cum
igitimis succedere, eos ad omnia iura, legitimas, succes-
iones ex testamento, vel ab intestato, hereditates, lega-
, libertates restituendo realiter , & cum effectu.
§. 11. Acad dignitatem bonorum , & ceterorum

6.11. Ac ad dignitates, honores, & quæcumque alia officia secularia, publica, vel privata, etiam assumi, illaque rere, & exercere in omnibus, & per omnia, ac si de legi- no matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non oblistat, ut clericali charactere, qui illo nondum insigniti sint, insi- siri, ac ad omnes etiam sacros, & presbyteratus ordi- ni, si nondum ad illos promoti sint promoveri, et ad

URBANUS OCTAVUS.

1

modum charactere, & ordinibus hujusmodi, illorumque re, & in illis, dummodo alias ipsi habitum decentem & trionimoniū
privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus, etiam in Altaris honestum deferant, incedere minimè debeant, nec ad id
ministerio ministrare, ac quacumque & qualiacumque, & quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquam
cum cura & sine cura beneficia Ecclesiastica, etiam sententias, censuras, ac etiam privationis, seu cassationis
personas, administrationes, & officia, etiam curata, & ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum in-
electiva, in Cathedralibus & Metropolitanis vel Colle-
giatis Ecclesiis, seu parochiales Ecclesiae, vel carum
perpetua Vicarie, ac Canonicas, & Præbendæ, Digni-
tates, non tamen majores post Pontificem, aut pri-
pales in Collegiatis Ecclesiis hujusmodi fuerint, si tibi
alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, presen-
tentur, vel alias assumuntur ad illa & instituantur in eis-
dem, recipere, & dummodo plura simul non sint, quam
qua à Concilio Tridentino permittuntur, retinere libe-
re, & licet valeant.

Indulget ut possint nominare personas ad personas summa 100. ducatorum auris non excedentes.

§. 12. Ac eisdem Conclavistis, & eorum singulis, ut quicunque loci Ordinarii, vel Canonicis Metropolitanis, vel Cathedralium, seu durarum insignium Urbis Colle-
giatarum Ecclesiastarum, aut personæ alia quæcumque Ec-
clesiastica in dignitate Ecclesiastica constitutæ, tam in Romana Curia, quam extra eam ad id per eos, & eorum singulos eligendi, seu eligendæ, quacumque pensiones annuas eis, & eorum singulis super quibuscum fructibus, redditibus, & preventibus quoruncumque bene-
ficiorum Ecclesiasticorum, etiam per S.R.E. Card. obtinendorum, & in posterum obtinendorum, cum cura & sine cura, sacerdotialium & quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, & preventus hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiā si alias semel, aut plures translate, seu translati fuerint, usque ad summam centum ducatorum aurii de Camera similium, in toto, vel in parte, ac etiam in mortis articulo cassare, & extinguiere, & postquam cassata, & extincta fuerint, alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, & preventus hujusmodi, usque ad summam prædictam, unius, vel pluribus aliis per-
sonis Ecclesiasticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum insigniti sint, cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto charactere ritè insigniti fuerint, per eisdem Conclavistis, & eorum singulos nomi-
nandis, etiam quæcumque, quotcumque, & qualiacumque beneficia Ecclesiastica obtinentibus, & expectantibus, alias tamen capacibus, similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, & forma, quibus eisdem Conclavistis reservatae, seu reservati fue-
rint, etiam absque beneficia ipsa obtinentium consensu integrè persolvendas, ac per eos propria auctoritate per-
cipiendas, exigendas & levandas reservare, constituere, concedere & assignare valeant, atque in qua possibilia
dictas pensiones exigendi, in qua ipsi Conclavistæ tempore translationis per eos præsentium vigore facien-
dæ existebant, in omnibus, & per omnia subrogati esse censeantur, etiam concedimus, & indulgemus.

§. 13. Etiam si similem gratiam à Prædecessoribus nostris aliis forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obti-
nuerit, tam vigore aliorum privilegiorum Conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, & privilegio, quorum effectum per hanc novam gratiam, & concessio-
nem impediri nolumus, sed cumulatively concessamus, vel concessas esse volumus; itaut quilibet eorum cumulati-
vè, & ampliative prædictis facultatibus præsentibus, ac præteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, & poti-
tati possit. Decernentes ipsas translationes, & novas re-
servationes, constitutiones, & assignationes pensionum, seu fructuum, reddituum, & preventuum hujusmodi, ut præfetur, faciendas, ex nunc prout postquam factæ fue-
rint, plenam roboris firmitatem obtinete, ipsosque be-
neficia, super quorum fructibus redditibus, & proven-
tibus reservatae fuerint, obtinentes, ad illas persolven-
das efficaciter obligatos fore.

§. 14. Ac cum eisdem Conclavistis, quod ratione qua-
rumcumque pensionum annuarum eis, & eorum cuiilibet Clericallis super quibuscumque beneficis Eccl. etiam Cathedrali-
& super reli-
bus, & aliis Ecclesiis, seu Monasteriis, etiam à prædictis
S.R.E. Card. obtinendis, vel alias quomodolibet qualifi-
catis, non tamen ultra summam ducatorum ducentorum
excedentium, patrum pro quilibet, nunc, & pro tempore reservatarum,
etiam si ma-
& reservandarum, habitum, & tonsuram clericales gesta-
Bullar. Mag. Tom. I V.

§. 15. Postrem quod bona quæcumque ad dictos Conclavistas & eorum quemlibet spectantia, & per eos etiam ratione quoruncumque beneficiorum Ecclesiasticorum, etiam canoniciatum, & præbendarum, ac dignitatuum, etiam majorum, & principalium, etiam speciali nota, & expressione dignatur quaruncumque, pet eos aliquas obtentorum, & obtinendorum, aut alias quomodo-
libet & quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria, licita tamen, ac aliæ licite acquisita, & acquirenda, etiam in Urbe, ejusque districto, ac ubique existentium spoliis minimè subjaceant, sed Conclavisti prædicti, etiam Religioni alicujus Militia, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani adscripti fuerint, de illis in favorem quaruncumque personarum, etiam Curiales esse desierint, & in quocumque loco, quantumvis remoto, etiam extra eorum, & cujuslibet ipsorum propriam residen-
tiam eos decedere contigerit, testari, & aliæ disponere, nisi ab intestato decedebitis, illegitimi eorum heredes quicunque succedere liberè & licet valeant, simili modo concedimus, & indulgemus.

§. 16. Præcipientes, ac mandantes dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus S.R.E. Camerario, & The-
saurario, Præsidentibus, Clericis Camerae nostræ Aposto-
lica, & quibusvis aliis spoliorum hujusmodi Collectoribus, & Subcollectoribus, ac Militiarium prædictarum Of-
ficialibus, aut Prioribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes prædictorum Conclavistarum desuper molestatæ audeant, seu præsumant, ac etiam decer-
nentes donationes etiā per viam testamenti, & codicillo-
rum per ipsos Conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas, semper, & perpetuè validas, & efficaces fore.

§. 17. Nec eisdem Conclavistis, corumve aliquem ad praesentes literas in dicta Camera insinuandum, aut ad-
mitti, & regitrii petendum teneri, nec illas, etiam si ille intra tempus legitimum insinuatæ, admisste, seu re-
gistratae non fuerint, propterea minus validas censi-
re, sed suos plenarios effectus sortiri debere.

§. 18. Ac eisdem præsentes literas, & in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, constitutionibus Apost. similium gratiarum revocatoris, vel que eas limitarent, seu moderarentur, quam à Nobis, &
dicta Sede, & pro tempore, & ex quibusvis causis, etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, & divini cultus augmentum, etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hæc tenus, vel in posterum emanaverint, minimè comprehensas esse, sed quoties illæ emanabant, toties eisdem præsentes in prissimum statum restitutas, repon-
tas & reintegratas esse, & censi.

§. 19. Sicutque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis littera judicandi, & interpretandi facultate, ubique judicari, & de-
finiri debere, itinunque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantem congerit attentari.

§. 20. Et iusupr dilectis filiis nostris Ludovico tituli S. Laurentii in Damaso Presbytero Cardinali Ludovisi nuncupato, S.R.E. Vicecancellario, & literatum Apo-
stolicarum Summatori, ac Secretariis Apostolicis, & Præsidenti Plumbi, aliisque Officialibus ad quos litera-
rum earundem expeditio per viam secretam spectat, in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub hœc cena indignationis nostra, Motu simili, & ex certa scientia, ac de Aposto-
lica potestatis plenitudine etiam mandamus, ut eisdem præsentes literas super præmissis omnibus, & singulis, tam conjunctim, quam separatim, ac pio singulis quibus

URBANUS OCTAVUS.

quibus concessa fuerunt, ac seorsum, & separatim cum omnibus, & quibuscumque derogationibus, decretis, & clausulis in eis contentis, gratias etiam quoad compositionem in Dataria, & per viam secretam, absque aliquo mandato expediant, & expediti faciant.

*Confirma
tio
nem
Privi
legia
eisdem
Conclavistis
com effa.*

*Cancellaria
removeret.*

§. 21. Et infra omnia, & singula privilegia, gratias, & concessiones eisdem Conclavistis, & eorum cui libet à diversis Summis Pontificibus prædecessoribus nostris hucusque concessa, Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus confirmamus, & approbamus, ac de novo liberalissime concedimus.

§. 22. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem Notariorum numero, etiam ad illud nondum sit devenit, cui per hoc alias non intendimus derogare, ac nostra & Cancellaria Apostolica regula de præstando consensu in pensionibus, ac felicis recordationis Pii V. de similibus vel dissimilibus gratis in Camera Apostolica huius tres Menses præsentandis, & registrandis, ac Pii V. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum contra illegitimos, necnon Pia & aientis Concilii, ac nostris, & Cancellaria prædicta Regulis, etiam in crastinum assumptionis nostræ ad Summi Apostolatus apicem editis, & in prædicta Cancellaria publicatis, & etiam in universibus, Provincialibusque Concilii editis speciabilibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinacionibus, ac Ecclesiæ Monasteriorum, ordinum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, ac etiam Urbi Romanae, & aliarum Civitatum, Oppidorum, & terrarum Cameræ prædictæ, ac quarumvis Universitatibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, stabilimenti, utibus, naturis, decretis, etiam novis reformationibus, & legibus, tam Pontificis, quam Imperialibus, Regis, & Ducalibus, & Sacris Canonibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis, illis, corumque superioribus, & personis ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, sub qui buscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoris, aliisque efficacioribus, & intolleratis clausulis, irritantibus, & aliis decretis, etiam vim contractus, & statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam Confessorialiter, & alias in contrarium quomodo licet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam de illis, etiamque totis tenoribus specialis, specifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obsecrata, inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore pertinacis, hac vice dumtaxat harum serie specialiter, & expressè derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si quibusvis comuniter, aut divitium ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenari, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujuscemodi mentionem.

Nomina autem Conclavistarum qui in Conclavi hujusmodi interfuerunt, sunt haec, videlicet.

Venerabilis Frater noster Fulgentius Gallutius Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Episcopus Tagaetus, Sacratissimi Pontificis Sacrista, & dilecti filii Paulus Alaleo Canonicus, Joannes Baptista etiam Alaleo, & Carolus Antonius Vaccarius Clerici respectivè nuncupati Beneficiari, Beneficiarius, & Clericus respectivè nuncupati Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, & Petrus Ciamiconus perpetuus Beneficiarius Ecclesie Lateranensis, Magistri Ceremoniarum, Mutius Ricciarius Cameranensis, Canonicus Ecclesie Sancti Angeli in Foro Piscium, collegii Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium Secretarius, Franciscus Adrianus Ceva Montis regalis, & Antonius Crysolinus a Sancta Sofia Clerici, nostri etiam dum Cardinalatus honore fulgebamus. Julius Piccininus Mutin, Albertus Danesius clericus Narnien, Diœcesis, Antonii Olsentis Saulii, Marcus Antonius Dognasius Mediola-

nen, Sebastianus Brulatudo Clerici Casalen, Joannes Baptista Burtus laicus Narnien, Diœcesis, Francisci Tufchini Sforzæ, Alphonsus Carandinus clericus conjugatus Mutinensis, & Miles Militia Jesu CHRISTI, Petrus de Castro Toletan, & Tobias Aldinus Cæsenaten, clericus Odoardi Sabinen, Facius, Franciscus Cavaleates perpetuus Comendatarius Monasterii S. Petri de Laderchia, alias de Riole Imolen, Diœcesis, Soterus Tardettus clericus Sabinen, Diœcesis, Octavii Prænestin, Bandini, Joseph Buccellus Presbyter Politianen, Fabius Tabianus Pistorien, Nicolaus Acorinus de Sancta Flora Clerici, Jo. Baptista Albanen, Deti, Venerabilium Fratrum nostrorum Episcoporum, Joan. Ambrosius Villa presbyter Mediolanen, Hieronymus Ponzonius laicus etiam Mediolanen, Federici Borromæi, Petrus Franciscus Bonjanus presbyter Firman, Ecclesie S. Mariae Majoris de Urbe Præpositus, & Franciscus Fracassinius clericus Urbevetanus, Andreæ S. Laurentii in Lucina Peretti, Galeotus Oddus Laicus Perusini, & Miles Militia S. Stephani, Paul. Emilius Andriutus Laicus Romænus, Miles Militia Jesu CHRISTI, Peleginus Trevesanus clericus Ferrarie, Bonifacii S. Mariz in Træbyberim Brevilacqua, Emilius Sperellus Laicus Asinien, Franciscus Thedeschius Ferrarien, Guglielmus Valleta Avenionen, Clerici Dominici SS. Duodecim Apostolorum Gymnasii, Bernardinus Machanus presbyter Senogallien, Caroli S. Cesarei Madruzzii, Franciscus Ghettus Faventin, Thomas Pastorius Vellenen, Clerici, Scipionis S. Chrysogoni Burghesii, Petrus Roncius clericus Neopeni, Diœcesis, Joan. Garzia Sanctorum Quartier Coronatorum Millini, Jo. Baptista Laurus Perusini, Franciscus Baruffaldus Clemomeni, clerici, Marcelli Sancti Quirici, & Julitta Lantis, Alexander Biffius Florentin, & Joannes Crisentus Corrigien, Laici, Fabritii S. Augustini Veralli, Alexander Barbantes Laicus, sive clericus Utbinaten, Joan. Baptista Sancta Cecilia Lenii, Joann. Roffius Ragusin, & Vitalis Touanus Ravennaten, Laici, Aloysii S. Petri ad Vincula Capponii, Alexander Vi, la presbyter Aquilan, & Joannes Paulus Leonardus Teire Camataræ clericus, seu Laicus Beneventanae Diœcesis, Decii SS. Joannis, & Pauli Caraffe, Ludovicus de Horatius Bononiensis, Galpar Morellus Romanus Laici, Dominicus Sancti Martini in Montibus Rivarolæ, Cornelius Henricus Mormannus Clericus Leodien, & Armonius Mancinillus, Laicus Urbevetanus, Petri Pauli Sanctorum Nerei, & Achillei Cresceti, Joannes presbyter Januen, & Joannes Antonius Pasiadecus Laicus Albigenan, Diœcesis, Jacobi Sanctæ Mariae de Pace Serre, Raynaldus Magnanus Sarasinat, canonicus Ecclesie Sancti Laurentii in Damaso, Petrus Antonius Pugliolus presbyter Mutin, Augustini S. Mariae in Aracæli de Aracæli, Joseph de Hæredia Clericus Illerden, Gasparis Sanctæ Crucis in Hierusalem Borgie, Franciscus Maria Costagutus canonicus Ecclesie S. Mariae de Via lata Januen, Petrus Settimius Cestarius Narnien, presbyteri, Felicis S. Anastasii de Asculo, Andronicus Spinellus Clericus Paravip, Roberti S. Alexii Ubaldini, Autelius Martignonus Mediolanen, & Julius Lavorius de Laurino Caputaquen, Diœcesis Clerici, Tiberii S. Prisca Muti, Philippus de Escobar, & Benavides Clericus Vallisoletan, Petrus Muñoz de Castro Laicus Claurien, Gabrieles S. Bartholomæi in Insula Tressi, Petrus Palla presbyter Reatin, Diœcesis, & Vincentius Benignus Clericus Camerinen, Julii S. Sabinae Sabellii, Jacobus Veviskircher Viennen, Marcus Antonius Guardanilla Romanus Laici, Melchioris S. Sylvæti Klefelli, Michael Angelus Anchianus Clericus Lucen, Petri S. Thomæ in Partione Camporei, Joan. Dominicus Cera, Vicentin, & Simon Brunus Nonantulanus presbyteri, Antonius Apastorelliis clericus Nutsiæ, Matthæi Sancti Marci Prioli, Delius conversus clericus Narnien, Diœc. Scipionis S. Susanna Cobellutii, Albertus Mamianus presbyter Parmen, Joannes Baptista Mannilius clericus Romanus, Franciscus Sancti Marcelli Centini, Alderanus Bellastes clericus Lunen, Sarzanen, Diœc. Joannes Doupye Laicus Leodien, Guidonis Sanctæ Mariæ de Populo Bentivoli, Joan. Thomas Guglielmus laicus, seu clericus Pisauren, Antonius Benedellus Paulutius

URBANUS OCTAVUS

Pauletus clericus Firman. Petri S. Salvatoris in Laurio Valerii, Alexander Simon Antuerpien. Carolus Scars Constantien, & Franciscus Antonius Rendus Tiburtian. clerici, Icelii Friderici S. Laurentii in Pane, & Perha Zalieren. Didacus Busca presbyter Papien. Sextilius Baldnecius de Voltinio-clericus Urbevetanus, Julii S. Mariae supera Minervam Romæ, Antonius Grassellus Nucerin. Germanicus de Leonibus Perusin. clerici, Laurentius Scalaria clericus Firmanus, Cesaris S. Petri in monte auro Gherardi. Adrianus Tanus presbyter Nucerin. Dicæ. Joan. Baptista Moranus Parmen. Andreas Motellus Florentin. Clerici, Albertus Burus Laicus Urbinate. Dicæ. Desiderii S. Clementis Scalæ. Hieronymus Lanfrancus clericus Neapolitanus, Vincentius Jacobellus Romanus clericus, Joan. Baptista Belardus de Monte Castello Tuderin. Laicus, Stephani S. Mariae in Via Pignatelli, Joannes Nicolaus Tigheffus presbyter Senogallien. Basilice S. Petri de Urbe canonicus, Epiphanius Rosa clericus Spoletan. Vincentius Crucius Januen. & Joseph de Burgonson Bononien. Laici, Ludovici S. Laurentii in Damo Ludovisi. Franciscus Petrillus presbyter Capuan. Antonii S. Pudentianæ Caëranii. Ludovicus Paulucius clericus Maceraten. Francisci S. Matthæi in Merulania Sacratæ. Aneilus Deamatus, & Matthæus Deamatus Clerici Campanien. Dominicus Brindolus de Mancini clericus Romanus, Lucii S. Stephani in Monte Cælio Sanseverini. Octavius Placidus presbyter Firman. Canonicus S. Mariae in Cosmedin nuncupatus de Urbe, & Aurelius Stiaticus laicus Bononien. Marci Antonii S. Eusebii Gozadini, Georgius Cedolinus Jadren. Commendatarius S. Ambrosii Nonen. Ricciardus Sistus Placentin. clerici, Cosmi S. Pancratii de Torres. Monaldus de Monaldis de Aspello Fulginaten. Dicæ. Petrus Franciscus Rinuccinus Florentinus clericus, Octavii S. Agnetis in Agone titulorum presbyterorum Rodulphi nuncupatorum. Joseph Fontanella Regien. Miles militie S. Jacobi de Spatha, Tiberius Rubeus Ariminen. & Petrus Paulus Mecis Arignin. clerici, Alexandri S. Mariae in Via lata Esterus. Ambrolius del Pueyo clericus Tiraspon. Franciscus Rizzius Clericus, seu laicus Januen. Joannettini S. Adriani de Auria. Petrus de Nores clericus Papien. Lucas Maflantes laicus Reatin. Caroli Einanuelis S. Nicolai in Carcere Tulliano Pii. Angelus Magnesius Polignanen. perpetuus commendatarius Monasterii S. Mariae della Grotella Hidruntina Dicæsis, & Claudius Amadeus Vibo Gratianopolitanus. clerici, Mauritii Enamuelis S. Eustachii de Sabaudia. Octavianus de Lotro Florentin. Miles militie ejusdem S. Stephani, & Franciscus Acurius Bombaglinus laicus, Caroli S. Mariae in Dominica Medices. Fabius Leonidas de Sancta Flora, & Ulysses Severinus Clerici Auximan. Dicæ. Francisci S. Angeli in Foro Piscium Boncompagni. Laurentius Bernardinus presbyter Lucen. & Hieronymus Adimarius clericus Florentinus, Hippolyti S. Mariae novæ Aldobrandini, Diaconorum S.R.E. Cardinalium, etiam nuncupatorum. Frater Marcus Antonius Vianus Bononien. cum dicto Fulgentio Episcopo, Stephanus de Bubalo Romanus presbyter Societas Jesu commissarius, Gabriel Fonseca laicus Physicus, Prosper Cecchinus Chirurgus, Franciscus Ampelius Clericus Romanus Adjutor dicti Secretariorum Collegi, Fabius Novellus cum dictis Magistris Ceremoniarum, Apollonius de Apollomis Senen. Aromatarius, Antonius Fernacutus clericus Romanus, Tarquinius Galardus laicus ejus adutores, Linus Blasius de S. Oresto, nullius Dicæ. custos Fontis, Franciscus Anna, & Joan. Baptista Carpina Barbitonenses, Jacobus Philippus Tanus, & Secundus Tassonus eorum. Adjutores, Franciscus Soria Faber lignarius, Joan. Antonius Bernaconus Cæmentarius, Jo. Scoccius Dominicus Tognardellus, Jo. Augustinus, Simon Petricciolus, Basilius Colacellus, Jo. Augustinus Laurentii, Petrus Pomol, Andreas Palumbus, Hieronymus Tamansinus, Petrus Fumarettus, & Julianus Fulginaten. Scopatores Conclavis.

Nunc autem
de gratia spe-
ciali omnia
Privilegia
Conclavistica

5.23. Et insuper cum dilectus filius Franciscus Vianus laicus Burgi S. Sepulchri, tanquam dictorum Conclavistarum Procurator in præmissis sedulam pro ipsius operam, ut accepimus, navaverit, propriea & aliorum

meritorum suorum, & obsequiorum Nobis, & sed ap-
stolicis impenorum intuictu, volentes ipsum specialiter
favoribus, & gratiis prosequi, eisdem Fratribus Vianis,
quod licet in Conclavi predicho non interficerit, nihil
minus omnibus, & singulis supradictis gratiis, privile-
giis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, auctoribus,
prærogativis, præeminentiis, indulgentiæ, exemptionib[us], &
terisque præmissis, non tamquam quoad participationem de-
cem milium scit, hujusmodi, per Nos ut supra dictis
Conclavisticis donatorū, & inter ipsos, ut procurator, distri-
buendorum, tanquam Conclavista, & unus ipsorum frui,
& gaudere libere, & licite possit & valeat, p[ro]inde ac si
Conclavi hujusmodi verè, & realiter interfueret, consti-
tutionibus & ordinationibus Apostolicis, ceterisque su-
pradicis, & aliis contraria nequaquam obstantibus, Motu,
& auctoritate similibus de speciali gratia indulgentiis.

§. 24. Volumus autem quod præsentium transumptis
impressis, & sigillo, ac manu aliquius personæ in digni-
tate Ecclesiastica constituta munitus, & subscriptis, ea-
dem fides, tamen in judicio, quam extra illud adhibeat,
que originalibus literis adhibetur, si forent exhibita
vel ostensæ.

§. 25. Nulli ergo omnino hominum licet habeat pagi-
nam nostræ absolutionis, receptionis, creationis, consti-
tutionis, assignationis, decorationis, aggregationis, li-
berationis, exemptionis, remissionis, condonationis, dif-
f[er]mentationis, legitimationis, abstensionis, abolitionis, rea-
stitutionis, decretorum, concessionum, indultorum, præ-
ceptorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum
infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis au-
tem hoc attentare presumperit, indignationem omnium
potentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
Iesus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini
1623. octavo Idus Augusti, Pont. nostri anno 1.

Canonizatio Sancti Philippi Nerii Congrega-
tionis Clericorum Sæcularium Oratorii Fun-
datoris.

Hunc philippum Gregor. X. V. retulerat in Sancto-
rum Confessorum numerum, una cum Sanctis
Isidoro, Ignatio, & Francisco Confessoribus, &
Theresia Virgine; sed morte preventus, Bulla
desuper expediri non potuit, & ideo hic Ponte
modo illam expedivit.

Iste Sanctus, dum vivet, erexit Congregationem eti-
tiam in prima rubr. quam postea approbavit Gregor
XIII. ut videre est in sua Const. i. Copiosus, in Ap-
pend. tom. 3. ubi omnia ad eam spectantia adnotavi.

V R B A N V S E P I S C O P V S, edita Anno Dicitur
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

R Actioni congruit, & convenit æquitati, ut ea, que Propositum
de Romani Pontificis providentia processerunt, li-
cet ejus superveniente obitu, literæ Apostolicæ desuper
confusa non fuerint, suum debitum consequantur ef-
fectum.

§. 1. Dudum si quidem fel. rec. Gregor. Papa XV. Præ. Narrat Gregor
decessor noster piè præmeditatus, quod supremus ille, & XV. fel. re-
diligens Patriæ familiæ, qui ab origine mundi plantavit
vineam suam, universalem scilicet Ecclesiam, in eam
quotidie non desinit mittere operarios, quorum assidua
tate cultura illa vepribus expurgata fructum afferat, vel
centesimum, vel sesagesimum, vel trigesimum, quodque
ante Incarnationem Verbi misit in eam Patriarchas, &
Prophetas, virosque sanctissimos, qui portaverunt pon-
dos dei, & ætus, post assumptam verè humanitatis no-
stra substantiam veit vocare novissimos, sanctos videlicet
Apostolos, qui vinea hanc, & fidei fervore, & prædi-
cationis verbis, per universum propagarunt o[mni]b[us], ita quod
adjunxit non solum fortissimorum Martýrum exercitus,
qui effuso sanguine illam trigerant ubertim, sed etiati
Confessorum laudabilem numerum, quorum sanctis

Bullar. Mag. Tom. IV.

A 3 exemplio

ORBANUS OCTAVUS.

7

- Ritualis natus. Etiam ad eum orationes & miracula reponuntur.*
- ¶ 19. Et igitur natus Beatus Philippus Florentius, nobilissimo quingentefimo decimoquinto iusti anno, servante Leone Desino Pontifice Maximo, & in Ecclesia Sancti Joannis Baptista baptismali fonte ablutus, Franciscum Mercurium, & Lucretiam Soldiam honestissima viitate acque probata integratis parentes habuit, à quibus adhuc puerulus, optimis moribus imbutus, ab ipsa inueniente state ob praelatam, quam preferebat natura indolem, non modò aliquatum animos in sui rapiebat amorem, ut Philippus suos appellaret, sed divina in omnibus juventute grata, videbatur de se magnum aliquid praeposcere.
- ¶ 20. Non octo annos natus, unde cum asello, quem consenderat, in cellam vinaciam præcepit delapsus, atque jumenti onere oppressus, ingenti admiratione, qui mortuus credebatur, extractus est vivus, & incolitus.
- ¶ 21. Ubi vero ad annum pervenit etatis decimum octavum, missus est à Patre ad Oppidum S. Germani, ut ibi apud Patrium opibus abundantem mercaturam exerceret, qui adolescentis optimi laetificatus adventu, ipsum brevi proper ejus probitatem in hereditatem vocare constituit.
- ¶ 22. At vero Philippus coelestium desiderio in dies ardenter, à Patri gratia, & benevolentia sibi timere coepit, donec duabus annis transactis, mercatura nobilioris avidus, contempta viginti millionum aureorum hereditate ab illo oblata, Romanum inde se contulit, ubi opportunum, & aptum ad solidam virtutum officia nactus locum, pietatis operibus Philosophia, & Theologia studium adiunxit.
- ¶ 23. Et interim arctam vita viam ingressus, humi plerumque cubare, tenui vici, atque assiduo jejuno delectari, & aliquando per triduum ab omni cibo abstine-re, septem præcipuas Urbis Ecclesias obire, & in Cœmeterio Callisti nuncupato, in oratione pernoctare sepe confusivit.
- ¶ 24. Ac vix annum etatis suæ vigesimum nonum attigerat, cum inter alia divinitus accepta dona, planè mirabilis cordis palpitatio fuit ac fractura costarum, quæ publico medicorum testimonio præter naturæ ordinem obtigit, quasi mentis dilatatio sive, etiam caro dilataetur, & exultaret in Deum vivum.
- ¶ 25. Et ad animum propterea subsidium se multo magis vocati sentiens, de solitaria vita severitate divino nutu remittere coepit, atque inter eujusque conditionis homines ea mente versari, ut publicis adhortationibus, & privatis colloquiis Christo Domino quamplurimos luctaretur, nullo incommmodo, nullo penitus devicto labore.
- ¶ 26. Eodemque sacerdoti tempore, quo Sanctissima Tri-nitatis Confraternitas ad Petegrinorum, & Convalescentium communitatem ipsius consilio, atque opera fuit instituta, cum unoquoque mense quadraginta horarum supplicatio decreta esset, ipse totas penè noctes deducebat insomnes, & confrates ad orationem hortabatur, & exemplo mirificè incitabat.
- ¶ 27. Cum vero ad trigesimum sextum annum perveneret, Confessarii iussu Sacerdos factus, & audiendis fiducie in aliis 8. Hieronymi de Charitate. Ibi quis multo proprio etiam cubiculo pia de divinis collocutione illos eruditus, qui ejus scese discipline tradiderant.
- ¶ 28. In cuius Ecclesia ad Sacramentorum frequentiam, & ad dandam scientiam salutis semper intentus, in cuiusmodi seculorum salutis studiis laborabat.
- ¶ 29. Et in hoc ipso suorum progressu accedit animum Indias adiendi desiderium, ad vineam Domini excolem, & fructus ubiores etiam profuso sanguine reportando.
- ¶ 30. Ut autem ea de re supernum consilium exploraret, virum Cisterciensis ordinis pietate insignem confidit, & revelante Deo admonitus est, ejus Indias Romanas.
- ¶ 31. Quamobrem majori successus ardore, non solum durissima peccatorum servitute pressos, ad Christum Domini obsequium traducere studuit, verum etiam sedens in tenebris & umbra mortis infideles ad clarissimum aqua.
- ¶ 32. Multum Fidei futili adiuxit, quo illustri militi Hebrei Christum recipere, & Heretici ad Catholicam veritatem redire non dubitarunt.
- ¶ 33. Gerte de novatibus revincendis, vel ad Romanam Ecclesiam reducendis, maximus viuis est filius solli-citus, cum bona memoria Cœlestem Presb. Cardinalem Baronium nuncupatum, adhuc in minoribz constitu-tum, ad opus Annalium per tria annos urgere hunc desti-tut, ut ipse postea Cardinalis scripserit, non se Annalium Ecclesiasticorum, sed Philippum audirem exti-tisse.
- ¶ 34. Jamque in Ecclesia S. Hieronymi pili, ac familiariis colloquiis diu ad virtutes eruditus confuentes, cum ad maiorem fructum ex verbis Dei semine percipien-dum, ex filii, quos Christo generaverat, delectis nominibus recol. mem. Gregorii XIII. etiam Predecessoris nostri au-toritate, apud d. Ecclesiam Beatissime Virginis Marie, & Sancti Gregorii, Congregationem predicantem Oratorem fundavit.
- ¶ 35. Ut autem speciatim tantu viri virtutes agnoscantur, & per viam salutis incedentibus subiudio esse valeant, non est omittendum quod is fuit in primis charitate in Deum admirabilis, ut internus ille igitur non nunquam dum attendet ad divina, redundaret in corpus, & facies, atque oculi scintillulis micarent, atque etiam ex Improviso illa Apostoli verba saepius usurparerit Cupio, sed mox animadvertis, sive in Deum devotionis occultande gratia, reliquum sententias retinebat, nimurum, dissolvi, & esse.
- ¶ 36. Perpetuo arque ardentis studio venerandus Eu-charistia celebat Sacramentum, vel enim laicus, vel Sa-cerdos celebrans, vel & grotans in lectulo, illius quotidiana susceptione resusciebatur. Verum inter celebrandum servidus lignum altaris gradum quodam exultationis tremore concutiebat.
- ¶ 37. In ipsa Dominicæ passionis memoria, atque ini-quorum hominum ingratitudine gemitus fundebat uber-timos, & miraculo tribuebat, quod præ assidua lachry-mandi consuetudine vim oculorum non amisisset.
- ¶ 38. Inter cetera quibus ad hujusmodi charitatis gra-dum pervenit Philippus, summum fuit orationis studium, cui inexplicabili desiderio semper addicetus, omnia Congregationis exercitia in eam quodammodo tendere curauit, ut inde merito Oratori Congregatio fuerit appellata.
- ¶ 39. Hæc ipsa Beati viri charitas miris modis redu-dabat in singulos eujusque conditionis homines, nam omnium utilitati, ac necessitati expeditus, nullum sibi tempus certum esse voluit, in quo sive parceret valetudi-ni, & quod habitabat cubiculum, non parceret aliorum commodiati, summa lenitate excipiens ad se venientes, factus omnibus omnia, ut omnes Christo lucifa-ceret.
- ¶ 40. Singulati præsertim industria per Christianæ let-titiae seitas deduxit adolescentes, qua vel septem Urbis Ecclesias, vel Xenodochia, vel alia pia exercitia frequen-tantes labore, ac molestia ex parte levarentur.
- ¶ 41. Summa item assiduitate usquebat & grotantes, præ-sertim & suis, nec eos deserebat, dum nosset mortis per-iculum instare.
- ¶ 42. Tentationes diaboli repellebat mirabiliter, atque a plurimi laborantibus in extremis, cum ipse accedebat, proferretque verba: Quis isthic? Demones ad vocem perterriti, sive in fugam vici sunt conjicte.
- ¶ 43. Curabat autem hominum saluti non solùt interno, sed etiam externo subvenire subsidio, & numero si plerumque familiis necessaria suppeditare, docebat indigentibus Virginibus elargi, egenis Religiosorum domibus opem ferre, videntis in carcere eleemosynas abundan-

A 4

URBANUS OCTAVUS.

abundantia properti, ut merito Pater animarum diceretur, & corporum, quem charitatis affectum eriam mirabilem. Dominus comprobavit.

§.44. Intempera enim nocte panem deferens ad familiam in egestate magna constitutam, in profunda fo- veam incensa ab Angelō incolumis erexitur, qui etiam alias Angelō sub specie pauperis elemosynam ubi petenti omne pecuniam, quam apud se habebat, proponit, atque hilari obtulit animo.

§.45. Charitati Virginitis donum adjunctum habuit, quo multi, qui cum ipso versabantur, vel vultu, atque oculorum inquit, vel suavi fragrantia, qua illius corpus odor datur, redolere consueverat, recreabantur.

§.46. Solitus ipse pudicitiam ex odore, impudicitiam ex factore dignoscere, soloque manuum contactu impuris tentationibus esse remedio.

§.47. Huic integrissimae puritati saepè humani generis hostis per impudicas mulieres tetendit insidias: ipse vero ad orationem semper configiens viator glriosus evasit.

§.48. Eam ob causam perpetuas deditus abstinentiae, loco prandii tenui utebatur jentaculo, qui cena succedebat non absimilari. Abstinuit semper à cuiusvis generis laeticiniis, raro pisces, carnes verò rarissime degustavit, potu fuit admodum tenui, aqua magis usus, quam vino. Ea degmum era potus, cibique parcitus, ut sustentari medicorum attestatione naturæ virtibus non valeret. Credere tamen (presentim à suis) Eucharistie virtutem vitam ad senectutem traduxisse.

§.49. Cum hujusmodi abstinentia conjunxit etiam rerum omnium mundanarum contemptum, non modò enim hereditatem, ac patrimonium respuit, & quam multas sibi testamento relietas facultates summa animi constancia repudiavit, sed etiam dum in edibus S. Hieronymi habitaret, nudis contentus cellulis, consueta stipedia recusavit.

§.50. Ab honoribus, atque Ecclesiasticis dignitatibus alienus, adduci nunquam potuit, ut pensiones, atque beneficia recipiter. Canonicas in Urbe primos, Episcopatum, & Cardinalitatem dignitatem à papa etiam memoria Gregorio Decimoquarto, & praedicto Clem. Predecessoribus nostris sibi oblatae omnino recusavit.

§.51. Humillimus fuit, atque Beati Francisci exemplo te maximum ex peccatoribus constanter affirmabat, ideoque contestari quotidie solitus Deum his fere verbis: A me tibi caveas Domine, te enim hodie traditurus sum, & omnia perpetratus mungi peccata, nisi tua me grata benigne protexeris.

§.52. Cumque agrotaret aliquando atque ipsum obsecrarent adstantes, ut suorum saltem beneficio, illam Sancti Martini dirigeret ad Deum orationem: Domine si adhuc populo tuo sum necessarius, non recuso laborem; summa animi demissione respondit: Non sum ego Sanctus Martinus, nec me talem unquam existimavi: quod si me vobis necessarium reputarem, perditum crederem.

§.53. Atque hinc est, quod se Rektoris, & Praepositi, necnon Congregationis à se erectæ Fundatoriis titulo agrebro admodum tuliter appellari. Quinimodo biennio ante obitum, Congregationis administrandæ munus deposituit.

§.54. Tanta ejus humilitati patientia non defuit, tranquillo semper animo excitatas tam adversum se, quam Oratori sui exercitia persecutions tolerans, in quibus etiam pro persecutoribus verus Christi imitator assidue deprecabatur, isque fuit precationum fructus, ut ex eius plurimos sola patientia ad Deum converterit; qui verò ab incepti non defuisse, divinam ultionem fuit experti.

§.55. Magna insuper patientia exitit in perfendis diuturnis corporis infirmitatibus, quibus singulis ferè annis divexabatur, ita ut ad extremam vitæ perductus, oleo sandio quater inunctus fuerit, quo autem tempore agrotabat, nulla unquam de doloribus habita querimonia, sed hilaris facie incredibilem animi lassitudinem indicabat, ab ipsa vero infirmitate, quantumvis gravi, convalescere saepè solebat repente proflus, ac mirabiliter.

§.56. In Christiana mortificatione adeo præcellebat, sensu mortui merito habitus fuit ejusdem virtutis singularis magnitudine, & in primis mentis discursum quem ipse rationalem nominare conuerteret, assidue comprimitere & captivare intellectum in obsequium Christi studuerit, ideoque ea ipse plenaria faciebat & facienda proponebat alia que intuentibus animi potius levitatem, atque stultitiam saperent.

§.57. Jam vero nonnulla etiam dona recensenda sunt, quibus p. Viri virtutes immensa Dei bonitas illustravit. Frequenter enim ecclesiæ raptusque divinos patiens, è terra sursum totus undique splendore circumfusus elevabatur.

§.58. Cælestibus item visionibus dignabatur assidue, & Dominicæ epip Nativitatia nocte Christum in altari singulariter pueri specie intritus est, & aliquando ipse sacraissima Hostia paradi gloriæ conspexit. Videlicet Beatissima Virginis veteris Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Valli cella testic manibus sustinentem, donec imminentis fiducia, quæ ademptionem est periculum. Eadem iterum videt, cum anno ante obitum agrotaret, quem ipsa sibi obviam sublatum in æta mirifice recreatum repente sanavit.

§.59. Quamplurimum insuper confitentium atque amicorum animas evolantes in coram interi, atque Angelos concientes interim audire solitus erat, quin etiam interiorum eorum pulchritudinem qui essent in statu gratiae divinitus agnoscebat.

§.60. Sanctorum Caroli Borromæi, & Ignatii Loyolæ facies miris splendoribus vidit coruantes.

§.61. Ea erat prudentia præditus, & discretione spirituum ita excellebat, ut propterea cujusque conditionis homines ad ipsum, tanquam ad oraculum consulendi gratia confluenter, & ipsius Summi Pontifices predecessores nostri, ejus consilium magni semper facerent.

§.62. Veras à falsis visiones discernebat, & licet sapientissime antiquis nostri generis hostis horribili se formidante offenseret, deterrete ipsum conaretur, semper tam fortis, & invictus de eodem gloriosè triumphans pacem, veramque tranquillitatem, qua fruebatur interius, retinuit.

§.63. In prophetia dono, & absentium rerum, ac si praesentes essent prævisione, occultisque cordis humani divinitus dignoscendis talis erat, ut de ipso vere affirmari possit, Non est inventus similis illi.

§.64. Illud etiam Philippo collatum à Deo fuit, ut dum uno esset in loco, in alio longè distante, uno condemque proflus tempore nonnullis apparuerit.

§.65. Quapropter cum in ædibus Sancti Hieronymi commoraretur, eisdam è suis apud dictam Ecclesiæ Beatisissimæ Virginis Mariæ, & Sancti Gregorii degenti, se presentem ostendens, subfido quo indigebat adfuit.

§.66. Et Romæ alijs existens, quandam ex numero sibi confitentium, in mare penè submersum, meditis fluctibus capillis apprehensum liberavit.

§.67. Iterumque cum in Urbe maneret, tune in humanis agentem Catharinam Ricciam, sub regula S. Augustini moniale, Prati in Hetruria commorante, longo tempore spatio est allocutus.

§.68. Inter hæc miram ad patranda miracula à prepontenti Domino consecutus gratiam, quamplurimos liberauit à quacumque detinerentur infirmitate.

§.69. Nonnullos enim solo Sanctissimæ Crucis adhuc signo; alios salutari manuum contactu, inter quos Clemens Octavus predecessor noster gravissimis chirurgicis doloribus oppressus, sanus illico factus est, & nobilis quidam Romanus à pestifera corporis contagione curatus. Alios præterea prælia sanitati restituit sola orationis virtute.

§.70. Alios morbis quibus tenebantur, tantum impe- rando, quod præcipue cantigit Maria Felici à Castro, in monasterio Turris Speculorum moniali, quæ continua febri correpta, Philippo jubente, statim convaluit,

§.71. Alios remediis omnino contrariis curavit, quod dictus Cesar Card. est expertus, cui stomachi, & capi- tis præsencia debilitate ita laboranti, ut retinere vix cibum, atque

facilius refici-

re.

URBANUS OCTAVUS.

*Etiam & regis
annus for-
mam Gregor.
XV. fidei.
B. Philippum
cum BB. Iu-
dorum Ignatio,
Francisco, ac
Theresa San-
ctum destra-
tum. & SS.
Confessorum
catalogo ad-
scribitur.*

*Et in eius ho-
norum Ord-
inis & altaria
confessio-
nibus conser-
vatur.*

*§.94. Statuens, ut ab universis Christi fidelibus, in
eius honorem Ecclesia, & altaria, in quibus sacrificia
Deo offerantur, adfiscuntur.*

*§.95. Et quolibet anno dicta die illius obitus, septimo
videlicet Kalendas Junii, festum ipsius, & officium tan-
quam de Confiteore non Pontifice, ad formam in iubri-
cis Romani Breviarii prescriptam, solemniter celebrari
possunt.*

*§.96. Insuper eadem auctoritate omnibus utrinque
sexus Christi fidelibus vere penitentibus, & confessis,
qui hanc singulis in ipsius fusto ad sepulchrum, in quo
corpus ejus requiescit, visitandum accesserint, unum an-
num & quadragesima dies, iis vero qui in eisdem festi
octava id fecerint, etiam quadragesima dies de injunctis
eis, aut alias quemodolibet debitis penitentiis miseriti-
corditer in Domino relaxavit.*

*§.97. Et decantato solcimenter Hymno, Te Deum lau-
damus, & divina ope implorata S. i. philippi, & aliorum
Sanctorum predicatorum meritis, per peculiarem ad id
orationem, quam dictus Gregorius predecessor pie & so-
lemnitate recitat, sacrosanctum Missarum sacrificium fo-
raneum, cum eorumdem Sanctorum commemo-
ratione, ad Altare Principis Apostolorum celebravit;
& omnibus Christi fidelibus tunc presentibus plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissio-
nem ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum ejus imperti-
tus fuit.*

*§.98. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione,
aggregatione, statuto, relaxatione, aliisque præmissis, pro-
eo quod oper illis ipsius Gregorii predecessoris literæ,
ejus superveniente obitu, confesse non fuerint, valeat
quomodolibet hasitari: Volumus, & Apostolica auctor-
itate decernimus, quod decretum, definitio, adscriptio,
aggregatio, statutum, relaxatio, imparitio, aliqua pra-
missa à dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum for-
tiantur effectum, ac si super illis ipsius Gregorii prede-
cessoris literæ, sub Datum ejusdem diei confesse fuissent,
propter superioris narratur. Quodque presentes literæ ad
probandum plane decretum, definitionem, adscriptionem,
aggregationem, statutum, relaxationem, aliqua præmissa
ubique sufficiant, nec ad id probationis alterius admini-
culum requiratur.*

*§.99. Ceterum quia difficile foret, presentes nostras
literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus
ut eorum exemplis, etiam impressis, manu publici Nota-
rii subscriptis, & sigillo aliquius personæ in dignitate
Ecclesiastica constituta munitis eadem ubique fides ha-
beatur, que ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibi-
tae, vel ostense.*

*§.100. Nulli ergo omnini hominum licet hanc pa-
ginam nostrarum voluntatum, & decreti insinuare, vel ei
ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare
presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-
sum.*

*Exempla hor-
um aploca-
di pectori.*

*Sanctorum
que par-tem
m, adi-*

Datum Rome apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini
Dominice 1613. 8. Idus Augusti, Pontificatus nostri an-

dici. Aug.

no primo.

¶ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

*Papa sub scri-
ptio
piso.*

- † Ego Franciscus Maria Episcopus Portuen. Cardinalis *Card. sub-
scriptio* à Monte.
- † Ego Odoardus Episcopus Tuscan. Cardinalis Farnesi.
- † Ego O. Episc. Prænestin. Card. Bandinus.
- † Ego Jo. Baptista Episc. Albanen. Card. Detus.
- † Ego Federicus tit. S. Marie Angelorum presb. Card. Borromæus.
- † Ego And. tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Card. Perettus.
- † Ego B. tit. S. Maria in Transyberim presbyter Card. Bevilacqua.
- † Ego Dominicus tit. SS. Apostolorum presbyter Card. Gymnasius.
- † Ego Carolus tit. Sancti Cæsarii presbyter Cardinalis Madritius.
- † Ego S. Card. Burghesius tit. S. Chrysogoni, Major Penitentiarius.
- † Ego Jo. Garsia tit. SS. Quatuor Coronatorum presbyt. Card. Millinus.
- † Ego M. tituli SS. Quirici, & Julitiæ presbyter Card. Lantes.
- † Ego Joani Baptista tit. Sanctæ Cæciliæ presb. Card. Lenius.
- † Ego A. tituli S. Petri ad Vincula presbyter Cardinalis Capponius.
- † Ego D. tit. Sancti Martini in Montibus Cardinalis Rivarola.
- † Ego Petrus Paulus tit. SS. Nerei, & Achillei presbyter Cardinalis Crescentius, ejusdem Sancti Philippi Discipulus.
- † Ego Fr. Aug. tit. S. Maria de Araceli presb. Card. S. Rom. Eccl.
- † Ego G. tituli Sanctæ Crucis in Hierusalem Cardinalis Borgia.
- † Ego Felix tit. Sanctæ Anastasiaz, presbyter Cardinalis Ascanius.
- † Ego Robertus tit. Sancti Alexii presbyter Cardinalis Ubaldinus.
- † Ego Tib. tit. S. Priscæ presbyter Cardinalis Mutus.
- † Ego Gabr. tit. S. Bartholomæi in Insula Cardinalis de Trejo.
- † Ego Julius tit. Sanctæ Sabinae presbyter Cardinalis Sabellius.
- † Ego Melchior tituli S. Mariae de Pace presbyter Card. Klefelius.
- † Ego P. tit. Sancti Thomæ in Parione Cardinalis Cam-
poreus.
- † S. presb. Card. S. Susanna, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Bibliothecarius.
- † Ego Franciscus Cennius, Card. S. Marcelli.
- † Ego Guido tit. S. M. de Populo presb. Card. Bentivolus.
- † Ego Julius S. M. supra Minervam presb. Card. Roma.

† Fr.

URBANUS OCTAVUS.

[†] Fr. Desiderius tit. Sancti Clementis presb. Cardinalis de Cremona.

Ego Ludovicus tit. S. Laurentii in Damaso presb. Card. Ludovisius; S. R. E. Viccancellarius, & Summator Sanctarum.

† Ego Cosmus fil. S. Pancratii presbyter Cardinalis de
Torres.

Ego C. Sancti Nicolai in carcere Diaconus Cardina-
lis Dic.

¶ Ego M. Sancti Eustachii Diaconus Cardinalis de Sambaudia.
¶ Ego Carolus S. Mariæ in Dominica Diaconus Card.

Ego Alexander S. Mariæ in Cosmedin Diacon. Card. Ursinus.

...and the Lord said unto me, "Go forth into all the world and preach the gospel to every creature." So I went, and I preached the gospel to every creature.

† Ego Fr. S. Angeli in Foro Piscium Diacon. Card. Bon-
compagnus.
† Ego Hippolytus Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Car-
dinalis Aldobrandinus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Ca-
merarius.

luteolus.

Canonizatio S. Ignatii Loiolæ Societatis Iesu
Fundatoris, ejusque relatio in Sanctorum
Confessorum numerum, ac institutio sua fe-
stivitatis pro die 3. Julii.

*Adversas lector, quod (licet hanc Bullam expedie-
rit iste S.D.N.Vrbanus VIII.) istum Sanctum, una
cum S. Isidoro Agricola, Francisco Xaverio, &
Philippo Neri Confessoribus, ac Theresia Virgine
canonizaverat Gregorius XV. qui morte occupatus
literas de super expedire non valuit.*

De tota verò Societatis, quam vivens iste Sanctus instituit, materia plenissimè habes indicata in 2. &c 3. rubr. ad Constitut. 25. Pauli III. incip. *Regimur*, suprà tom. I.

Edita Ab.D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
1613. *Servus Servorum Dic: Ad perpetuam res memoriam.*

Exordium. **R**atione congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ
de Romani ius, si in eis non esset, non possent esse.

Ex iuramento **Ac Romanis Pontificis providentia processerunt**, licet ejus superveniente obitu, literæ Apostolicæ desuper consecræ non fuerint, suum debitum consequantur efflum.

extorvatas cùm.
Dominus fide- 5.1. Dudum siquidem felicis recordationis Grego-
ritus Ignatius rius Papa XV. prædecessor noster, piè attendens, quod
Loyola ad dis- ineffabilis Dei bonitas, & misericordia, quæ miro con-
semicentum nomen eius ac filio suis quæque temporibus aptè disponit, & præteritis
nomen eius ac sculis, sive ad disseminandum Evangelium inter gentes,
fidei propa- sive contra subnascentes heresiarchas, destinavit plures
gandæ in to- sanctitate, ac doctrina illustres viros, novissimis terri-
darium. & toribus, cum pii Lusitanorum Reges in longinquas In-
aliorum loco- diarum terras, ac remotissimas insulas latè patentem vi-
rurum removis- neæ Domini propagandæ aditum aperuissent, nec non
sis de scilicet minorem Catholici Castellæ Reges novum in Orbem ad
pro quib. ma- Occidentem repertum patefacerent, veterem autem Re-
gitæ exorvendas ligionem, omnemque illius sanctitatem, ac perfectoris
infringentes vita professionem Lutherus, monstrum terribulum, alia-
scilicet Se- que detestabiles pestes blasphemis eorum linguis in Sep-
cum. So- tentrionis partibus corrumpere, & depravare, ac Sedis
ciptacione losu- Apostolicæ auctorati detrahere conarentur, excitavit

spiritum Ignatii Loiola, qui ex medio honorum cursu,
& à seculari, & terrena militia admirabili quadam fratre
vocabus, ita ex divino imperio regendum, & formandum
tradidit, ut deinde nova Societas Iesu, quæ inter alia
pietatis, & charitatis opera Gentilibus convertendis, her-
eticis ad fideli veritatem revocandis, & Romani Pontificis
potestate tuendæ ex instituto se totam impendit, reli-
giore fundata, vitam admirabili sanctitate traductam
lancillissimo pariter conculserit exitu, ac plurimis sit mi-
raculis illustreatus, ejusdem Ignatii Catalogo Sandorum
adscriptiori de qua dudum agebatur, docetur, in quo

autcriptum, de qua dudum agebatur, decrevit intendere.
§. 2. Quippe increbrente in dies in diversis mundi
partibus ipsius Ignatii sanctitatis fama, & miraculorum
gloria, cum clara memorie Philippus Secundus, & Phi-
llipus Tertius, Hispaniarum Reges Catholici, & Maria
similis memorie, Maximiliani Secundi Romanorum Re-
gis Illustris, in Imperatorem electi, & Margarita dicti
Philippi Tertii Regis conjuges, necnon plures Ecclesia-
rum Praefules, & Populi, una cum dilectis filiis Praeposi-
to, & aliis dictae Societatis Religiosis, apud pie mem.
Clementem Papam VIII. etiam praedecessorem nostrum,
oblatis illi processibus, per diversos locorum Ordinarios,
etiam auctoritate tunc existentis Sedis Apostolice in Re-
gnis Hispaniarum Nuntii, super prædictis sanctitate, &
miraculis fabricatis, pro literatum remissorialium, &
compulsorialium, ad faciendo pro canonizatione pro-
gressus, concessionis instituerunt.

¶.3. Ipseque Clemens prædecessor oblatos processus, & petitionem ad dilectos filios nostros, tunc suos, Sanctorum Romanorum Ecclesiæ Cardinales super sacris Ritibus depu- tatos discutiendos commisit, & dictique Cardinales pe- petitioni predictæ satisfaciendum esse censuerunt, si ita ei- dem Clementi prædecessori placuisset, & dictus Cle- mens prædecessor morte præventus nihil desuper con- tituere potuisset.

S.4. Similis record. Paulus Papa V. similiter prædecessor noster, repetitis per dictos Principes, ac Præpositum, Religiosos, ac novis per claræ etiam memorie Henrium Quartum Francorum, & Navarra Regem Christianum, porrectis iustitiis permotus, prædicto Gregorio prædecessori tunc in minoribus constituto, & officio Auditoris causarum Palatii Apostolici fungenti, ac dilectis filiis Alphonso Manzanedo, & Joanni Baptista Camphilio, etiam causarum etiundem Auditoribus detinendis in mandatis, ut causam hujusmodi in statu, & terminis, quibus reperiebatur, reassumentes, conjuncte inque procedentes, acta omnia, & probationes perpendentes, si opus esset, alias testes super vita, & miraculis ejusdem Ignatii per se, & alias ab eis subdelegandos, de novo in genere reciperent, & super his suum ipsorum interponerent judicium: ut si ex iis constaret inquisitiones, probationes, ac processus hujusmodi esse legitimè factos, ausamque sufficienter esse instructam, ea posset ipse Paulus prædecessor exequi, quæ Sanctorum dogmata, & sacramenta Canonum postulant instituta.

S.5. Unde dicti Auditores viliis, & diligenter discussis annis, &c. rati- plausu, sed morte prævi- sus nihil de- suber confir- matus.

Similiter Paul. V. ad instaniam prædictorum, & Huius IV. Regis Christiani transmissi cōmisit Rota Auditoris ut causa hu- si modi in statu, quo rati- peripatetica re- reassumentes ultra proce- derent.

Dicitque Au- ditores omni- bus brim cor- fiderant, ac

processibus coram eis exhibitis, censuerunt cum illis de-
re conjungi processus auctoritate Apostolica confi-
endos: & ad hunc effectum per se ipsos in Romana Cu-
& per nonnullos Archiepiscopos, & Episcopos extra
m in diversis mundi partibus ab eis subdelegatos, jurati
cos processus super præmissis confici curarunt, quibus
eiusdem Pauli prædecessoris ad eosdem Card. super
cris Ritibus, ut præfertur, deputatos transmissis, & per
s visitis, & per pensis, idem Paulus prædecessor, ex senten-
tia eorumdem Card, quod dictus Ignatius Beatus nunci-
ari, & de eo Missa, & Officium de Communi Confessio-
ni Pont. celebrati posset, benignè cœcessit, & induxit.
§. 6. Et deinde cum preces eorum, qui pro canoniza-
tione ejusdem Beati Ignatii institerant, fierent in dies
altiores, volens idem Paulus prædecessor in hujusmodi
ca secundum consuetudinem sanctæ Sedis Apostolici
procedere, eisdem Auditoribus per speciale rescri-
bit mandavit, ut processus factos etiam de novo per-
tenderet, & alios testes super veritatem præmissorum in
cic diligenter examinarentur, & ipsi Paulo præde-
cessori referrent.

**Qui postea et-
dem Paulo re-
tulerunt omni-
nia desuper
formata rite
ac rebū fuisse
perit, ac
miracula &
sanctuarum
facta fuisse
probata.**

**5.7. Quod quidem mandatum Auditores prædicti ex-
equi, propt̄ p̄r̄ etat, volentes, causam similiter de novo ex-
cutere cœperunt; & alios quamplures testes super eisdem
præmissis per se ipsos receperunt in dicta Curia, & per
alios ab eis subdelegatos extra eam examinari curarunt:
ac nonnulla iura ad causam facientia ex Archivio dicta
Societatis extraxerunt, & Alphonsus, ac Joannes Bapti-
sta Auditores prædicti, necnon dilectus filius noster Fran-
ciscus, ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalis Sa-
cratus nuncupatus, tunc tanquam Archiepiscopus Da-
mascenus, unus ex Auditoribus causarum dicti Palatii
Locutio[n]en[is], & in locum d[i]c[i] Gregorii prædecessoris,
qui jam ad Ecclesiam Bononiensem assumptus fuerat, sub-
rogatus, in pluribus Congregationibus inter eos habitus,
de novo fabricatos, & alios processus prædictos etiam
perpendunt, illosque legitime confessos, ac sanctita-
tem, & miracula satis, superque probata fuisse, prædicto
Paulo prædecessori retulerunt.**

**5.8. Cumque ipso Paulo prædecessore viam universa-
lernis ingresso, dictus Prepositus ejusdem Societatis hu-
militer apud Gregorium prædecessorem prædictum insti-
tuerit, ut ad ultiora in Canonizatione ejusdem Beati
Ignatii procedere dignetur, idem Gregorius prædece-
sor illius petitionem benignè audiens, relationem ut præ-
fertur factam, ad eosdem Cardinales super prædictis Sa-
cra[r]is Ritibus deputatos, recognoscendam etiam remisit.**

**5.9. Cumque, pendente dictæ relationis discussione
supervenientem charissimi in Christo filii nostri Ludovi-
ci Francorum, & Navarræ Regis Christianissimi primum,
mox verò nobilis viri Maximiliani, utriusque Bavariae
Ducis, & successivè etiam charissimi in Christo filii no-
stri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem ele-
cti preces accessissent; dictique Cardinales relationem
prædictam comprobassent; Venerabilis frater noster
Franciscus Maria Episcopus Portuen. ejusdem Sanctæ
Romanae Ecclesiæ Cardinalis à Monte nuncupatus, rei
su[m]mam, suamque & aliorum, ut profertur, deputatos
Cardinalium sententiam in nostro, tunc ejusdem Gregorii
prædecessoris Consistorio secreto exposuit: & alii,
qui in illo Consistorio aderant Cardinales, dilecti filii
nostris in eandem sententiam devenerunt, posse videlicet
dictam Gregorium prædecessorem, juxta sacros dictæ
S.R.E. titus, dictum Beatum Ignatium inter Sanctos re-
ferre.**

**5.10. Quare idem Gregorius prædecessor ad ultiora
procedi mandavit: voluerat autem ipse Gregorius præ-
decessor nonnulla ex iis, quæ in processibus, & actis de
vita, sanctitate, & miraculis ejusdem Beati Ignatii consta-
bant, in eodem Consistorio recenseri, videlicet:**

**5.11. Natus est B. Ignatius in ea Hispaniaturum regio-
ne, quæ ad Pyrenæum pertinet, ad Oppidum Aspeithiæ,
Pampilonen. Dicēsis, anno Domini 1491. ex Beltra-
no Loiola, & Maria Sanchez, nobilibus catholicis, &
piis parentibus: qui simili pietate filium educandum cu-
tarunt.**

**5.12. Adolescens ille factus, cum esset eximia & ani-
mi, & corporis indole, missus fuit in clara similiter me-
moriz Ferdinandi Regis Catholici Curiam, ubi cum in-
ter honorarios pueros aliquandiu mansisset, ad tunc
existentem Navarræ Prorege[m], in Civitate Pampilonen.
degentem se contulit, & rei militari operam dare cœpit.
Cumque dicta Civitas ab exercitu Gallorum obsidetur,
iphi Ignatio inter alios dimicanti lapis ex muro
bombardæ vi excussus levam levit tibiam, dexteram ve-
rd ita confregit, ut semivivus coryterit: quorum vul-
nerum acerbam, gravem, & diurnam curationem ita
patienter tulit, ut omnibus esse domesticis admirationi.
Cumque eidem in lecto affixus libros profanos, tunc sic
Deo volente, non repertos petenti, nonnulli pii libri,
legendi causa porreli fuisse, ex eorum lectione tam
ardenter fuit incensus, ut ingenti sui odio concepto, de-
ceverit Christi, & Sanctorum vestigia sequi, & Hierosolymam
proficiere, ut sacra illa loca veneraretur, & fideles
in spiritu promoveret, ac infideles ad Evangelium adduceret.**

**5.13. Curatis ergo vulneribus, patram, parentes,
res omnes fluxas, & cræcas reliquit: & Christo dein-**

**cep[s] militaturus, ad Monasterium Beate Marie de Mon-
te Serrato Ordinis Sancti Benedicti Vicen. Dicēs, per-
xit: ibique generali confessione peracta, gladio, & pu-
gione in templo ejusdem Monasterii suspensis, aspera
talati tunica induitus, fune precinctus, nudo capite, bacu-
lum manu gestans, totam eam noctem, cui dies festus
Angelice salutationis illuxit, ante aram ejusdem B. Marie
Virginis inter preces, & lacrymas vigilavit, séque peni-
tus divino cultui, novum exinde militia genus sequitu-
rum, addixit.**

**5.14. Minoressam inde vicinum Oppidum petiit, &
ad Hospitale S. Luciæ divertit, & in eo, & quodam spe-
cu, ad præterfluentis amnis ripam sita, faciens dignos
poenitentia fructus, pauperem, atque asperam vitam
transgit inter egentes & sordidos homines, quibus etiam
in humiliis inserviebat subsequiis.**

**5.15. Post aliquod verò tempus Altam Urbem no-
stram, & successivè Venetas, ac postmodum Hierosolymam contendit: & per illustratis sacris locis, ibidem per-
manere, & animarum saluti incumbere veritus, rediit ad
partes Hispaniarum, & quo melius posset in spiritu pro-
ximis utilitatem afferre, tringita natus annos, Grammati-
ce primò in Civitate Barchinonensi, & deinde Compluti
Philosophiæ, & Theologiz, per annum cum dimidio ope-
ram dedit: ac demum Parisiis omnia illa studia repetit,
ex eleemosynis viicitans, & officia charitatis, humilitatis
& poenitentia non intermittens, sociis ejusdem propositi,
inter quos fuit Franciscus Xaverius, vir Sanctus, & In-
diarium Apostolus, collectis, & voto cum eis nuncupato,
ut consummatis studiis inceptis, Evangelica contenti
paupertate Hierosolymam omnes adirent, unanimi ac
summo conatu saluti proximorum inservit: quod si
per annum navigandi se non offret occasio, vel Hiero-
solymis permanere prohiberentur, illo voto absoluti
Romam irent, & suam ipsorum operam Summo Pontifici
in auxilium spirituale primi offerent.**

**5.16. Verum cum ex studiorum laboribus & vigilis
gravem stomachi morbum Parisis contraxisset, Iussu
modicorum & ex sociorum consilio, in patrum rediit,
anno ejusdem quingentesimo trigesimo quinto: idique
per tres menses in Hospitali Sancta Maria Magdalena
ostiatum viam emendicans, & pauperibus inserviens,
tempus sedulè traduxit.**

**5.17. Quo transacto, cum convalescet, Venetas quod
socii ex composito venire debebant, etiam ipse profectus,
in ea Civitate ad Sacerdotium promoveri voluit: &
paupertatis, castitatisque in manibus Hieronymi Veralli
Archiepiscopi Rossanen. in ea tunc Sedis Apostolica
Nuntii, votum emitit.**

**5.18. Et elapsi anno inter eos conlicto, & navigatio-
ne in Palæstinam, propter pacem inter Turcas & Vene-
tos per id tempus sublatam, interclusa, Rounam cum so-
ciis venit, anno millesimo quingentesimo trigesimo sep-
timo: ubi à quodam Quirico Garzonio Romano cive, in
quadam ipsius Garzonii vinea sub Monte Pincio recep-
tus hospitio, constitutam operari p[ro]p[ter]e simili memorie
Paulo Tertio, pariter prædecessori nostro, ad animarum
salutem obtulit paratissimum.**

**5.19. Quam causam quod uberioris, & empulatiū tra-
ctare posse, dictam Societatem à se institutam ad tria
cum aliis Religionibus communia vota, quarto adjuncto,
per quod peculiarem pollicetur Romano Pontifici
obedientiam in Missionibus, non petito viatico, etiam ad
Infideles, Turcas, Hæreticos, Schismatics, & quoscumque
aliis obeundis, à prædicto Paulo Tertio prædecesso-
re confirmandam curavit, cumque postmodum optimis
etiam constitutionibus, & legibus stabilivit, & in Pra-
positum Generalem electus, summa cum prudentia, &
probatis laude moderatus est.**

**5.20. Ac post multos labores, Iasum appellans,
in eadem Urbe p[ro]f[essione] obdormivit in Domino, pridie
Kalen. Augusti anni ejusdem Domini millesimi quin-
quagesimi quingagesimi sexti. Vir verè, quem præ-
elegerat Dominus, ne eorum Dux foret, qui por-
tent eis Sandissimum nomen coram gentibus,
& populis, & infideles ad vere fideli cognitionem
indecent, ac rebelles hæreticos ad illius unitatem
revocarent.**

5.21. Paulus.

URBANUS OCTAVUS.

1

§. 20. revocaret, sive in terris Vicarii auctoritate defenderet. Quod ut ab eo excellens Fidei, & maxima Spe communivit, ut satis superque ejus testantur actiones.

§. 21. Aliud autem obsequium quod pauperibus, & agrotis exhibuit in hospitalibus, & eleemosynarum distributione, quas a piis personis suo ipsius studio corrogabat, maxima etiam cura & studium, quod jam inde a principio suæ conversionis in eo posuit, ut rudes, & pueri doctrinam Christianam perdisserent, & detentorum in carcere visitatio, ac sublevatio, quam instituit, & exercuit accurate, necnon per universum terrarum orbem Missiones, quas fecit, & domus, Ecclesias, & Collegia, quæ erexit, & in dicta Urbe, præter scholas Grammaticas, & Humanarum literarum, quas gratis aperuit, Collegium Germanicum, ac Orphanorum, & Catechumenorum domus, & S. Matthæi, & S. Catharinæ monasteria, aliaque loca pia, quæ excitari curavit, & dissidentium reconciliatio, salubria con filia data, & spiritualia exercitia ab eo composita, Sacramentorum frequentiationis procurata, injuriatum denique remissio, & pro iniunctis oratio, quam ardenter amaret proximum propter Deum, planè demonstrant.

§. 22. Dicunt autem ipsum quantopere diligenter, paret ex illa summa cura, & diligentia, qua studuit propter Deum proximo in spiritualibus, & temporalibus semper benefacere, & maxima vigilancia, qua curavit cor suum mundum custodire. A sua conversione nullum in eo deprehensum est dictum, factumque, quod censeri posset esse peccatum mortale, omnes suas cogitationes, verba, & opera in Deum tanquam in finem referebat, & ad Deum, & Dei gloriam, & honorem destinabat, atque haec verba videlicet, Ad majorem Dei gloriam, ut symbolum in ore semper habebat.

§. 23. Prudentia quoque fuit in eo admirabilis. In negotiis enim ad Dei honorem peragendis prius quidem omnia Deo commendabat, deinde solerti habita confutatione, & rationibus ad examen vocatis, congruenter ad operatus finem adhibebat præsidia, & eo pacto contingencia mala facile declinabat.

§. 24. Ejus erga Deum, & homines justitiam aspera vita, & voluntaria penitentia quibus offenso jam Deo satisfacere se putabat, spiritus devotionis & religio, qua Deo reddidit debitum cultum, & honorem, gratitudo quoque, quam erga suos, & Societatis benefactores continuo ostendit, & pura veritas quæ ex ejus ore sine ulla fallacia, falso, fictione, aut obscuritate procedebat, eum cordis puritate, & simplicitate satis commendant. Animi præclaræ magnitudine ex penitentia, obsequio erga agrotos, ex operibus charitatis a quibus propter labores, & difficultates, irridiones, injurias, & contumelias non recessit, sed in illis constanter usque ad optatum finem perseveravit.

§. 25. Patientia vero admirabilis, & mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus, ex propriis confusionibus & persecutioribus, libenter, & alacriter pro Dei amore perpessis, ex gratiarum actione in maledicentes relata, & beneficiis in injuriantes collatis apparent.

§. 26. Patientia vero admirabilis, & mansuetudo ex multis, & ingentibus laboribus, ex propriis confusionibus & persecutioribus, libenter, & alacriter pro Dei amore perpessis, ex gratiarum actione in maledicentes relata, & beneficiis in injuriantes collatis apparent.

§. 27. Jejunium ipse adeo coluit, ut eo tempore, quo fuit Minores, & Barchinones, per totam jejunans hebdomadam, exceptis diebus Dominicis, solo pane vesceretur, & aquam biberet, & propter continuatas orationes, & abstinentias semel, & iterum debilis, ac ferè sine virtute est inventus.

§. 28. Castitatis fuit adeo diligens custos in se, & in aliis, ut in Constitutionibus Societatis voluerit illam suis esse tam perfectè servandam, ut eniti debeant, corporis, mensisque munditia Angelicam puritatem imitari.

§. 29. Profundæ etiam humilitatis non ob cura dedit indicia, dum se ad novæ vitæ genus accingens, noluit suum audire germanum, sibi familiæ nobilitatem, opes, & in militia strenuitatem, ac futuram inde gloriam representantem, sed statim atque ex morbo, & vulnere convaluit, scilicet nuntium remisit. Idem etiam denotatur, quia in partiam valetudinis causa rediens, cum se à quadam jam cognitum esse animadvertisset, timens honorem, quem & germanum, & incolas Asperitum sibi exhibitoros esse intelligebat, noluit cum eo, à quo cognitus fuerat, via recta Asperitiam proficiere, sed per montes, & seunitas obliquas solus illuc accessit, & nobile palatium cum vilitate hu-

milis hospitalis libertissime commutavit, nullusque precibus adduci potuit, ut domum paternam ingredieretur.

§. 30. Denique non solum vanam mundi gloriam, sed etiam ipsum egregia magnanimitate contemptis, renuntiatus enim Praepositus Generalis Societatis, tandem id munus subire recusavit, quoad ejus Confessorius ei, ut demandatum reciperet officium, imperavit, & post receptum munus, ut eos, quos in Constitutionibus ad humilitatem hortabantur verbo, firmaret exemplo, primùm quidem in coquine ministeriis aliquot versatus est dies, tum docere aggressus est pueros, & rudes doctrinam Christianam.

§. 31. Excellentem verò famulæ sui sanctitatem comprobati voluit etiam Altissimus supernaturali splendore vultus, quem dum viveret aliquando viderunt B. Philippus Neri, & quondam Oliverius Manareus Flander ejusdem Societatis religiosus.

§. 32. Ac testimonio miraculorum, quorum plura, etc ab eo vivente facta in processibus recensentur, insigniora tamen post ejus felicem dormitionem edita probantur.

§. 33. Isabella enim Rebelle monialis, ordinem S. Clarae in monasterio S. Elisabethæ Barchinonensi ejusdem Ordinis expressè professa, annos nata sexaginta septem, dum aliquid operis alto in loco molitur, repente tam gravi casu ad terram est collapsa, ut coxendicis seu femoris, quod maximum est in humano corpore, totum fuerit contractum, & per quadraginta dies, & ultra adhibitis per medicum, & chirurgum, eventu planè irrito, medicamentis, ac dolore, & febre, quæ ex contractione supervenerant, non cessantibus, & grota apud omnes erat citra ullam salutis opem, quæ saltæ naturalibus parari possent remedii, ut eadem die motitura crederetur, petita tamen pia cum religione, & impetrata reliquia B. Ignatii, & super coxendicem applicata, statim sana est redditæ, & coxendicem, ac tibiam prius tumentem atque immobilem expeditæ, ac sine dolore movere coepit, & die proxima surrexit, ac liberè, & perfice ambulavit.

§. 34. Joannes Leida Majoricensis in valde acutam, & periculosam febrim inciditerat: augebat periculum maxima stomachi nausea, post duodecimum, vel tertiumdecimum diem aucto periculo, cum Deo sese per merita B. Ignatii impensè commendasset, sequenti nocte somno excitatus, magno spendori circumfusum cubiculum vidit, & uxorem inclamans: Nonne inquit, vides me à B. Ignatio sanatum? & illicescere die sanus, & valens sine alijus auxilio è lecto surrexit, & vestibus se induit, ac in gratiarum actionem templum Societatis expeditè adiit.

§. 35. Hieronymus Honuphrius Heteruscus, incola Oppidi Candiz, Valentinæ dicæces, puer decennis, cū lethale in supercellio prope tempora vulnus accepisset, propter quod totius oculi tumor, & vehemens febris accelerant, & post adhibita per mensem integrum per chirurgum, ex artis praescripto medicamenta, vulnus non solum non solidaretur, sed adeo latu, & profundum esset, ut linamentum digitale inferendum esset, ac tanta sanies, & putredo fueret, ut chirurgus ipse miraretur, & crederet os aliquod intus contractum, & alterum chirurgum etiam vocari jussisset, & ambo coram infirmo convenienter, remotis fasciis quibus vulnus erat opertum, & obligatum, præter omnem expectationem, meritis B. Ignatii, cui mater pueri, voto jam facto, illum commendaverat, vulnus illud penitus obductum, clausum, & solidatum invenerunt.

§. 36. Magdalena Talavera, in eodem Oppido Gandiz obstrunctiones commorans, cum per tres annos gravibus laborasset obstructionibus, quæ in hydropisim, quam confirmatam appellant, terminaverant, ejusque ventrem adeo tumentem & inflatum reddiderant, ut se a loco ad locum mouere non posset, nisi permoleste, videns remedia per duos medicos adhibita sibi nihil profuisse, ac divina configit subtilia: & voto Deo facta, ac Imagine dicti Beati ventri admota, statim melius se habuit, depulsusque est morbus obstruktionis, & hydropisim ita proflus, ut intra tres vel quatuor dies detumuerit venter, & exinde illa se bene habuerit.

§. 37. Ferdinandus Pretel de Mendoza, cum in febrim incidisset tertianam, quæ mox in duplice, deinde in pestilentem, unâ cum mentis stupore, & extraordinariis horribus,

horribus ex humorum abundantia, & virium natura-
lum defectu accidentibus degeneraverat, & ex multis
purgationibus incassum adhibitis, vis morbi adeo aucta
erat, ut à medicis desistatur, in supremo jam mortis dis-
crimine versatur, rite confessus, & communione instru-
itus, ac sacro perunguis oculo, manibus tenens Imaginem
Beati Ignatii, quam collo pendente gestabat, & ex toto
corde illi se commendans, convalescere coepit, & morbo
est liberatus.

Pamela se- §.38. Anna Barzellona fuit sexagenaria, cum toto
zogmaria- biennii spatio morbo paralysie graviter vexata imino-
paralysie, & apoplexia, ac
apoplexia & humo-
ris remedii erat ad omne opus laboris, & gradus ascendere non
posset, nisi scipionibus innixa, & insuper novus apople-
triduum & humo-
ris reme- xia in altero latere morbus accessisset, humanis reme-
triduum diis omnino desstitutam se intelligens, voto nuncupato
melius se habere coepit, & toto illo die, ac nocte inse-
quenti inchoata valetudo ita est aucta, ut jam illucescen-
te manè sana omnino ad Ecclesiam Collegii dictæ Socie-
tatis accurrerit expeditissime, gratias Deo, ac Beato Ignati
reddita.

Caritatis La- §.39. Joanna quoque Clara, & Noquerze, mulier Ma-
lornensis usq[ue]m joricensi, anno nata 56, cœcitate laboranti, videndi fa-
cultatem reddidit Beatus Ignatius.

Capitis dol- §.40. Bartholomeus Contexti chirurgus aded acer-
visus, & ora- bis, & diurnis capitis doloribus opprimebatur, ut pra-
temperante infam- nimio dolore sèpè ad terram allideretur, accessit in ocu-
proposito fami- lorum altero tam gravis inflammatio, ut alterum etiam
tria, & virum dixeraret, ita ut tenuissimum quidem lucis radium per-
ferte, aut aliquantulum quiescere posset: ob idque in te-
nebroso conditus cubiculo, inde non egrediebatur, & ed-
deventum est, ut ex intolerando dolore non dubitaret af-
firmare, quod si quidam chirurgus jam defunctus in hu-
manis ageret, oculum sibi erui jussurus esset, Religione de-
mùn eximia erga Beatum istum incensus, illius Reli-
quiam ad se afferri jussit, & in puncto, quo fuit illa de-
lata, benè se habuit, capitis, & oculorum cellavit dolor,
vulum recuperavit, & lucis splendore sine ulla offendio-
ne sustinuit, utque intelligeretur, subitam curationem di-
vine virtuti atque intercessione Beati Ignatii tribuendam
esse, bis, terve sacra Reliquia è cubilo exportata, dolor re-
diit: eaque in cubiculum reducta, illicet morbus dissest,
quo factò admonitus Bartholomeus, sacram Reliquiam
penes se retinuit, arque ita intra tres, vel quatuor dies ita
perfectè sanatus est, quasi nunquam agrotasset. Quo audi-
to Columna Corteti, & Vich, quæ capitis dolore ita ve-
xabatur, ut neque noctu quiescere, & superveniente in uno
oculorum tanto cruciatu, ut palpebra attollere non pos-
set, & cœca denique remansisset, misit qui eandem Reli-
quiam ad se deferret, qua allata, & super oculos, prævia
invocatione ejusdem Beati impolita, palpebra, quæ prius
per chirurgos aperiit non poterat, confessim ultro, ac per
se cepit aperiit, cellavit dolor, lucis splendorem colum-
na pertulit, & intra tres dies paulatim vulum omnino re-
cupерavit, & perfectè convaluit.

Dolorum ex- §.41. Joanna quoque de Aragona, & Pignatella, Duci-
grediens, & fa Terra novæ, quæ quatuor jam menses vehementissimo
dolorre cruciabatur ex tumore, & duritie alterius mammil-
duriori me- le, & que reducta erat, ut neque pedes, neque brachia
moveare posset, quin sibi viscera transfigi quodammodo
viderentur, ad opem ejusdem Beati configiens, & illius
Imaginem religiosè de manè venerata, & illi se commen-
dans, vespere ejusdem diei sana sine tumore, sine duritie,
& sine ullo doloris sensu reperta est.

Drudum bba- §.42. Demùn his, & quanplurimis aliis permotus
& aliis mera-
calis formis
tus d' Greg. in
pontificis Can-
dole Atra
causa merita
ijpsius Bari,
& Principis
Populorum
vota relata
fuerunt.
§.43. Et successivè altero, quod semipublicum vocavit,
in quo predicti omnes, ac etiam Sedis Apostolicæ Nota-
rii, & causarum dicti Palati Auditores dilecti filii inter-

fuerunt, & omnes, quod dictus B. Ignatius canonizandus omnes d. B.
est, publica suffragijs judicarunt, convocatis Confisco-
riis, toto cordis affectu exultans in Domino, eundem B.
Ignatium, unà cum Beatis Isidoro, Agricola, & Francisco
Xavero inter Sanctos referendum duxit.

§.44. Præscripto itaque Canonizationis die festo S. Gre-
gorii Magni nuncupati, 4. videlicet Idus Martii, Pontifi-
catus ipius Gregorii prædecessoris anno 2. iterum d. Gre-
gorii prædecessor est hortatus ad iteratas preces, jeju-
nia, & elemosinas, ut in tanto opere exequendo lumen
ejus, qui lucem habitat inaccessibilem, implorarent ad ea
peragenda, quibus divina gloria honor, & Catholice Ec-
clesiae fides augeretur. Omnibus verò juxta Sanctorum
Patrum traditiones, sacerorumque Canonum instituta, &
Romanæ Ecclesie confutudinem ritè, & rectè peractis,
dicta die 4. Idus Martii, idem Gregorius prædecessor ad
Principis Apostolorum Basilicam, cum Cardinalibus, Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Prælatis, & ipsius
Gregorii prædecessoris familiaribus prædictis, necnon el-
leclis filiis Clero seculari & regulari, ac maxima populi
frequentia convenit, & post iteratas primò, secundò, ac
tertiò pro Canonizationis decreto petitiones, per dilec-
tum filium nostrum, tunc suum, Ludovicum Tituli S.
Marie Transpontini Presbyterum Cardinalem Ludovi-
cium nuncupatum, nomine prædictorum, qui pro ea insti-
terant, post sacros Hymnos, Litanias, aliaque preces, &
post imploratam Spiritus Sancti gratiam, ad honorem
Sanctissimæ, & individuæ Trinitatis, & Fidei Catholicæ
exaltationem, & Christianæ Religionis augmentum, au-
toritate ejusdem Dei omnipotentis, Patris, & Filii, & Spi-
ritus Sancti, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum de-
crevit, & definit, dictum Ignatium Loiolam, prædictæ
Societatis fundatorem, unà cum Isidoro, & Francisco
præfatis, ac Beatis Philippo, necnon Theresia Sandum,
& Sanctorum Catalogo adscribendum & aggregandum
esse, prout adscriptis, & aggregavit.

§.45. Statuens, ut ab universis Christi fidelibus, ejus
in honorem Ecclesie, & altaria, in quibus sacrificia Deo
offerantur, ædificari, & quolibet anno dicta die illius
obitus, pridie Kalendas Augusti, festum ipsius, & offi-
cium tanquam de Confessore non Pontifice, ad fornacem
in rubricis Romani Breviarii præscriptam solemniter ce-
lebrari possit.

§.46. Insuper eadem auctoritate omnibus utriusque
sexus Christi fidelibus verè pénitentibus & confessis,
qui annis singulis ipsius festo ad sepulchrum, in quo cor-
pus ejus requiescit, visitandum accesserint, unum annum,
& quadraginta dies, iis verò qui in ejusdem Festi octava
id fecerint, etiam quadraginta dies de injunctis eis, aut
alias quomodolibet debitis pénitentiis, misericorditer
in Domino relaxavit.

§.47. Et decantato solemniter Hymno, Te Deum lau-
damus, & divina ope implorata, S. Ignatii, & aliorum
Sanctorum prædictorum meritis, per peculiarem ad id
orationem, quam dictus Gregorius prædecessor piè, & so-
lemniter recitavit, sacrosanctum Missæ sacrificium fo-
lenni pompa & ritu, cum corundem Sanctorum com-
memoratione, ad Altare Principis Apostolorum celebravit:
& omnibus Christi fidelibus tunc præsentibus plenariam
omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissio-
nem, ad Dei laudem, & gloriam Sanctorum ejus imperti-
tus fuit.

§.48. Ne autem de decreto, definitione, adscriptione,
aggregatione, statuto, relaxatione, impertitione, aliisque
idem Gregorius prædecessor, ex antiquo Romanorum
Pomiticum prædecessorum nostrorum, tunc suorum in-
stituto, publico prius, in quo præter prædictos Cardina-
les, etiam venerabiles fratres nostri Patriarchæ, Archiepi-
scopi, & Episcopi, ac alii Romanæ Curia Prælati, & dicti
Gregorii prædecessoris familiares dilecti filii conven-
tum, & dilectus filius Zambeccarius, Aula Pontificie
confessorialis Advocatus, dicti Beati Ignatii merita, &
Principum, ac Populorum super hujusmodi Canoniza-
tionē vota retulit.

Modis ita
S. Maff. Vrb.
(quia d' Greg.
litera, ejus superveniente obitu, confessus non
fuerunt, valeat quomodolibet hastari: Volumnus, & Apo-
stolica auctoritate decernimus, quod decretum, definitio,
obitu expediri, & non petiri)

supervenientia
ad scriptio, aggregatio, statutum, relaxatio, impartitio,
aliaque præmissa à dicta die 4. Idus Martii, suum debitum
fortiantur effectum, ac super illis ipsius Gregorii pre-
decessoris litera, sub Datum ejusdem dicti confessus fui-
sent, prout superius enarratur. Quodque præsentes nostre
litera ad probandum plenè decretum, definitionem, ad-
scriptionem, aggregationem, statutum, relaxationem, im-
petitionem, & alia præmissa ubique sufficiant, nec ad id
approbationis alterius adminiculum requiratur.

§.49.

URBANUS OCTAVUS.

15

- Transfuntis-
gor hujus
confit. fidem
dari vult.*
- §.49. Ceterum quia difficile foret, praesentes nostras
litteras singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus
ut unum exemplum, etiam impensis, manu publici Nota-
rii subscriptis, & sigillo aliquius personae in dignitate
Ecclesiastica constituta munitis eadem ubique fides ad-
hibetur, que ipsis praesentibus adhiberetur, si essent
exhibitae, vel ostensae.
- §.50. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam utriusque nostrarum voluntatum, & decreti infrin-
gere, vel ei ausu temeratio contraire. Si quis autem hoc
attentare presumperit, indignationem omnipotentis
Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se no-
verit incursum.
- Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dominicæ
die 6. Aug.*
- Papa subscri-
prio.*
- Cardd sub-
scriptiones.*
- Ego Urbanus Catholicæ Eccl. Episc.*
- † Ego Franciscus Maria Episc. Portuen. Card. à Monte.
- † Ego Oft. Episc. Prænestin. Card. Bandinus.
- † Ego Jo. Baptista Episc. Albanen. Card. Detus.
- † Ego And. tit. Sancti Laurentii in Lucina presbyter
Cardinalis Perettus.
- † Ego B. tit. S. Mariæ in Transyberim presbyter Card.
Bevilaqua.
- † Ego Dominicus tit. SS. Apostolorum Card. Gymnasius.
- † Ego Carolus Card. tit. S. Cæsarii Madruetus.
- † Ego S. tit. S. Chrysogoni presb. Cardin. Burghesius, Ma-
jor Pœnitentiarius.
- † Ego Jo. Garzia tit. SS. Quatuor Coronatorum presby-
ter Card. Millinus.
- † Ego M. tit. SS. Quirici, & Julitta presb. Card. Lantes.
- † Ego Jo. B. tit. S. Cæciliæ presb. Card. Lenius.
- † Ego D. tit. S. Martini in Montibus Card. Rivarola.
- † Ego G. tit. S. Crucis in Hierusalem presb. Card. Borgia.
- † F. Felix tit. S. Anastasiæ presb. Card. Asculanus.
- † Ego Tib. tit. S. Prisca presbyter Cardinalis Mutus.
- † Ego Gabr. tit. S. Bartholomæi in Insula presb. Cardi-
nalis de Trejo.
- † Ego Julius tit. S. Sabina presbyter Card. Sabellus.
- † Ego Melchior tituli S. Mariæ de Pace presbyter Card.
Kleselius.
- † Ego S. presb. Card. S. Susanna, S.R.E. Bibliothecarius.
- † Ego Guido tituli Sanctæ Mariæ de Populo presbyter
Cardinalis Bentivolus.
- † Fr. Desiderius tit. S. Clementis presb. Card. de Cremona.
- † Ego Ludovicus presb. Card. Ludovisi, tit. S. Laurentii
in Damaso, S. R. E. Vicecancellarius.
- Bullar. Mag. Tom. IV.*
- † Ego Cosmus tit. S. Pancreti presb. Card. de Torres.
- † Ego C. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diac. Card. Piss.
- † Ego M. S. Eustachii Diac. Card. de Sabaudia.
- † Ego Alexander Sanctæ Mariæ in Cosmedin Diaconus
Cardinalis Ursinus.
- † Ego Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus
Cardinalis Boncompagnus.
- † Ego Hippolytus Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Car-
dinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.
- Canonizatio S. Francisci Xaverii è Societate Je-
su Indiarum Apostoli, ejusque in Sanctorum
Confessorum numerum adscriptio, cum in-
stitutione ejus festivitatis die 2. mensis De-
cembri.
- Hunc S. Franciscum canonizavit Greg. XV. die 12.
Martii, anno 1612. cum BB. Isidoro Agricola,
Ignatio Diola, Philippo Neri Confessoribus, ac
Theresa Virgine, sed morsे preventus conf. Cano-
nizationi non potuit expedire.
- Constitutiones autem pro Societate Iesu editas à diver-
sis Pontificibus lege sup. in Pauli 111. constit. 25. Re-
gimini, tom. 1. & Canonizationem S. Ignatii Societatis
fundatoris habes in S. Q. N. Urb. VIII. constitutioni-
bus, const. 3. Ration. 1, sup. tom. 4.
- V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita An.D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.
- Ratiōne congruit, & convenit æquitati, ut ea, quæ Pro animis
de Romani Pontificis providentia processerunt, li-
cet ejus superveniente obitu, litera Apostolicæ desuper
confectæ non fuerint, suum debitum consequantur effe-
ctum. Dudum siquidem felicis recordationis Gregorius
Papa XV. prædecessor noster, piè præmeditans, quod
unigenitus, & coæternus æterni Patri Filius, cum de re-
galibus sedibus in hunc mundum, ut salutem humani ge-
neris operaretur, delendisset, semen bonum verbi sui
in agro Orbis terrarum seminaverat, ut omnium cœ-
lestium virtutum, & ad extremum æternæ vitæ fructum
credentibus germinaret quodque, cum pro divinæ hujus
segetis incremēto, pretiosissimum sanguinem suum, igno-
miniam Crucis voluntariè subiens, effudisset, ac perfe-
cto demum opere, ad quod missus fuerat, super omnibus
Cœlorum sublimitatibus ad dexteram Patris in sœculo-
rum æternit. te confessurus ascendisset, plurimos servos,
& amicos suos in terris reliquerat, qui laboribus, vigi-
liis, atque ad ipsius exemplum proprii sanguinis effusio-
ne, divinam hanc excolentes sementem, messem quam
uberrimam in horreum ejus congregarent, ejusque fines
eò usque dilatarent, donec juxta promissionem Patris om-
nes gentes, & termini terræ darentur ei in hereditatem,
& possessionem. Et quamvis verbum ejus semper à ge-
neratione in generationem prosperatum esset; attamen
quando ab æternis temporibus prædestinatum beneplati-
citi ejus tempus advenierat, ut abundare faceret, quasi
imbrem inundarem, misericordiam suam magnam su-
per universum semen filiorum Adam, gloriamque Cru-
cis suæ usque ad ultimum terræ, & in mari longè propa-
garet, verè admirabilis facta erat potentia ipius, cùm
revelatis incognitis antea Tribubus, & linguis, ac
populis, & nationibus, messem magnam atque uberon-

B 2 aperteget,

apernerat, atque in ea operaribz multiplicaverat ; tanquam
que fructuum abundantia laborez eorum compleverat,
ut iphiſ anhuprianis, Evangelice prædicationis ſonus
uſque ad extremos Orbis terrarum lineas penetraſſet; &
ad Solis ortu uſque ad occuſum, ab Aquilone & mari, magnum
nomen Domini Dei noſtri in universis gentibus
reddiſum eſſet. Inter exterorū verò, quos ad perciendū
voluntatis ſuę sacramentum in tantarum gentium voca-
tione Dominus præordinaverat, egregius Servus ejus
Franciſcus Xaverius, nouus Indiānum Apostolus, gloria
Sanctitatis, & meritorum ſplendore præcipue emicuerat.
Qui cum à juventute ſua perfeccè coram Deo ambulaſſet,
ſpretilque, ac conculcatiſ diuij, ac ſacculi dignitatibus,
ac ſemetipſo juxta verbum Domini abnegato, ani-
mam ſuam pro nomine Domini noſtri Iesu Christi tradi-
diſſet, dignus inventus erat, qui à Spiritu Sancto in tam
iſigne opus afflueretur : ac tanquam aliorum Dux di-
vina providentia conſtitutus, Apostolicis charismatibus
affluenter decoraretur : etiam ab signa Apostolatus, que
in eo in omni patientia, in lignis, & prodigijs, ac virtutibus
manifesta facta erant, novatum gentiuſ Apostolus
unanimi totius Christiani Orbis conſensu meruerat ap-
pellari : Ac propterea decebat, ut tantum Dei famulum,
qui pro gloria ejus, & animarum Domini noſtri Iesu
Christi languine redemptarum ſalute innumerous, maxi-
moſque labores, atque aerumnas perpelliſus erat, ingentia-
que terra marique ſubiverat pericula, quem Deus adeo
magnificaverat, ut nomen ejus honorabile eſſet apud om-
nes gentes.

**Rerum exi-
mias, & pre-
columnes vir-
tutes & mo-
riva S. Fran-
cisci Xaverii,
quibus per-
missus Greg.
XV. cum in
S. Petri anno
Confessorum
numerorum re-
tulit.**

**S. I. Idem Gregorius predecessor, pro suo Pastorali
munere, ut verè Sanctum, & Electum Dei in militanti Ec-
clesia declararet, ejusque virtutes, tanquam eximias, &
præcelligentes, universi Christi fidelibus imitandas pro-
poneret, ut populus Christianus actiones suas ad hono-
rem Dei, ipsius exemplo, dirigens, eum apud Deum, &
Dominum Iesum Christum in ejus necessitatibus habere
mereretur intercessorem: atque ut omnes Christi fide-
les promptius ad laudandum Deum Omnipotentem se-
cundum multitudinem magnitudinis ejus excitarentur,
devotionisque ardor erga tagum Dei famulum augere-
tur, dum ejus in terris coelstis, & laudabiliter actam vi-
tam Orbi terrarum explicaret & patesceret, in primis &
ante omnia præmitteret, quod natus erat insignis hic Dei
Servus Navarræ in Oppido Xaverio Pampilonen. Di-
cebas, maternæ ditionis loco, nobilibus ac piis proge-
nitoribus. Qui eum ipsum ab infancia timore Deum, ac
ab omni peccato abstinere docuerint, ubi etas demum
adoleverat, Lutetiam Parisiorum studiorum gratia eun-
dem miserant. Quibus cum alacriter operam daret, post
haud multum temporis de eo domum revocando pa-
ter cogitare cœperat. Quod cum tunc in humanis
agens Maria Magdalena ejus soror, quæ Monasterium
Monialium Oppidi Civitatis nuncupati Gandia, Or-
dinis S. Clare, Discalceatarum nuncupatum, Valen-
tinæ dicebat, non sine ingenti sanctitatis fama tunc regebat,
peasensibet, Fratris vocationem divinitus edocet, per
literas cum patre vehementius egerat, ut Francisci studia
omni ope, etiam cum rei domesticæ detrimento, foveret;
eum enim incognitum gentium Apostolum divina
providentia præordinatum esse prævidebat. Cumque
Lutetia commoraretur, in familiaritatem S. Ignatii in-
sinuatus, ac postmodum in solum ipius, qui id arden-
tibus precibus à Deo ad ingentem Ecclesiæ utilitatem
præstandam postulaverat, adscriptus, eoque duce in-
gressus erat arctam viam, quæ ad vitam ducebat, ut enim
spiritu vivificaretur, carnem suam, ad antiquorum San-
ctorum Parrum exemplum, severissime mortificaverat,
Interdicto enim sibi, non solum carnis, & vini, sed
panis etiam triticei usu, vilibus tantummodo ac insul-
fis cibis, iisque quam parcissime usus erat: Quin etiam
frequenter integro biduo triduoque ab omni cibo pror-
fite abstinuerat, aliquando verò omnes majoris hebdo-
mada dies usque ad Sabbatum Paschatis jejonus trans-
egerat, somnoque brevissimo vires reficere consueve-
rat: humi, vel lectulo vilissimis stragulis contecto ja-
cens. Corpus suum ferreis flagellis adeo diverberabat,
ut sèpè copiosus sanguis efflueret: aliquando autem**

funiculis articillimè constrictis lacertis, cōxendicibus iter aggressus erat, cūmque plures dies in eo cruciato perseverasset, vincula adeo corpori ejus iuxta erant, ut pīe doloris magnitudine viribus deflexerat, in via concidebat, ac nisi praecipuo Dei beneficio, absque ulla humana ope, disrupta fuissent, de ejus vita omnino nō desperatum fuisset. Quām praeclara verò in ejus animo reliqua Christianæ virtutes effulserant, quām potenter scuto fidei protectus omnia nequissimi ignea tela extinxisset, & quām firmiter in Deo sperasset, & Sacramentorum frequentia, quibus non solum semetipsum, sed & alios etiam summa cum devotione, ac indefessa assiduitate pascerbat: & verbi Dei assidua prædicatio, qua tam ingentem Orbis terrarum partem illuminaverat, insigniter attestabantur. Sed inter ceteras ejus virtutes, quasi sidus matutinum, præcipue resplenderat Charitas, quæ in omnibus quidem ejus actionibus, præsertim tamen cūm ægrotis inferviret, manifestabatur. Eo etenim dilectionis ardore erga inopes infirmos, qui in dominib[us] hospitalibus morabantur, se gerebat, ut rād ab eis discederet, tantaque sensuum mortificatione quantumvis sordidissima ministeria peragebat, ut aquam sepiùs, qua horribilia, & incurabilia ulcera laverat, cibis esset. Cūm verò vita periclitarentur, tunc cibi somnique proflus oblitus, & præter proprias vires à Deo confortatus, veluti à commissa custodia nec die, nec nocte discedebat: illisque sanctissima Ecclesiæ Sacramenta, ceteraque spirituales alimonias præbebat. Quæ adeo libenter atque hilariter exequebatur, ut delicia ejus deseruire ægrotis ac motientibus esse dicerentur, & quasi aliquod talentum sibi divina benignitatis munificencia creditum negotiaretur, assiduamque hanc erga ægrotos curam ac vigilantiam tota vīta suā tempore ubicumque moraretur, exercuerat. Sed & per eandem Charitatem, quæ per Spiritum Sanctum diffusa erat in corde ipsius, adeo ad Deum accedebat, tantoque spiritus fervore in oratione perseverabat, ut hujusmodi cibo intentus, quo interiorem hominem perficiebat, noctes integras transigeret: nec cūm in nave esset, atque in aperto vīta discriminē in summis temperatibus versaretur, desisteret, aut quidquam animo commoveretur, fieretque aliquando talis super eum mentis excessus, ut oculis in cœlum defixis, divina vi à terra elevaretur, vultu adeo inflammatus, ut angelicam proflus claritatem repræsentaret, nec divini amoris perferre valens incendium, sepiùs exclamaret: *Satiz est Domine, satia est.* Cūm verò Sacrosanctum Missæ celebraret sacrificium, se penumero à sensibus usque adeo abalienabatur, ut nec ministri vestem succuentes, nisi post diuturnam moram, excitare possent. Quin etiam aliquoties altius cubito à terra elatus, ab universa adstantium multitudine, miraculi magnitudinem obstupescente, ac Servi Dei sanctitatem suspiciēte, conspectus fuerat. Nec solum vigilans vir Sanctus Deum in corde, & ore habebat; sed & dormiens in ipso requiecebat. Frequenter enim in somnis sanctissimum nomen J E S U cum summa mentis dulcedine proferre audiebatur. Cūmque tam singularibus floreret virtutibus, atque in dies à Deo posterioribus augeretur innumeribus, non modò non extollebatur, sed crescebat in eo semper virtus Humilitatis: adeo ut infima quæque domus officia semper, tanquam omnium postremus, obiret. Vestibus verò adeo pannosis ac vilibus utebatur, ut pueris quandoque deridiculose esset. Venerabatur autem maximè vir Dei non Episcopos modò, sed Sacerdotes quoscumque: Sancto verò Ignatio, tunc Præposito suo, non nisi flexis genibus scriberet. Honores verò ac laudes hominum adeo horrebat, ut amplissimam Apostolici Numeri dignitatem, qua instractus in Indias à Summo Pontifice missus fuerat, quām studiosissimè occultaret: nec nisi semel ea potestate, necessitate coactus, usus fuerat. Ceterum tantus vir insigne stadium à Deo consequitus erat, in quo gloriösus usque ad consummationem cursus, & coronam justitiae deceraret.

5.2. Cùm etenim claræ memoriz Joannes Lusitanæ Rex à piz memoriz Paulo Papa III. tunc dicti Gregorii, nunc etiam nostro respectivè prædecessore, nonnullos

URBANUS OCTAVUS

12

nonnullos ex Ignatii Sociis postulasset, quos ad Orientales Indias, ut in vastissimis illis regionibus Verbum Dei diffundirent, transmitteret, idem Pontifex Sancti Ignatii hortatu, ad tantum opus peragendum Franciscum Xaverium elegerat, quem etiam Apostolici Nuntii dignitate, & amplissima potestate decoraverat. Cumque viatici nomine plurima ei à Prætore Regio pararentur, homo qui pro viatico ac pera de Dei benignitate, in cuius Evangelii opus segregabatur, præsumebat, nunquam adduci potuerat, ut quidquam, præter viliissimum centonum acciperet, & in navi super fumem nauticam dormiebat, ac emendicando vivebat: ægrotis in viliissimi ministeriis indefessa charitate noctu diuque serviebat. In Indiam ut pervenerat, statim, ac modico quidem tempore ad quietem post longissimam, ac difficultiam navigationem sumpto, ad prædicandum illis gentibus Evangelium se accinxerat, & indutus virtute ex alto, Apostolici spiritus fervore ministerium, quod sortitus erat, tanto cum fructu execuebat, ut gratia Dei efficaciter verbo cooperante, non solum Christianorum mores depravatos ad meliorum frugem passum tuto Oriente revocaret, sed multa cente na hominum millia, qui in tenebris, & in regione umbra mortis ambulabant, ad agnitionem veræ lucis perduci, regenerationis lavacro mundarentur. Nam præter Indos, Brachmanes, & Malabares, in quorum Regionis Apostolica prædicatio, quæ antiquis temporibus illuc viguerat, sed hostis humani generis fraude ex omnium memoria prorsus abolita erat, Xaverii prædicatione revixerat. Ipsius primus Paravis, Malais, Jais, Ace-nis, Minjanais, Malacensibus, & Japonibus Evangelium Christi annuntiaverat, multique illarum nationum Reges, & magni Principes, agenti cum fidei nostra emolumento, suavi Christi jugo colla subdididerant. Incre-dibilia autem videbantur, quæ propriæ nomen Domini nostri Jesu Christi toleraverat. Per diversa etenim Regna, in vastis illis Orbis terrarum spatiis, semper pedibus, & sepius nudis, per arenas calidas pergebat: per spinas longissima itinera conficiebat, contumeliis sepe numero, probris, & illusionibus, quin etiam verberibus, & lapidibus oppeditus, in periculis hostium, in periculis itinerium versatus, sepe naufragus, vigilias, frigus, & nuditatem, sitim, famemque perpessus erat, contradicis, ob assiduos ac intolerabiles labores, gravissimis morbis: nec enim, Apostoli exemplo, animam suam faciebat pretiosiorem quam sc̄e, dummodo consummaret cursum suum, & ministerium verbi, quod accepterat, testificari Evangelium gratia Dei.

Multis signis ac miraculis prædicationis Servi sui Francisci, dū in vita suis, Dominus con-servans, qua hic narrans sur.

§. 3. Signa veræ, & prodigia quibus Dominus Apostolorum suorum sermonem in nascentis Ecclesia exordiis confirmavit, ad illius novæ sobolis incrementum, in manu etiam servi sui Francisci misericorditer renovaverat. Subito enim à Deo diversarum ac incognitarum gentium linguis, quas non noverat, edocetus, disertissime quasi in iisdem terris educatus esset, loquebatur, & acciderat quandoque, ut eum ad diversarum nationum populos concionem habentem, unusquisque eodem tempore linguæ sua, in qua natu erat, magnalia Dei loquentem cum stupore, & ecstasi audiret, eoque miraculo multitudine magna commota, recipiteret Verbum Dei. Hinc post præmissa, ad Christi fidelium ædificationem, aliqua ex insignioribus prodigiis, & signis, quibus prædicationem & gesta ipsius Dominus illustraverat, recenseret.

Et primum illud memorandum videbatur, quod cum numerosus Badagarum exercitus in exitum Christianorum à Francisco baptizatorum imminaret, atque omnia atrocitatis exempla se in Christianos editurum minaretur, ipse solus fide armatus procedens obviā, ac severè eorum impietatem increpans, iterat illicet immobili verligio universus exercitus, deterritus (ut milites Duce-que referebant) ab homine quadam magno nigris vestibus induito, qui juxta Francicum stabat, cuius majestatem ac splendorem vultu oculisque micantem, ferre non poterant. Itaque vir Sanctus, quos Christo pepererat, à cæde ac direptione liberaverat.

Successivè apud Comorinum Promontorium, cum in quadam Ecclesia Servus Dei infidelibus concio-

Bullar. Mag. Tom. IV.

naretur, ac properit duritiam cordis eorum nihil proficeret, facta oratione, jussit sepulchrum, in quo præde-functus tumulatus fuerat, aperiri: ac populo significans, ad comprobandam Christiane fidei veritatem, mortuum Dei voluntate rursum viseturum, linteo quo cada-ver in volatum erat, recesso, ac cursus precibus ad Dcum fuisse, mortuo ut viveret imperaverat, qui statim stupen-tibus omnibus surrexerat vivus, & quo tam insigni miraculo commoti qui aderant, tum alii multi, credide-rant in Deum.

Eodem postea loco mendicus quidam Beato viro occurrerat ulceribus plenus, cujus plaga Francisus magno charitatis affectu lavans, atque aquam, qua eas lava-ter, ebibens, ac deinde Deum Patrem misericordiarum, ut illius pauperis misereretur orans, è vestigio ab omni plaga atque ulcere, Dei munere, pauper ipse omnino li-ber surrexerat.

Sed & puer quidam Mutani in Orientali India penitenti febre vita sublatus, ac linteo insutus, de more gentis, viginti quatuor horis asservatus, flentibus parentibus cerebatur ad sepulchrum, quos ut vir Dei vidit, misericordia motus super eos, Deum Omnipotentem, ut puerum vivificaret, genibus flexis precatu-s fuerat: atque aqua benedicta alpersum, recesso linteo, signo Crucis signaverat, apprehensa manu ejus, in nomine Domini Iesu Christi vivum atque incolument parentibus restituerat, erecta illo in loco, ad tantæ rei memoriam conservandam, ab incolis magna cum cele-britate Crucis.

Et successivè apud Oppidum Combuturæ in ora Pis-caris puer aliis in puteum delapsus, suffocatusque, maximo cum matris & cognatorum ejulatu efferebatur, cùmque ex proxima Ecclesia Franciscus occurrit, misericordia eorum, in genua pro voluntate oculisque in cœlum fixis, Deum pro vita pueri precans, cum apprehensa manu in nomine Domini Iesu Christi surgere jussit, & conse-citum puer surrexerat vivus, quem Sanctus vir reddiderat matri sue, stupentibus omnibus, ac maximo cum clausore Deo gratias agentibus, quibus ipse præcepit, ne cui rem gestam narrarent.

Insuper dum in Japonia Insula Franciscus Christi fidem prædicaret, accesserat ad eum mercator quidam à multis annis cæcus, petens ut sibi à Deo, ut videret, impetraret: Franciscus, recitat super eum Evangelio, signum Crucis oculis ejus impresserat, qui eodem tempore momentu lucem amissam recuperaverat. Postero verò die, versus ad eum cum uxore ac universa familia, genibus advolutis gratias agens, & Christianam Fidem professus, ad baptismi gratiam unà cum suis omnibus pervenerat.

Exierat autem tam illustris miraculi fama per omnem terram illam: ac multi stratis Idolis suis conversi erant ad verum Deum, & Iesum Christum Filium ejus. Cùmque Servus Dei ad Sinas in magna navi, qua quingenti vechebantur, navigaret, cessaverant adeo venti, ut quatuordecim diebus navis eodem loco hæsisset immota. Cùmque inter cæteras difficultates, aquæ penuria valde laboraretur, multique jam siti deficerent, vir Sanctus omnia navis vasa marina aqua impleri jussit, fusilis que instanter ad Deum precibus, super ea signum Crucis fecerat: ac repente aqua illa salta, dulcis salubrisque effecta erat. Quo miraculo plures, qui in navi erant, infideles crediderant in Deum: quin etiam aquæ illius, que abunde superfuerat, post plurimi per multas Indianum Provincias variis, quibus vexabantur, morbis sa-nari fuerant.

Ad easdem Sinas contendens, eam fævissima orta tempestate, omnes de se actum esse existimarent, & gubernator navis, ne repentina vis procellæ scapham au-ferret, validis eam rudentibus ad onerariam alligari jussit, non multo post abruptis retinaculis, scapham tempestas abstulerat tanto impetu, ut penè temporis momento omnium conspectum effugisset, & pro-tul quisque cognatos, & necessarios in scapha habe-bat, certarim eorum casum deplorare cœperant. Fran-ciscus ergo universos collacrymantes bonum eos habere animum jussit, ac prædixerat, fore ut ante

B 3 triduum

triduum filia renoget ad matrem: significans, scapham clargitetur, pericrat: quod Arausius gravatum, nihen ad onerariam reddituram: prout, Deo dante, apparere vila fuerat, & recte ad onerarium tendere, & sponte ad illius latas accederet, atque ita aperte se applicare, ut illi omnes, qui in ea erant, comitatem excepti fuissent: que extiam in medis fluctibus, nomine illam retinente, tenui steterat, quod retigaretur ad navim, & tonitis omnibus ex miraculo remanentibus.

Ad Moluchas Insulas etiam Franciscus advenerat, ubi magno spiritu fervore Verbum Dei primus annuntiabat, atque in Urbe Tolo vigintiquinque millia hominum baptizaverat: qui cum suau Tyroni cuiusdam Christi fidem defessiuerunt, Ecclesiam solo sequassent, Cruces, Sanctorumque imagines confregissent, & concutientes, Franciscus velam Domini velatus, viginti Lusitanos, ac quadragecentos circiter indigettos ad ultionem tanti scleris incitaverat: coque duce ac victorie sponsorre, tampana militum manus adversus Urbem munitissimam, Christo rebellem expeditionem aggrediebatur: sed cum proprie Urbem perversum, subtiliter Vir Dei, ac orationi se dederat: statimque vicinus mons magnum emiserat incendium, adeoque ingentem cineris, ac pulicium vim erodaverat, ut Urbi atque arcis, qua in edito sita erat, muros sequasset: horribilisque propterea terra motus totam Urbem conculcerat, plurimaque domos subverterat: quibus malis exterriti incolae, deserta urbe, in proximas silvas confugerant: urbs itaque a Francisci militibus facile capta erat: cives vero ad ejus pedes prostrati, acceptaque salutati penitentia, delicti veniam impetrarunt.

Ulterius, cum inter easdem Insulas Franciscus navigaret, ac saevissima orta esset maris tempestas, ad eam sedandam, Crucifixi imaginem, quam collo appositam gestare solebat, undis immiserat: que vi procellae a manibus excussa, in profundam maris, non sine magno ejus morore, delapsa erat: sed laetificaverat Dominus animam servi sui: nam cum ad terram applicuisse, ac secus littus iter faceret, marinus Cancer ex undis subito proslulerat: atque ante pedes ipsius steterat, eandem Crucem mortibus elevatam gerens: & Franciscus in genua provolutus eam deo suscepserat, ac diuturna oratione ob tam egregium munus Deo gratias eggerat.

Prophetico etiam spiritu Deus Servum suum, quem in lucem Gentium dederat, illuminaverat: atque adeo insigne donum plurimis manifestaverat exemplis. Atque inter cetera, cum Aceni populi, inter quos etiam Turcae erant multi, sexaginta navium classe vechi, Christianorum naves concremasset, ac multos crudelissimos supplicios affectos enecasset, ducenti ac triginta milites in octo naves distributi, Franciscus suadent, ac in nomine Domini exercitum victoriam promitten- te, classem Barbarorum insecuri erant: transactoque jam mente, cum nullus ab ipsis nuntius adveniret, consernatis omnibus, jamque de civium suorum salute desperantibus, Franciscus in ipsa conflictus hora classium congregatum, ac insignem Christianorum victoriam, haud secus ac si praesens esset, in concione narraverat: ac diem quo tantæ rei nuntius adventurus esset, prædixerat. Quæ omnia cum ingenti omnium admiratione, eo ipso quod designaverat tempore, certis nuntiis approbata fuerant.

Cumque due naves eodem tempore e portu solvissent, prædixerat Franciscus, suborta magna maris tempestate, alteram naufragium passuram, alteram verd (& in hac ipse reperiebatur) extra omne maris periculum in navalii dissolvendam: quam predicationem utriusque existus comprobaverat, cum alterius fragmenta non multo post conspicte fuissent, altera verd, multis turè peractis itineribus, cum publicato vaticinio, Sancti Patris navis vocaretur, ac ubique appelleret cum plausu exciperetur, demum post multos annos in navalii ut reficeretur subducta, sponte corruerat.

Grassante quoque pestilentia in Lusitanorum ac Hispanorum classibus, quæ ad Ambroinam Insulam appulerat, cum Sanctus vir agrotis de more ministraret, à Joanne de Arausio, ut vinum sibi ad eorum ulum

clargitetur, pericrat: quod Arausius gravatum, nihen ne ab desset, miserat: quoniam Dei servus admontuerat, et in charitatis operibus fortior esse vellere: brevi etenim fore, ut vita defungeretur, ejusque omnia bona in usus pauperum cederent. Cumque post non sicutum temporis spatium ad Terram. Insulam, quæ ducentis amplius milliaribus à loco distabat, adventasceret, ac Missæ sacrificium celebraret, verbus ad populum, Orate (dixerat) pro anima Joannis de Arausio, qui modò expiravit. Stupentibus omnibus, post duodecimum diem supervererat qui visionem Sancti viri verissimam fuisse, nuntiata Arausii morte declaravera.

Mercatorii cuidam Meliapore discessuro, ac munuscum aliquod, tanquam benevolentie signum, à se postulanti, Servus Dei Beatae Mariae Virginis Coronam precariam à collo detraictam clargitus erat: affirmans fore, ut quando illam petes se haberet, ab omnibus mariis periculo incolunis esset evalsurus. A portu itaque mercator solvens naufragium fecerat: cumque in tabulata ex lignis raptim composta, cum nonnullis aliis veteribus exsiliisset, & in alto mari alienato à sensibus animo, visus esset sibi cum ipso servo Dei Francisco in eo loco, in quo coronam precariam predictam accepérat, colloqui, quanto demum die, ex quo desilierat in illa tabulata, ab ea animi ecstasi, velut ab alto somno extectus, cum neque tabulata, neque socii unquam comparsissent, in littore Nagapatani propè Meliaporem salvum & incolunem se reppererat.

Petro Vellio autem, qui summa voluntate in quodam charitatis opus pecuniam Viro Dei clargitus fuerat, promiserat fore, ut nunquam ei necessaria, desenserit, ac mortis horam divinitus præcognosceret, quorum utrumque acciderat. Nam quamvis Petrus maxima perplexus esset rei familiaris detrimenti, semper tamen ab omnibus summam liberalitatem expertus erat: ac transactis demum multis annis, revelata sibi mortis hora, se in Ecclesia in feretro composuerat: auditaque Missa, ac precibus, quas pro anima sua salute recitari julerat, ibidem statim in pace obdormivit.

§. 4. Demum Vir Dei, consummato feliciter per regnationis sue cursu, fama sanctitatis clarus, & nus operibus bonis operibus plenus, cum ei benedictionem Patriarchæ Abrahæ Dominus spiritualiter clargitus esset, ut multarum gentium pater efficeretur, & filios, quos Christo Iesu generat, super Stellas Cœli, & super aream, quæ est in litora maris, multiplicatos videret, & die 2. Decembri ex eis plurimos proprio sanguine laureatos ad Cœle. 1552. Et post obum suum ejus sanctitate claram migravit in Insula Sina, & in India Regni, totoque Christiano Orbe appellatus, dum aditum Evangelio in vastissimo Sinatum Imperio querebat assiduis laboribus, quos ultra humanas vires pro gloria Dei toleraverat, confactus, in Insula propè Sinas, die 2. Decembri anni Domini millesimi quingentesimi quinquagesimi secundi ad cœlestem gloriam, perpetuo cum Deo regnaturus, evolaverat. Defuncti corpus viva calce perfusum, ut ex ea carne ossa in Indianam exportarentur, inclusumque arca lignea sepultum fuerat: quod post quaruor menses effossum, ita recens ac tractabile, vestimentisque adeo integris, ac si nuper esset tumulatum, repertum extiterat. Et quamvis nullo odoramentorum genere curatum fuisse, divino tamen munere eam odorum fragrantiam spirabat, ut esset super omnia aromata. Calce itaque rufus injecta, Malacam, quæ in Orientali India Urbs est celeberrima, delatum exiterat. In qua cum saevissima pestis plurimos quotidie consiceret, ingenti beneficia adventum ejus Deus insigniverat. Nam, sacro corpore in Urbem illato, adeo omnis contagio desierat, ut ea deinceps nullus omnino corruptus fuisset. Arca itaque rufus aperta, integrum sicut antea, eandemque odoris suavitatem diffundens repertum etiam fuerat. Cumque in novo loculo conderetur, ex humero, ob arcuæ brevitatem paulum compresso recens sanguis effluxerat. Non detum post obitum mense, sepulchro iterum patefacto, rufus ut antea divina virtute à corruptione immune, ac eccelestibus perfusum aromatibus inventum, vel quo facies ejus opera fuerat, ob ingestæ terre populus

URBANUS OCTAVUS.

19

dus reddidit crux confusus. Nova itaque arca, ferrea, auroque veste concreta, pretiosissimum pignus inclusum in Indiam ad Coecini portum delatum erat, confluentibus undique ad honorandum communis in Christo Iesu parentis corpus, plurimis carum genitum populis. Indo Goam insigni celebitate translatum, a Prolege, ac omnibus Civium ordinibus maxima frequentia ac devotione exceptum, & in Ecclesia Societas Iesu, ut populorum devotioni satisficeret, validis cancellis inclusum, omnium oculis per fiduciam expostum remanserat, ejusdemque Prolege iussu ab insigni Medico, deindeque Vicario Goano, visitatum ac pertinentiam, omni ex parte incorruptum, integris etiam intestinis, compertum fuerat: manante etiam ex parvo infuso vulnere recenti cruce.

Quo tempore, cum mulier quedam affectu devotio-
nis incitata, specie osculantis, pedis digitum, ut illum
abscinderet, morsu apprehendisset, statim sanguis efflu-
xerat. Sed Altissimi benignitas non his modis mirabilibus Sanctum suum in conspicuū omnium populorum
mirificaverat; sed omni tempore ingentia praestabat be-
neficia his, qui ejus intercessionem fideliter implorabant,
ut plurimis exemplis, praesertim vero infra infectis, ma-
nifestum erat.

Puer quidam Goz natus, qui utrumque pedem à nativitate adeo aridum, & crura secca habebat, ut illis non posset instare, sed manibus reptare cogeretur, ad servi Dei sepulchrum ab educatrice perductus, singularis novem diebus visitare statuerat. Cumque votum cepisset adimplere, tertia jam die, quo sepulchrum visi-
tabat, puer in ejus gremio existens, repente ferream sepulchri crater manibus apprehendens, suis stercoribus, & ambulare cœperat, & statim omnino sanus eva-
serat: & intra novem dies, quos præmererat, crura carne
repleta fuerunt: & sic semper valens & sanus deinde vi-
xerat.

Cotratæ, Indiæ Orientalis Civitate, unius mensis in-
fans mortuus ad sepulturam curatus erat. Voverant ita-
que cum ingenti fide parentes, se insigne donum, si puer
reviveret, sepulchro servi Dei oblaturos, ac Francisci no-
men ei imposituros. Repente infants aperte oculos, bra-
chia pedesque moveat, ac vagite cœperat: ac paulo post,
non vivum modo, sed & omnino sanum atque incolorem
filium receperunt: redditisque cum ingenti gaudio votis,
tam insigne miraculum per totam illam regionem divul-
garant.

In eadem Urbe cœco eidam Sanctus per quietem ap-
paruerat, cumque monuebat, ut ad Ecclesiam ejus vi-
stantam, oculorum lumen ibi recepturus, pergere non
differret. Paruerat fideliter homo: ac dum per novem
dies ante Francisci imaginem orabat, repente discussa
omni cœcitatibus caligine, sanatus erat, & perfectè vi-
derat.

Quin etiam leprosus quidam in eodem loco magna
fiducia ad Sancti intercessionem configuratus: proprioque
corpo oleo lampadis, que ad ejus imaginem ardebat,
peruncto, dum prostratus orabat, repente à lepra mundatus, atque omnino sanus effectus erat.

Eandem virtutem experta erat Francisca Rebelles, que
à multo tempore sanguinis fluxum ac ventris tumorem
cum ingenti dolore patiebatur. Lampadis enim ante ejus
imaginem pendens identidem se oleo ungens, statim
adeo perfectè convaluerat, ut nullas amplius eorum mor-
borum sensisset reliquias.

Frequenter enim acciderat, ut lampades ad eandem ser-
vi Dei imaginem appensæ, aqua tantum benedicta infusa,
haud secus ac si oleo plena essent, ardentes, lucerent-
que: stupentibus etiam infidelibus, quos ad tantæ rei mi-
raculum conspicendum, non sine magno Fidei nostræ in-
cremento Christiani invitabant.

Cum frustra omnes medicæ artis opes expertus es-
set Gundisalvus, Coccinensis Civitatis incola, ut in-
veterato cancri morbo, qui peccus ejus assiduis dolo-
ribus vexabat, medexetur, ad divinam opem conver-
sus, Omnipotens Dei misericordiam, ut se Beati
Francisci meritis sanum faceret, imploraverat. Ima-
ginem igitur ejus ære exculam ulceri applicaverat:

moderisque momento ab omni plaga incolmis evase-
rat.

Ejusdem Urbis Civis Emmanuel Rodriguez pedes
habebat ulceribus plenos, ac ob nervorum contrac-
tionem adeo debiles, ut illis infisteret non valeret: quibus
malis & gravis & periculosa dysenteria accelerat. Me-
dictis itaque de ejus vita diffidentibus, cum ad interces-
sionem famuli Dei Francisci ager confugisset, eadem
imagine corpus suum in formam Crucis signaverat; &
aquam, in qua eadem mera fuerat, ebibebat: talemque
divina virtus senserat effectum, ut intra tridui tempus
ab omnibus morbis incolmis integrum consequitus
fuisse sanitatem.

Ejusdemmet servi Dei imaginis presentem agnove-
rat virtutem Maria Diaz: septem etenim annis cœcita-
tem ac paralyticum perpeccit, signum Crucis debilitatis mem-
bris impresserat, eaque ejusdem imaginis immersione
aqua sanctificata laverat: neccum septem præterierant
dies, cum oculorum lumen, ac totius corporis cœlesti
dono accepérat incolmitatem.

§. 5. Hincque factum erat, ut cum tot tantisque signis
servum suum Omnipotens Deus in brachio excelso cla-
rificaret, & per universum jam terrarum Orbem tot mi-
rabilium præconia longè latèque diffundentur, ac pro-
pterea non solum Christi fidelium erga ipsum devoutio
magna suscipere incrementa, sed multorum etiam Infide-
liorum corda ad cognoscendum Deum & Dominum no-
strum Jesum Christum illuminarentur. Joannes Lusita-
nus Rex prædictus, zelo devotionis accessus institerat,
ut à diversi locorum Ordinariis super ejus sanctitate &
miraculis processus fierent. Qui cum diligenter munus
suum explevissent, ac procedentibus temporibus omnia
acta ad hanc Sanctam Sedem transmissi fuissent, recor-
lendæ memorie Paulus Papa V. etiam prædecessor no-
ster, tunc suus, instante pro servi Dei canonizazione etiam
claræ memoria Philippo III. Hispaniarum Rego Catho-
lico, deputavit bonæ memorie Horatium Lancellottum
tunc Rota Auditorem: coequo ad Cardinalatus honorem
sublimato, dilectum filium Magistrum Joannem Bapti-
stam Coccinum ejusdem Rota Decanum, & pariter bo-
na memorie Franciscum Sacratum, tunc Archiepisco-
pum Damascenum, & Auditoris Rotæ Locumtenentem,
ac deinde S.R.E. Cardinalem: qui & antiquos processus
examinarent, & novos auctoritate Apostolica faciendo,
quatenus ipsi videretur, decernerent, atque omnia eidem
Paulo prædecessori una cum eorum sententia referrent.
Qui literas remissorales ad diversos Prælatos, in His-
paniarum, Lusitaniarum, ac Indiarum Regnis constitutos
decreverant, atque ipsi interim in Curia novos testes
examinarent. Cumque prædicti Judices partibus suis
perfundi essent, eisdem Auditoribus processus à se con-
fectos transmiserunt. Qui omnibus summa cum matu-
ritate per plurimum temporis spatium (ut negotii gra-
vitatis postulabat) consideratis ac perpenitus, eidem Pau-
lo prædecessori retulerant, juxta canoniarum sanctio-
num decreta abunde constare de vita sanctimonia, ac
eximis virtutibus servij Dei Francisci; deque miraculis,
que tam eo vivente, quam post felicem ejus obitum,
ejus meritis & intercessionibus, Deus Omnipotens
operari dignatus erat: dignumque videri, si eidem pla-
ceret, ut in Sanctorum Confessorum Catalogo adscriberet.
Cumque interim prædictus Paulus prædecessor
humanitatis debitum perfolvisset, & prædictus Gregorius
prædecessor ad sacram Apostolatus apicem divina
providentia alium puerum fuisset; ac pro parte charissimi
in Christo filii nostri, tunc sui, Philippi III. Hispaniarum
Regis Catholici instanter requisitus esset, ut negoti-
um hujusmodi promovere, ac ad ulteriora procedere
dignaretur; accederentque aliorum Principum, ac Pra-
latorum, & totius Indiæ Cleri idem suppliciter expo-
scentium preces; prædictus Gregorius prædecessor, ut
in re tam gravi ea, qua decebat, maturitate progrede-
tur, prædictorum Auditorum relationem ad S. Romane
Ecclesiæ Cardinales sacris Ritibus Praefectos, ut tur-
sus totum negotium quam diligenter discuterent,
remisit.

§. 6. Quod cum illi accuratè perfecissent, ac pro
servi

*Diffusus tam
dem per uniu-
ersum Orbis
eius mirabilis-
tis, ac cœstis
te erga ipsum
populus de-
vorator, mul-
ti & precipu-
Philippus III.
Hispaniarum
Rei Inflatæ
pro Catholicis
caritatem, pro
qua Paulus
V. & Greg.
XV. munita
la & alla ne
cessaria exas-
minanda de-
mandarunt.*

B 4

*Relationibus
auditi, omnes
confuerant
esse canonico-
zandum.*

URBANUS OCTAVUS.

servi Dei canonizatione omnes unanimiter censuerunt, consensi, gloriae memorie Franciscum Xaverium, de bona memorie Franciscus Maria Episcopus Portuen. cujus vita sanctitate, fidei sinceritate, ac miraculorum S. R. B. Cardinalis de Monte nuncupatus, totius processus summum, & suam, collegaramque sententiam eam dicto Gregorio Praedecessore, & Venerabilibus fratribus nostris, tunc suis, Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, de quorum numero non geramus, in Consistorio suo secreto exposuit. Quibus auditis, reliqui Cardinales ad ulteriora fore procedendum communis suffragio pronuntiavunt. Igitur eum in publico Consistorio quondam Julius Zambeccarius, tunc Aulae Consistorialis Advocatus, plurima de hujus servi Dei vita & virtutibus enarrasset, atque ejusdem Hispaniarum Regis Catholici preces pro eadem Canonizatione exposuisset, ut que ad eam procedere dignaretur, humiliter supplicasset, dictum Gregorius praedecessor, predicti Regis pie-tatem & Religionis zelum plurimum in Domino commendans, super se tanta eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, atque Episcopos in Romana Curia praesentes consulendos esse respondit. Atque interim Cardinales & Episcopos predictos intimo cordis sui affectu vehementer in Dominohortatus est, ut in omni humilitate & lacrymis, in jejuniis, & elemosynis exposcerent ab eo, qui est via, & veritas, ut dirigere dignaretur gressus suos in semitis suis, ut ingredetur in veritate sua, ut quod beneplacitum esset in conspectu ejus, intelligere ac perficere eo auxiliante valeret. Sequenti itaque semi-publico Consistorio, ad quod non Cardinales modo, sed etiam Patriarchas, Archiepiscopos, atque Episcopos in Curia presentes convocari mandavit, praesenti-busque etiam Sedis Apostolicæ Notariis, necnon Sacri Palatii Apostolici caularum Auditoribus, cum plurima de egregia virti Dei Francisci Xaverii vita ac miraculis engrasset, quanta insignis hic Dei Servus pro nomine Domini nostri Jesu Christi pertulisset, quantoque cum proventu (Domino incrementum dante) per incognitas nationes verbum ejus disseminasset, exposuisset, commemoratis etiam instantiis, quæ coram dicto Gregorio praedecessore tum à Rege Catholico, tum ab aliis etiam Reipublicæ Christianæ Regibus, & Principibus sibiabant, cum singulorum sententias requisisset, omnes uno ore benedictantes Deum, qui honorificantes se glorificat, Servum ejus Franciscum Xaverium canonizandum esse, atque inter SS. Confessores adscribendum censuerunt. Quorum omnium auditio confenu, exultavit in Deo salutari nostro gratias agens ei, qui est gloria virtutis nostræ, in cuius beneplacito contra omnes adversarias potestates exaltatur coram nostrum, qui Ecclesiam suam in diebus istis hoc lumine illustrare, ac novo patrocinio munire dignatus esset. Canonizationis itaque publicavit diem infra-scriptum, eosdemque Fratres, & Filios nostros paterna charitate monuit, ut bonis operibus inherentes, precatentur Deum misericordiarum, ut super eos sereno vultu respicere, & eorum actiones ad voluntatem eis perficiendam dirigere dignaretur.

Dicit Greg.
xv. ss. cathe-
tico ad papa-
m. 12. Mar-
ti.

6.7. Demum, peractis omnibus, quæ ex sacris constitutionibus, ac Romana Ecclesiaz confuetudine peragen-dā erant, quarto Idus Martii, Pontificatus sui anno se-cundo, in Sacrae & Principis Apostolorum Basilica, cum eisdem Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, Romana Curie Prælati, Officia-bus, Familiariis suis, Clero seculari, & regulari, maxi-maque populi frequentia convenit. Ubi repetitis pro canonizationis decreto, nomine ejusdem charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catho-lici, à dilecto filio nostro, tunc suo, Ludovico tituli Sancte Marie Transpontine Cardinali Ludovisio nun-cuparo, ejus secundum carnem nepote, per Julium Zambeccarium Advocatum prædictum petitionibus, decantatis sacris precibus, ac Litanis, & Spiritus San-cti gratia humiliter implorata, ad honorem Santissima- & individuæ Trinitatis, Fidei Catholice exaltationem, auctoritate Omnipotentis Dei, Patris, & Filii, & Spiritus sancti, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum, ac sua, de eorundem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardina-lium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcopo-rum in Romana Curia præsentium consilio, ac unanimi-

cuius vita sanctitate, fidei sinceritate, ac miraculorum magnitudine ac frequenti plenè constabat, Sanctum esse definitivit: & in Sanctorum Confessorum Catalogo adscribendum esse decrevit, & adscriptis, illumquæ ab universis Christi fidelibus, tanquam vere Sanctum honoriari, ac venerari mandavit.

§.8. Ac ut ab universalis Ecclesia in ejus honorem Ecclesiaz, & Altaria, in quibus sacrificia Deo offerantur, adificari, & consecrari, & singulis annis die secunda Decembris, qua ad coelestem gloriam vocatus est, ejus officium, ut de sancto Confessore, ad prescriptum Romani Breviarii celebrari posset, statuit.

§.9. Eadem auctoritate, omnibus Christi fidelibus

verè pœnitentibus & confessis, qui singulis annis eo-

dem festo die ad sepulchrum, in quo corpus ejus requie-

scit, visitandus accederent, unum annum & unam qua-

dragenam, iis vero qui in ejusdem Festi octava, quadra-

ginta dies de injunctis pœnitentiis misericorditer in Do-

mino relaxavit.

§.10. Postrem, gratiis Deo cum exultatione actis,

quod Sanctum suum in conspectu omnium gentium ho-

norificasset, ac tam insigni splendoris Ecclesiam suam de-

corasset, cantata in sancti Francisci honorem solemnis san-

ctorum Confessorum oratione, ad altare Principis Apo-

stolorum Missam celebravit, cum ejusdem S. Confessoris pulsu elar-

commemoratione, omnibusque Christi fidelibus presen-

tibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgen-

tiam elargitus est.

§.11. Ne autem de definitione, decreto, adscriptione, mandato, statuto, relaxatione, aliisque præmissis (pro eo quod super illis ipsius Gregorii predecessoris litera, ejus superveniente obitu, confecta non fuerunt) valeat quomodolibet hastari: Volumus, & Apostolica auto-ritate decernimus, quod definitio, decretum, adscriptio, statutum, relaxatio, impartitio, aliaque præmissa, à

dicta die, quarto Idus Martii, suum debitum fortian-

tur effectum, ac si super illis ipsius Gregorii prede-

cessoris litera, sub Datum ejusdem diei confecta fuissent,

prout superiori enarratur. Quodque præsentes literæ ad

probandum plenè definitionem, decretum, adscriptionem,

aggregationem, statutum, relaxationem, & alia præmissa

ubique sufficiant, nec ad id probacionis alterius admini-

cum requiratur.

§.12. Ceterum quia difficile foret, præsentes nostraras

literas ad singula loca, ubi opus esset, deferri: volumus

ut earum exemplis, etiam impressis, manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem ubique fides ha-beatur, quæ ipsi præsentibus adhiberetur, si essent exhibita, vel ostendæ.

§.13. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-

nam nostrorum decreti & voluntatum infringere, vel ei

ausi temerario contraire. Si quis autem hoc attentare

præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac

Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit

incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1623. Octavo Idus Augus-ti, Pont. nostri anno primo,

die 6. Aug.

¶ Ego Urbanus Catholicæ Ecclesiaz Episcopus.

Papa sub scrip-tio.

Cardinalium sub scrip-tio.

† Ego Dominicus tit. S. Laurentii in Lucina presbyter Card. Gymnasius.

†

URBANUS OCTAVUS.

21

† Ego M. tit. Sandorum Quirici, & Julitta presb. Card. Lantes.

† Ego P. tit. SS. Nerei & Achillei presb. Card. Crescens.

† Ego A. tit. S. Petri in Vinclu presb. Cardin. Capponius.

† Ego G. tit. Sancte Crucis in Jerusalem presb. Cardin. Borgia.

† Ego Tib. tituli Sancte Priscæ presbyter Cardinalis Mutus.

† Ego Rob. tit. Sancti Alexii presb. Cardinalis Ubaldis.

† Ego Julius tit. Sancte Sabine presbyter Cardinalis Sabellus.

† Ego Guido tituli Sancte Mariæ de Populo presbyter Card. Bentivolus.

† Ego Julius tit. S. Maria super Minervam presb. Card. Roma.

† Ego Fr. Desiderius tit. S. Clementis presb. Card. de Cremona.

† Ego Cosmus tit. Sancti Pancratii S. R. E. Card. de Torres.

† Ego C. S. Nicolai in Carcere Diacon. Card. Pins.

† Ego Hippolytus Sancta Matia Novæ Diaconus Cardinalis Aldobrandinus, S. R. E. Camerarius.

† Ego A. S. R. E. Diacon. Card. de la Cueva.

V. Confirmatio Const. Pii V. & ejus Successorum de non alienandis, & infeudandis Civitatibus, Terris & locis S. R. E.

Prædictorum Constitutiones omnes indicavi tibi sup. in prefatis Pii Const. 35. tom. 2.

*Edita Anno D. 1613. V R B A N V S. E P I S C O P V S,
Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

*Promissum. Acrofancti Apostolatus ministerii cura, quam multi-
Studo divitiarum sapientie & scientie Dei humilita-*

tem nostram, nullo licet meritorum suffragio, genere vo-
luit, jugiter Nos admonet, ut in illis præcipioam Apololica servitutis sollicitudinem adhibeamus, per que temporalis S. R. E. ditionis conservationi confultur, atque idem Nos, que à Romania Pontificibus prædecessoribus nostris providè fanepta fuerunt, ea non solum ipsi inviolatè hanc ob causam curabimus custodire, sed etiam ab aliis perpetuè observari debere statuimus.

§. 1. Dudum siquidem à felicis recordationis Pio Papa *Pius V. legem* V. prædecessore nostro litera tenoris seq. emanarunt *statuimus, de qua* Pius Episcopus servus servorum Dei. *Ad perpetuam rei* *in ipsius con-* *memoriam. Admonet nos suscepit cura regimini, &c.*

Omittitur tenor hujus constituti, quia est sup. tom. 2.

§. 2. Quæ quidem constitutio veluti optima, & ad conservandam S. R. E. Jurisdictionem & dignitatem plam salutaris approbata, confirmata, & innovata fuit ab *Successore* *Ponif. eam* *confirmans* *& amplia-* *iis, qui eidem Pio V. successerunt, recolenda memoria* *ius.*

prædecessoribus nostris Gregorio XIII. Sixto V. Gregorio XIV. Innocentio IX. qui etiam de fratum suorum runc S. R. E. Cardd. consilio, & assensu declaravit, eadem Constitutione prohibitus fuisse, & prohiberi omnem & quacumque infeudationem, ac alienationem Civitatum, Terrarum, Oppidorum, & Locorum Sedi Apost. tam mediatè quam immediate subjectorum, non solum ne fiat, neve attentetur post eorum devolutionem, sed etiam antequam Civitates, Terræ, Oppida, & Loca prædicta devolvantur, ac omnem & quacumque in perpetuum, vel ad tempus prorogationem, ac extensionem infeudationum, investiturarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, & Locis finitarum quorumque incorporatione, quoad effectum impedienda infeudationis, alienationis, prorogationis, & extensionis hujusmodi, non à die eorum devolutionis, sed à die ipsius Constitutionis, etiam antequam illa devolvantur, ipso jure, cum omnibus clausulis, & decretis in prædicta Constitutione contentis, Camere, & Sedi Apost. factam censem, adjecto etiam decreto, & declaratione, ut promissio, & juramentum præstatum, & præstandum de servanda ea Pii prædecessoris prædicti Constitutione per ipsum Innocentium, & successores suos Rom. Pont. ac prædictos S. R. E. Card. intelligatur de ipsa Pii V. prædecessoris Constitutione per eum ut supra declarata, & secundum hujusmodi declarationem, eandem Constitutionem ad unguem, & inviolabiliter observari oportere, & debere, sicut etiam se servaturum esse promisit, ac sancte & solemnni more juravit, prout in ejusdem Innocentii prædecessoris, sub dat. pridie Non. Novemb. Pont. sui anno 1. expeditis literis latius continetur. Subinde verò à Clemente VIII, & novissimè à Paulo V. Romanis Pontificibus, & prædecessoribus nostris, iuxta eandem Innocentii IX. declarationem confirmata, approbata, & innovata fuit.

§. 3. Quare Nos cum primùm ad Apost. dignitatis gratia, dum divina providentia vocati sumus, id ipsum ad execu- *Hic ex d. 1613.* *epis. dem. Pont.*
quendum nostri Pastoralis officii debitum præcipue *Const. ap-*
pertinere existimantes, præinserta Pii prædecessoris lite- *bus, confirmat*
ras, ac omnia in eis contenta, etiam juxta declarationem *prædicti, ac*
prædictam per ipsum Innocentium prædecessorem fa- *jurat.*

dam, ac desuper consecutarum literarum continentiam, & tenorem, quem pariter præsentibus haberi volumus pro expresso, ac ad verbum inserto, auctoritate Apost. testore præsentium comprobamus, confirmamus, innovamus, easque firmiter, & inviolatè, ac juxta declarationem prædictam, Nos similiter servaturos esse promittimus, & juramus, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuè observari præcipimus, & mandamus.

§. 4. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi- *Si quis autem hoc attentare præsumperit, indi-*
nam nostrorum comprobationis, confirmationis, inno- *Contra*
pan- lationis, præmissionis, juramenti, præcepti, & mandati *potest.* *potest.*
infringere, vel ei aulu temeratio contraire.

§. 5. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indi- *Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarna-*
gnationis Domini 1623, pridie Kal. Octobris, Pont. nostri *Contra*
stolorum eius se noverit incursum. *ap. BB. Petri, & Pauli Apo-*
dixit.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarna- *Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, Anno Incarna-*
tionis Domini 1623, pridie Kal. Octobris, Pont. nostri *Contra*
anno primo. *ap. BB. Petri, & Pauli Apo-*
dixit.

Co. fit

XLV. Confirmatio translationis Jurium super hæreditate Ioannis Pizzuli, factæ per Fratres Conventus S. Andreæ de Frattis de Urbe Ordinis Minimorum S. Fr. de Paula, Fratribus Collegii ejusdem Ordinis Nationis Calabrensis, nuper per d. Ioannem in Regione Montium de Urbe institutis. Ac demandatio, quod præfatum Collegium cum suis bonis, perpetuis futuris temporibus à Religiosis dicti Ordinis ex Provincia Calabria tantum, & non ab aliis ex quacumque alia Provincia, & Natione gubernetur, & administretur.

*De his Fratribus multa tibi notavi ad const. 5. Sixti
IV. Sedes, sup. tom. I. necnon ad Pauli V. constit.
117. Admonemur, hic sup. In qua eisdem ambig-
tum omnino prohibuit: & vide etiam infra ad
const. 17. Ut ea, ubi alia plura tibi indicabo.*

*Edita Anno D. MDCCLXVII. V R B A N V S E P I S C O P V S
a 16:3. Servus Servorum Dei. Dilecto filio nostro in Urbe, ejusque
dilecto Vicario in Spiritualibus generali, salutem, & Apo-
stolicam benedictionem.*

Ex iuncto Nobis desuper Apost. servitutis officio his que pro religiosorum locorum quotumlibet, præsertim Juventuti Religionem ingredi, ac literarum humanarum, & divinarum studiis incumbere animum habenti destinatorum conmoditatibus, & feliciori directione, prævio superiorum examine, ac alijs providè facta fuisse dicuntur, ut firma, & illibata persistant, libenter cum à Nobis petitur, etiam voluntates testantium, ac bona sua ad id ergoantibus commutando, Apost. mandamus adjici munimini firmitatem.

9. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Jo. Baptiste à S. Agatha, & Francisci de Spezzano, ac Dionysii de Paula, & Vincentii de Cusentia, necnon Laurentii etiam de Spezzano, ac Michaëlis à Regina, & Pauli de Rovita, ac Joannis etiam à Regina, & Antonii de Morano Ordinis Minimorum nuncupatorum Fratrum Ordinis S. Fr. de Paula expressè professorum petitio continebat, quod cum aliis tunc in humanis agens Joannes Pizzullus presbyter ex oppido Bisignanen. dieccesis oriundus, Almae Urbis Incola, & Civis, dum vixit effectus, volens de bonis sibi à Deo collatis vita adhuc sibi comite piè disponere, perpetuumque fuz erga Sanctum Franciscum de Paula singularissimæ devotionis monumentum relinquare, in suo ultimo, quod condidit, & sub cujus dispositione decepit ab humanis testamento, in omnibus, & singulis bonis suis mobilibus, & immobilib. ac se moventibus, iuribus, actionibus, creditis, aliisque quibuscumque presentibus, & futuris, ac quomodalibet nuncupatis & qualificatis, ubicumque existentibus, & in quibuscumque rebus consipientibus, hæredes suos universales dilectos filios Fratres domus regularis S. Andreae de Fratis nuncupatae de Urbe ejusdem Ordinis.

9.2. Ea tamen lege, & conditione, ut ad minimum summa
me sit millium scutorum monetæ in emptionem cuius-
dam sit seu fundi , aut prædii in Urbe prædicta per eos
impenderetur. Ecclesiæque in illo seu illa sub invocatio-
ne S.Fr. de Paula, unde cum Hospitio, seu Collegio in qua
Fratres dicti Ordinis Nationis Citerioris Calabriae stu-
dientur.

Calabria & **diamon-
sa recipien-
tur.**
A. 1722. 27. 10.

ditorum gratia recipi, & admitti possent.
§. 3. Ac omnibus ad viatum, & studiorum suorum
prosecutionem necessariis & opportunis ex reliquis di-
ctis.
Ac hereditatis bonis, & facultatibus commodè instrui-

9.4. Necnon proprietas hereditatis hujusmodi in censuum annuorum, aut bonorum stabilium, tutorum & servitorum, sive etiam locorum montium non vacabilium emptionem, ad electionem Patris Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis, aut ejus Vicarii, & cum confessu sacerdotum exequitorum testamentariorum, aut saltē

majoris partis illorum investiretur.

§.5. Et sic investitura perpetuū, absque aliqua bonorum suis quae alia
sic emperorum hujusmodi in toto vel in parte alienatio- nariā, in
ne conservaretur.

9.6. Ex fructibusque exinde provenientibus tot fratres studentes Ordinis predicti, qui praecipue facti sunt d. b. credidit. Theologie studio incumbere deberent, juxta fructum, & reddituum hujusmodi quantitatibus proportionabiliter tresserunt. Theologie studiis reddituum quantitatibus manuteneantur, & manuteneantur, & sub aliis certis conditionibus licitis, & honestis, vinculis, & oneribus tunc expressis instituuerunt.

9.7. Ac deinde volens ipse testator, & dum adhuc vita
frueretur, pro tutiori, & certiori propositi sui hujusmodi
complemento manum operi per se ipsum adhibere,
quoddam Palatium Romæ in Regione Montium, & Pla-
tea S. Petri ad Vincula situm, per ipsum à dilecto filio no-
bili viro Joanne Georgio Cæsarino Duce emptum, un-
cum mansionibus, ac etiam sphæteristrio, seu ludo pilis,
aliisque stantii posterioribus eidem Palatio pròpinquis,
necnon cum viridariis, membris, & pertinentiis illius
universis, exceptis tamen quoddam parvo viridario sito
in calce Montis ejusdem S. Petri ad Vincula, & casaleno
contiguo ad usum caparum hodie destinato, duabusque
aliis stantii terraneis, etiam contiguis, cum stabulis ex-
istentibus in via S. Pantaleonis, à dilecto etiam filio Lau-
rentio Bonincontro per ipsum testatorem irrevocabiliter
donatis dicto Ordini, & pro eo Jo. Baptista, & Francisco
Fratribus professis predicis ad effectum inibi Ecclesiam
& Collegium hujusmodi construi faciendi, amore Dei, &
ob singularem suam erga ipsum S. Franciscum de Paula,
illiusque Ordinem praedictum observantiam, & devotionem,
ac pro praedicta suæ voluntatis executione irrevo-
cabiliter, & inter vivos perpetuæ donasset.

9.8. Cum opere, &c. scilicet

§.8. Cum onere , & pacto inter cætera , quod dictum Palatium, etiam ipso donatore vivente reduci , & destina- ri deberet ad usum Collegii , seu Monasterii pro conde- centi mansione , studio , & habitatione Fratrum ejusdem Ordinis , Theologiaz studiis operari dantium Nationis Citerioris Calabria hujusmodi .
§.9. Et in ipso Collegio , seu monasterio semper com- morari possent , & debeant Joan. Baptista , & Franciscus , necnon Dionysius , & Vincentius præsentes , omnesque alii Fratres eiusdem Ordinis ex dicto oppido Regium or- ad usum d. Collegiis &c. In quo man- re vult Fra- tis hic nomi- natus . & alios in defectu eo- rum , ut hic , subpana nul- litatis . Esque in ac-

et iustitiae & iudicis & curiae ex dicto oppido Reginæ orti, & oriundi respectivè donec, & quousque viverent, sub pena nullitatis, & revocationis dictæ donationis, ac possens, & caducitatibus in dicto testamento contentis, in re liquis vero modo, & forma, ac sub eisdem conditionibus, vinculis, oneribus, & caducitatibus in eodem testamento expressis, prout in publicis desuper respectivè confectis instrumentis plenius dicitur contineri.

¶ 10. Et conlequenter idem donator, & testator respectivè Joannem Baptis tam, & Franciscum, ac Dionysium, & Vincentium prædictos, necnon Laurentium à Spezzano, ac Michaëlem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium prædictos, dictaque suz patria, ac Citerioris Calabria hujusmodi oriundos in actualem, & corporalem possessionem dicti Palatii, viridariorumque & pertinentiarum prædictarum introduxisset.

¶ 11. Ipsi que sic introducti per modum provisionis ac

superiorum auctoritate templum, vel capellam, seu oratorium sub invocatione ejusdem S. Francisci in certa parte ejusdem Palatii aperuissent, & clausuram conventus appellassent, ordinationem ipsius donationis successivè exactius ad effectum perducuri.

§. 12. Atque interea testator prædictus, sicut Domino placuit, rebus suis etiam humanis exemptus, Fratres d. domus S. Andreæ heredes, ut præmititur, instituti, maturè considerantes prædictum testatorum Nationis suæ Religiosos ex dicto eorum ordine existentes Ecclesia, Collegioque, seu Monasterio hujusmodi honore voluisse, omniaque ad eorum usum, & utilitatem destinasse, & consequenter onera diversa sic, & bonorum administrationem eis demandare in mente forsitan habuisse, predictumque Joannem Baptistam dicti Collegii Vicarium depositatum, & pro tempore existentes illius Superiores idoneos, & opportunos dictæ hereditatis administratores, eosque qui dicti testatoris voluntatem, & ordinacionem melius, & efficacius ad unguem obseruent, &

*dilectorum: quicunque faciant, forte perspicentes, de dilectorum filio-
rum, & quae tum modesti Generalis, illiusque Collegarum assensu, ac
omnia & d. cum interventu, & presentia tam dictorum Collegarum,
Vicario, & quibus etiam dilecti filii Hippolyti tituli Sancte Marie
Fratibus ac-
apparatu fui-
runt, & iis Ordinis Prosectoris, sive ejus Auditoris, ac sub nostro, &
super confe-
dia infra-
mone publi-
ca.*

*Nova Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, dicti
Sedis Apostolicae beneplacito acceptata per eosdem di-
cti testatoris hereditatem, omnique commodum, & in-
commodum illius, necnon sua, & dicta domus Sancti
Andreae juxta & actiones quacumque eis, & eorum cuiilibet
quoniam dolibet attributa, & competitia, ac competi-
tura, cum omnibus, & singulis vinculis, oneribus, & ho-
noribus, pacis, conditionibus, & prenis in dicto testamen-
to contentis, & Joannem Baptizam Vicarium praedictum
praesentem, ac pro se, & successoribus suis, dicto Cole-
gio, & Monasterio, illiusque Religiosos acceptantem, &
pro tempore futurum dicti Collegii, seu Monasterii Superiore, ac
superiorum, ac illius Collegiales, sive Religiosos pro tem-
pore existentes transtulerunt, eisque cesserunt, & manda-
runt, constituentes propterea eosdem Joan. Baptizam, &
futuros dicti Collegii, seu Monasterii Superiores, ac Col-
legiales, sive Religiosos veros, & proprios Administrato-
res, Procuratores generales, Gestores, & agentes totius di-
cta hereditatis, cum facultate, & auctoritate illam regen-
di, & gubernandi, regique, gubernari, & administrari fa-
ciendi, ac Conventum, Ecclesiam & Monasterium erigen-
di, & fabricandi, aliaque omnia, & singula faciendi, & ad-
implendi, ad quae ex dispositione testamenti, & donatio-
nis praedictorum quoniam dolibet tenebuntur, & alias pro-
ut in alio publico desuper confeccio instrumento similiter
dicitur contineri.*

*Misit Fratres
d. Collegii
Supplicante
Pont. ne ea
omnia, qua
aliam san-
torum
confirmare di-
gitur.*

*§. 13. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, firmiora sint easque a Sede praedicta approbantur, & con-
firmantur, pro parte Joannis Baptiste, & Francisci, ac Dio-
nyssi, & Vincentii, necnon Laurentii de Spezzano, ac Mi-
chaelis, & Pauli, ac Joannis, & Antonii praedictorum No-
bis fuit humiliter supplicatum, quatenus translationem, &
concessionem, ac mandatum hujusmodi, nostro, & Sedis
praedictae munimine roborare, aliasque eis in praemissis
opportunitate provide de benignitate Apostolica digna-
remur.*

*Qui mandat
frat. & Card.
Vicario, & re-
mota predi-
catione
in locis, & ac-
sere. Can-
cinen, & Cac-
tid. non re-
ligiones, Abo-
polis an-
tivite appro-
batur, & conser-
vatur.*

*§. 14. Nos igitur certam de praemissis notitiam non ha-
bentes, ipsosque Joannem Baptizam, & Franciscum, ac
Dionysium, & Vincentium, necnon Laurentium de Spez-
zano, Michaelem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium
praedictos, ac eorum quoniamlibet à quibusvis excommunicati,
suspensioni, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & prenis à jure, vel ab homine quavis
occasione, vel causa latit, si quibus quoniam dolibet inmoda-
ti existunt, ad effectum prout tantum dumtaxat consequen-
tium, harum serie absolventes, & absolutos fore censemtes
necnon instrumenti, ac singulorum testamentorum teno-
res etiam veriores, ac datas praestitibus pro expressis ha-
bentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumpe-
titioni tua per Apostolica scripta mandamus, quatenus
voem qui fuerint vocandi, translationem, & cessionem, ac
ultimè dictum mandatum hujusmodi, necnon instrumentum
desuper, ut praemititur, confeccum, & tam praemissa
quam alla omnia, & singula, licita tamen, & honesta, ac sa-
cris canonibus, necnon constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, maximèque Sacri Concilii Tridentini decre-
tis non contraria, in illo contenta, cum omnibus, & sin-
gulis inde legitimè secutis, & sequendis, Apostolica au-
toritate perpetuo approbes, & confimes, illisque perpe-
tuæ, & inviolabilis Apostolica fitmitatis robur adjicias.*

*Supplicant
reficiens quo-
niam dolibet de-
super inter-
veniens.*

*§. 15. Ac omnes, & singulos, tam Juris, quam facti,
etiam solemnitatum de Jure, usu, consuetudine, aut alijs
quoniam dolibet requisitarum, & necessiarum, ac quovis
alijs, etiam quantumvis substantiales defecctus, si qui de-
super quoniam dolibet intervenient, in eisdem supplex.*

*Eaque omnia
ab iis ad quos
ipsofar obser-
vati faciat.*

*§. 16. Necnon translationem, cessionem, & mandatum
hujusmodi perpetuæ validæ, & efficacia esse, & fore, suos-
que plenarios & integros effectus sortiri, & obtainere, ac
tam à Fratribus dicta domus Sancti Andreae, quam à Ge-
nerali & Superioribus nunc, & pro tempore existentibus
dicti Ordinis, aliisque universis, ad quos nunc quoniam dolibet
spectat, & spectare poterit in futurum, perpetuæ fir-*

*mitem, & inviolabilitatem observari, & adimpleri debere, ab
illisque, & ultimè dicto instrumento desuper confeccio,
nulla unquam tempore, quovis praetextu, colore, vel in-
genio resili, vel recedi posse.*

*§. 17. Sicque per quoquoque Judices, & Commissa-
rios etiam causarum Palati Apostolici, Auditores judi-
cari, & definiti debere, irritumque & inane, si fecerit super
his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari, dicta auctoritate decernas.*

*§. 18. Non obitanibus Testatoris voluntate, quam
quoad praemissa, quatenus opus sit, illa alias in suo robo-
re permanfura, haec vice dumtaxat specialiter, & expresse
communigamus, aliisque praemissis, ac constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, necnon dicta domus Sancti
Andreae, ipsiusque Ordinis, quatenus in aliquo obstante,
etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus, ca-
terisque contrariis quibuscumque.*

*Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarna-
tionis Dominicæ 1623. 15. Kal. Novemb. Pontificis nostri die 18. Oct. 1624.*

*Sequitur prohibitio, quod praedictum Collegium admis-
sistrari, illiusque officia tam honoris, quam oneris,
ab aliis, quam Fratribus bujus Ordinis Provincia
Calabria perpetuis futuris temporibus exerceri ne-
queant.*

*V R B A N V S E P I S C O P V S, edita Anno D.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1624.*

*I*ntra cætera cordis nostri desiderabilia, ea quoque est *præmissis:*
debito pastoralis officii nostris humeris, licet impari-
bus, divina dumtaxat dispositione impositi, non modice
Nos urget cura, ut inter Christi fideles quolibet, præfer-
tim religiosas personas, sub suavi unius, & ejusdem insti-
tuti jugo, & charitatis vexillo Altissimo famulantes, prie-
cluso discordiarum, & zizaniarum inimici hominis se-
mentorum aditu, pax & concordia vigeant, piorum te-
stantium voluntates adimplentur, & inviolabiliter ob-
serventur, ac regulariis loca ad divinum cultum propa-
gandunt, & ignorantie caliginem discutiendam, sacra-
que pagina doctrinam, qua mediante uberioris in vincis
dextra Domini plantata, fructus colligi, & animarum sa-
lus procurari possit, adipiscendam, liberè destinata
sunt, promoveantur, & propterea qua successu temporis
aliquid contra desideriorum nostrorum hujusmodi dis-
positionem ausu temerario fieri, vel attentari contingat
saci Apostolatus officii nostri partes interponimus, &
alias ultrè disponimus, prout rerum, temporum, locorum,
& personarum qualitatibus debet pensatis, conspicimus
in Domino validius expedire.

*§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, quondam Joan-
nes Pizzullus presbyter, dum vixit, Calaber ex oppido
Regina, Bitinianæ, diœcesis oriundus, Urbis tamen in-
cola, & civis, pio charitatis affectu, & spirituali erga Na-
tionem Citerioris Calabriae benevolentia, & amore du-
sus, in ultimo per eum condito, sub cuius dispositione ab
humanis decessit, testamento, in omnibus suis mobilibus,
& immobilibus, ac se moventibus bonis, iuribus, actioni-
bus, creditis, aliisque quibuscumque quoniam dolibet nun-
cupatis, & qualificatis, dilectos filios Correctorem &
Fratres, seu Conventum domus regularis Sancti Andreæ
de Frattis nuncupati de Urbe, Ordinis Fratrum Minimo-
rum Sancti Francisci de Paula hæreditatis suæ ergatis, &
coherediti debent.*

*Referunt ies-
nor disposi-
tions testa-
mentaria lo-
nis & ex. 1624
nam his de-
nud Paragra-
guere sa-
crae confus-
io quia si ea
dem cum pra-
infora eis
ficatione.*

ac omnem bonorum dicta hereditatis in toto, vel in parte alienationem, ex quacunque etiam urgencissima causa prohibuerit, volens quod bona hujusmodi semper ad effatum, ut ex fructibus inde pro tempore provenientibus in dicto Hospitio, seu Collegio Fratres Studentes Ordinis, & Nationis hujusmodi manuteneri, & ali possint, & debeant, conservarentur, quodque numerus ipsorum Fratrum fructibus hujusmodi, & expensis pro corum manutentione necessariis, ad arbitrium Cardinalis Protectoris Ordinis, & executorum testamenti hujusmodi pro tempore existentium responderet, seu proportionatum est, necnon inter ipsos Fratres Studentes, eos qui quovis modo domum maternam dicti testatoris, videlicet illorum de Grilli, etiam usque ad quartum gradum exclusivè consanguinitate attrigerint, & deinde eos, qui ex dicto oppido oriundi forent, ac successivè illos, qui ex Provincia Calabria Citeriori, & ultimò, si aliqua loca supererent, eos qui ex provincia Ulteriori Calabria orti existent, in ipso Hospitio, seu Collegio præferri, & in eventum, in quem dicti heredes, vel Fratres dicti Hospitii, seu Collegii pro tempore existentes, hereditatem hujusmodi, cum conditionibus prædictis, & aliis oneribus per ipsum testatorem injunctis acceptare, vel ea acceptata, conditions, ac onera hujusmodi adimplere nollent, aut etiam pro una vice in quavis, etiam quantumvis minima parte dispositionem testamentarianum hujusmodi transgredenterunt, tunc & eo casu etiam voluerit, & mandaverit, ut omni commendo, & beneficio hereditatis prædictæ privati remanerent, in eoque Fratres Congregationis, Colloreti nuncupati, sub regula, & habitu S. Augustini militantes, & in provincia Calabria Citeriori prædictæ fundatae succederent, eodem Fratres dictæ Congregationis ipsi heredibus, vel Fratribus Hospitii, seu Collegii hujusmodi in dicta hereditate ex tunc cum eisdem conditionibus, & oneribus substituendo, deinde parochiali Ecclesia SS. Sergi, & Bacchi de eadem Urbe, unà cum dilectorum filiorum illius parochianorum amittarum cura, per dilectum filium tunc existentem Ministram generalem dicti Ordinis, à fel. record. Gregorio Papa XV. prædecessore nostro, Ordini prædicto ad effectum Collegium hujusmodi concedi obtenta: idem testator volens per seipsum suam hujusmodi dispositionem ad effectum perducere, quoddam palatum in dicta Urbe, & Regione Montium juxta Monasterium S. Petri ad vincula nuncupati situm, unà cum viridariis, membris, & pertinentiis suis, à dilecto filio nobili Viro Joanne Georgio Cæsarino Duce Civitatis novæ emerit, illudque sic emptum dicto Ordini ad effectum inibi Eccl. & Hospit. ac Collegium hujusmodi construi faciendo, & in reliquis sub eisdem conditionibus, oneribus, caducitatibus, inodoque, & forma in dicto testamento contentis irrevocabiliter inter vivos perpetuò donaverit, subindeque dilectos etiam filios Jo. Bapt. à S. Agatha, & Franciscum de Spezzano, ac Dionysium, necnon Michaelm, & Vincentium de Cusentia, & Laurentium etiam de Spezzano, ac Michaelm à Regina, & Paulum de Ruito, necnon Joannem etiam à Regina, & Antonium de Morano Fratres dictum Ordinem expressè professos, & ex Citeriori Calabria hujusmodi oriundos, in dicta domo Sancti Andreae tunc commorantes, in actuali, & corporalem possessionem palatii, viridariorum, aliorumque membrorum, & pertinentiarum prædictorum introduxerit, ipsique denique sic introduksi Superiorum auctoritate Capellam, seu Oratorium sub invocatione ejusdem Sancti Francisci de Paula in quadam parte ejusdem Palatii existentem, seu existens oraverint, & clausuram Conventus appellaverint, illis verò ordinacionem ipsius conditionis exactius adimplere desiderantibus, dictus testator & donator, sicut Dominus placuit, ab hac via decesserit, ac post ejus obitum Fratres dictæ domus S. Andreae considerantes ipsum testatorem, & donatorem Nationis sua Religiosos ex dicto eorum Ordine existentes Collegio hujusmodi honorare voluisse, omniaque ad eorum ulum, & utilitatem delinasse, & consequenter sicut onera diver-

mandare in animo habuisse, dictumque Joannem Bapti- stam prædicti Collegii Vicarium deputatum, & pro tem- pore existentes illius Superiores idoneos, & opportunes dictæ hereditatis administratores, & voluntatis ejusdem testatoris, & donatoris diligentes observatores, & executores futuros esse perspicientes, de ejusdem tunc existenti Generali, ac dilectorum similiter filiorum dicti Ordinis, illisque collegatum assensu, & cum interventu, & presentia, tam dictorum collegatum, quam etiam dilecti pariter filii nostri Hippolyti Sanctæ Marie Novæ Diaconi Cardinalis Aldobrandini nuncupati, moderni ejusdem Ordinis Protectors, seu ejus Auditoris ad id ab eodem Hippolyto Cardinale specialiter deputati, ac sub nostro, & Sedis Apostoli beneplacito acceptam per eos dicti testatoris hereditatem, omnèque commodum, & incommodum illius, necnon sua, & dictæ domus S. Andreae ju- ra, & actiones quæcumque eis, & eorum cuilibet quomo- dolibet attributa, ac competencia, & competitura, cum omnibus, & singulis conditionibus, oneribus, vinculis, & poniis in dicto testamento contentis, in prædi- cium Joannem Baptistam Vicarium pro fe, ac successori- bus suis, dictoque Collegio, & illius Religiosis accep- tantium, & ejusdem Collegii Superiorem, & Collegiales, seu Religiosos pro tempore existentes translulerint, ac Joannem Baptistam, & pro tempore existentes dicti Collegii Superiores, & Collegiales, seu Religiosos prædictos veros, & proprios administratores, procura- tores generales, gafores, & agentes socii heredi- tatis prædictæ, cum facultate illam regendi, gubernandi, & administrandi, regique, gubernari, & admini- strari faciendi, necnon conventum, & Ecclesiam, ac domum regalem erigendi, & fabricandi, omniaque, & singula faciendi, & adimplendi, ad quæ ex dispositione testamenti, & donatione prædictorum obligati fuerunt, constituerint, postmodumque idem Gregorius præde-cessor supplicationibus testatoris, & donatoris, ac Joannis Baptista, & Francisci de Spezzano prædictorum inclinatus, donationem prædictam, ac desuper consecutum instrumentum Apostolica auctoritate approbari, & confirmari mandaverit.

§. 2. Ac insuper Nos translationem, & donationem, ac instrumentum hujusmodi eadem auctoritate approbave- positiōne im- plémentum, ac translatiōne, & Cōveniūtū S. An- dreae de Fras- tu, accepta- tionēque ba- rediūtū, & alia inde i- gressa appro- bavit, & con- firmauit in prædicta C. f. Modis ob eave- fūsū bic allat- rau mandat, quod officia, & munera, & onera, quam bonoris, ac ad illius Collegii redditus, & bona admini- stranda Reli- giosi d. Ordini- nis Provin- cia citerioris Calabria 1. 2. (dummo- do idem re- pertiāt) & non alterius Provinciæ ad- ministerandus, & correlative ca- men & sa- vioritatem disti- ncti genera- tur d. Ordini.

§. 3. Nihilominus, quia successu temporis facile continere poterit, ut Religiosi aliarum Provinciarum & Nationum in Collegio prædicto recipi, & ad illius regimen, & gubernium afflui petant, & procurent, id autem non solū menti, & intentioni dicti testatoris omnino contra-rium, sed etiam Religiosi dictæ Provincie Calabria graue præjudicium allaturum esse, exindeque probabile fit inter Religiosos dicti Collegii rixas, odia, contentiones, & dissidia, aliasque non levia inconvenientia cum gravi sta- tus dicti Collegi perturbatione, & forsè totali illius ruina, & excidio, sine dubio passim oritura est: Nos præmissis incon-

URBANUS OCTAVUS.

25

Inconvenientibus, & incommodis nostra, & Sedi prædictæ providentia & ministerio consultum esse desiderantes, Joannem Baptistam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, ac Michaëlem, & Paulum, ac Joannem, & Antonium prædictos, aliosque dictæ Nationis Calabriae Religiosos sub Regula dicti Ordinis Sancti Francisci de Paula nunc, & pro tempore militantes, specialis gratia favore prosequi volentes, eoque, & eorum quilibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & paenitentiis, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis qui bus quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie abolientes, & absolutos fore contentes, necnon testamenti, & instrumentorum, ac prædictarum literarum tenores, etiam vires presentes pro expressis habentes, Motu nostro proprio, non ad Joannis Baptiste, aut Francisci, vel Dionysii, seu Vincentii, nec ad Michaëlis, vel Pauli, seu Joannis, aut Antonii prædictorum, vel alicujus eorum, aut cuiusvis alterius Nobis pro eis oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione nostra, dictæque Apostolicæ potestatis plenitudine, quod ex nunc de cetero perpetuis futuris temporibus dictum Collegium, necnon tam prædictæ hereditatis, quam alia Collegii hujusmodi proprietatis jura, & bona universa, presentia, & futura in quibuscumque rebus consistentia, & ubicumque existentia, ac etiam officia, & munera, tam oneris, quam honoris, per Religiosos dicti Ordinis ex Provincia Citerioris Calabriae prædictæ nunc, & pro tempore oriundos tantum, dummodo Superioris dicti Ordinis ex Calabria ad regendum, & gubernandum dictum Collegium, ac illius redditus, & bona administrandum idonei reperiantur & non per alios quacumque allatum Provinciarum, & Nationum ejusdem Ordinis Religiosos, quos ad id omnino incapaces, & inhabiles esse volumus, & declaramus, sub obedientia tamen, visitatione, correctione, & omnimoda superioritate ejusdem tunc, & pro tempore existentes dicti Ordinis Ministri generalis regi, gubernari, & administrari.

*Et quod fratres d. Provin-
cia ha-
bentur in
ipso Colle-
gio, & aliis ma-
numenti nulli
latentes pos-
sunt.*

*Statuit ea
qua sunt uero
unquam tem-
poris contra
prædictæ nulli
lum effobo-
ru.*

§. 4. Ac in eodem Collegio nulli alii Religiosi, quam ex dicta Provincia Citerioris Calabriae oriundi, & alias juxta testamenti, & donationis prædictorum formam qualificari, recipi, commorari, ali, & manuteneri possint, & debeant.

*tabibergus
Superioribus
d. Ordinis ex
facto.*

§. 5. Et si ullo unquam tempore alios Religiosos, quam ut præfert, oriundos, ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, ac proprietatum, iurium & bonorum, necnon ad officia, & onera hujusmodi, etiam per dictum Ministrum generalem, & Provinciales, aliosque Superioris dicti Ordinis nunc, & pro tempore existentes, seu eorum auctoritate, etiam ex quacumque quantumvis urgente, legitima, & necessaria causa deputari, & assumi, aut in Collegio prædicto manutendos, & alendos, etiam studii causa mitti, vel in eis consignari, aut deponi contigerit, Religiosi ejusdem Collegii ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundi ibi pro tempore commorantes, illos recipere, & admittere nullatenus teneantur, & si aliquando recepti, & admissi fuerint, eos inde dimittere, & expellere possint, & debeant, auctoritate Apostolica, tenore præsentium perpetuū statutimus, & ordinamus.

§. 6. Necnon Ministro generali, & dilectis filiis Provincialibus, aliisque Superioribus nunc, & pro tempore existentibus dicti Ordinis in virtute sanctæ obedientie, ne ad regimen, gubernium, & administrationem Collegii, iuriumque & bonorum prædictorum, ac officia, & onera hujusmodi alios Religiosos, quam ex dicta Provincia Calabriae Citerioris oriundi, & ut præmititur qualificatos, quovis prætextu, colore, vel ingenio, & ex quacumque, etiam lectorum, & studii causa, per se, vel alios deputare, & assumere, seu in Collegio hujusmodi manutendos, & alendos mittere, aut in illis consignare, seu deponere, aut deputari, assumi, mitti, consignari, & deponi facere quomodolibet audeant, seu præsumant, motu, deliberatione, ac de potestatis plenitudine, necnon auctoritate, & tenore similibus dicti Ordinis precipimus, & inhibemus.

Bullar. Mag. Tom. IV.

§. 7. Decernentes, presentes nostras literas etiam ex eo, quod dictus Minister generalis, dilecti filii Provincialibus Superioris prædicti, aliquique quicunque in præmissis interesset habentes, vel habete prætendentes illis non confenserint, ad saque vocati, & causæ propter quas illi habent examinata, justificate, aut alias approbatæ non fuerint, seu quovis alio prætextu, ex quacumque quantumvis legitima, & juridica causa, de subreptionis, vel obceptionis, aut nullitatis vito, seu intentione nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controversiam vocari, ad viam, & terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, gratia, vel facti remedium impetrari, aut concedi non posse, neque sub quibusvis similius, vel dissimilius gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contraria dispositionibus per quoscumque Romanos Pontifices sub quibusvis tenoribus & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis faciendis comprehendendi, sed ab illis semper exceptas, & quoties illæ emanabant, toties in pristinum, & eum in quo ante præmissi quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data per dictos Joannem Baptis- tam, & Franciscum, ac Dionysium, necnon Vincentium, & Michaëlem, ac Paulum, & Joannem, ac Antonium, corumque successores ejusdem Collegii Collegiales quacumque eligenda concessas, semperque validas, & efficaces esse, & fore, sive plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere.

§. 8. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictæque Sedi Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 9. Quocirca dilectis filiis nostris Archipresbytero Ecclesiæ Lateranen, ac nostro, & pro tempore existentes Rom. Pont. in Urbe, ejusque districtu Vicario in spirituibus generali S.R.E. Cardinalibus, ac venerabili fratri Archiepiscopo Cusentini, per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios easdem presentes nostras literas, & in eis contenta quacumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dicti Joannis Baptiste, & pro tempore existentes Hospiti, seu Collegii hujusmodi Superioris, ac Collegialium, seu Religiosorum, aut alicujus eorum fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis prædictio assistentes, facient auctoritate nostra easdem presentes literas, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit, quomodolibet in futurum inviolabilitatem observari, necnon Joannem Baptistam, ac pro tempore existentem Hospiti, seu Collegii hujusmodi Superioris, & Collegiales, seu Religiosos prædictos, illis pacifice frui, & gaudere, non permetentes eos, aut eorum aliquos desuper quomodolibet indebet molestari, contradicentes quolibet, & rebellis per sententias, censuras, & paenam Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

§. 10. Nos enim Archipresbytero, & Vicario, ac Archiepiscopo præfatis, & eorum cuilibet, quoscumque molestatores, perturbatores, contradicentes, & rebellis, etiam per editum publicum, constituto summarie de non tuto accessu, citandi, eisque, ac quibus, & quoties inhibendum fuerit, etiam per simile editum, quoad Archiepiscopos, & Episcopos sub interdicti ingressus Ecclesiaz, quo verò ad alios inferiores, etiam sub censuris Ecclesiasticis, & etiam pecuniariis eorum arbitrio imponendis, moderandis, & applicandis paenam inhibendi, necnon eos, quos censuras, & paenas prædictas incurrit, casu incurresse, servata forma Concilii Tridentini declarandi, ac legitimis super literis habendis servatis processibus, censuras, & paenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravandi, reaggravandi, & interdicendi, plenam.

*Clarissimas
preferentia-
rias apponit.*

*Aliorū judi-
candi potestia-
rem auferit.*

*Excoentes
huius consi-
derationis.*

*Cum fa-
tore contradi-
ctores puni-
ntur, ac paenam
ut huc, cor-
rundit.*

C &

Ex liberam, motu, scientia, auctoritate, & tenore premisso concedimus facultatem.

§. 11. Non obstantibus premissis, ac pie memorie Bonifacii Papa VIII. etiam predecessoris nostri, qua cætetur expressæ, ne quis extra suam civitatem, vel diœcensem, nisi in certis tunc expressis casibus, & in illis ultra unam dictam à fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, seu ne Judges à Sede prædicta deputati extra civitatem, vel diœcensem, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alii vices suas committere audeant, seu presumant, ac in Concilio generali de duabus dictis edita, dummodo quis ultra tres dictas vi-gore earundem præsentium extra suam civitatem, vel diœcensem ad judicium non trahatur, necnon quibusvis aliis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, ac dicti ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis similitate alia roboretur Statutis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis illi, illiusque Ministro generali, Provincialibus, Superioribus prædi-catis, ac aliis personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium forsitan præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda esset, illis aliis in suo labore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus ceterisque contraria quibuscumque, aut si aliquibus communiter, vel divisi ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non posse per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

*Dicitur
panale suorum
additum.*

§. 12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, voluntatis, declarationis, statuti, ordinationis, præcepti, inhibitionis, decreti & derogationis infringere, vel ei ausu temerario conträre. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

*Dat. P. An. 2.
anno 4. Dec. 1624. prid. Nonas Decemb. Pont. nostri anno 2.*

VII. Regulae, Ordinationes, & Constitutiones Canonicae Apostolicæ.

Hæ Constitutiones, tanquam amplissimas, ac quotidie necessarias, pro publica Curialium commoditate posuit.

Edu. An. D. 1623.

SAntissimus in Christo Pater, & D.N.D. Urbanus di-svina providentia Papa VIII. suorum predecessorum vestigis inhærendo, normam, & ordinem gerendis dire volens, in crastinum sua assumptionis ad Summi Apostolatus apicem, videlicet die 7. mensis Augusti, anno ab Incarnatione Domini 1623, reservations, constitutiones, & regulas infra scriptas fecit, quas etiam ex tunc, licet nondum publicatas, & suo tempore duraturas observari voluit, ac quas Nos Ludovicus tit. S. Laurentii in Damasco Prefbyter Cardinalis Ludovisius S.R.E. Viccancellarius, die 21. mensis Octobris dicti anni in Cancellaria Apostolica publicari fecimus.

Reservatio generalis, & specialis.

1. In primis fecit eadem reservations, quæ in Constitutione felicis recordationis Benedicti Papæ XII. quæ incipit, *Ad regimē, continentū, & illas innovavit, ac locum habere voluit, etiam si Officiales ante obitum eorum esse dehinc, quoad beneficia, quæ tempore quo officiales erant, obtinebant. Declarat nihilominis, beneficia quæ dictæ Sedis Officiales, qui ratione officiorum suorum hujusmodi, eisdem Sedis Notarii erant, etiam diuissimis ipsi officiis, & quandocumque assentiuerint, sub huic modi reservationibus comprehendi. Ac reservavit beneficia, quæ per Constitutionem pia-*

memoriae Joannis Papæ XXII. quæ incipit, Exhortatione, vacante, vel vacare contingere, quam Constitutionem, & reservationem Sanctitatis Suæ, tam ad Beneficia obtenta, quam alia quæcumque de quibus Ordinarii, & alii Collatores, contra Concilii Tridentini decreta disponuerunt, & disponent in futurum, extendit, & ampliavit. Et ea etiam beneficia omnia dispositioni sua reservavit, de quibus per dictos Ordinarios, aut alios Collatores contra eisdem Concilii decretorum formam dispositum fuerit.

Reservatio Cathedralium Ecclesiæ, & Monasteriorum, ac de tempore vacationi Episcopatum, & vacaturum beneficiorum.

2. Item reservavit generaliter omnes Ecclesiæ Patriarchales, Primatales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia Monasteria virorum, valorem annuum ducentorum florenorum auri communi estimatione excedentia, nunc quomodocumque vacanta, & imposterum vacatura, & voluit quod excessus hujusmodi in literis exprimatur. Ac etiam reservavit dignitates, & beneficia omnia ad collationem, præsentationem, & electionem, ac quacumque aliam dispositionem Patriarcharum, Primate, Archiepiscoporum, & Episcoporum, necnon Abbatum, ac aliorum quorumcumque collatorum, & collatricum, sacerularium, & regularium, quomodolibet (non tamen ad collationem cum alio, vel alii, aut etiam ad alterius præsentationem, vel electionem pertinentia) quæ post illorum obitum, aut Ecclesiæ, seu Monasteriorum vel aliarum dignitatum suarum dimissionem, vel privationem, seu translationem, vel aliæ quomodocumque vacaverint, usque ad provisionem successorum ad caldem Ecclesiæ, aut Monasteria, vel dignitas Apostolica auctoritate faciendam, & adeptam ab eisdem successoribus pacificam illorum possessionem, quomodocumque vacaverint, & vacabunt in futurum.

Extensio reservacionis Beneficiorum per affectionem pacificam vacaturum.

3. Item qui de beneficiis Ecclesiasticis, presentim eum animarum habentibus, seu aliæ personæ residentiam requirentibus, dum pro tempore vacant, Apostolica auctoritate provisi, seu providendi, ante illorum affectionem alia cum eisdem incompatibilia beneficia Ecclesiastica per eos tunc obtenta, in fraudem reservationis sua resignarent, seu dimitterent: Voluit, decretivit & declaravit, quod si imposterum quibusvis personis de aliquibus beneficiis Ecclesiasticis tunc vacantibus, seu vacaturis, per Sanctitatem Suam, aut ejus auctoritate provideri, ipsorumque provisori, seu providendos, intra vacationis, & provisionis, seu affectionis eorum beneficiorum tempora, quæcumque alia cum illis incompatibilia beneficia Ecclesiastica, sacerularia, vel quorumvis ordinum, ac etiam hospitium regularia, per eos tunc obtenta, nulla speciali, & expresa de eisdem in provisionibus prædictis facta mentione, simpliciter, vel causa permutationis, ac aliæ quomodolibet, sive in Sanctitatis Suæ, vel alterius Romani Pontificis pro tempore existentis, aut Legatorum, vel Nunctorum dictæ Sedis, sive Ordinariorum, vel aliorum Collatorum quorumcumque manibus resignare, seu dimittere, aut juribus sibi in illis, vel ad illa competentibus cedere contigerit, omnes & singulæ concessiones, collationes, provisions, & quævis alia dispositiones de beneficiis, seu juribus sic resignandis, dimittendis, & cedendis, pro tempore faciendo, cum inde secutis quibuscumque, castæ, & irriter, nulliusque roboris, vel momenti existant, nec cuiquam suffragentur, sed beneficia, & jura, ut praesertim resignata, dimissa, & cessa, eo ipso vacent, & vacare, ac sub reservatione prædicta, quam Sanctitas Sua etiam quoad hoc extendit, & ampliavit, comprehensa censeantur, ita quod de illis per alium quam eandem Sanctitatem Suam, vel pro tempore existentem Romanum Pontificem, nullatenus disponi possit in omnibus, & per omnia, perinde ac si per pacificam affectionem beneficiorum aliorum hujusmodi verè & realiter vacavissent. Decernens irritum, &c. artentari.

Reservatio Dignitatum, necnon suorum, & S.R.E. Cardinalium familiarium beneficiorum.

4. Item reservavit generaliter dispositioni sua omnes

URBANUS OCTAVUS.

27

nes dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Patriarchalibus, necnon va-
lorem decem florenorum auri communis estimatione ex-
cedentes, principales in Collegiatis Ecclesiis, reservavit
etiam Prioratus, Praeposituras, Prepositatus, ac alias di-
gnitates conventuales, & Praeceptorias generales Ordi-
num quorūcumque (sed non militiarum) ac quacumque
beneficia, quæ sui, etiam dum Cardinalatus fungebat-
ur honore, existentes, ac S.R.E. viventium nunc, & qui
erunt suo tempore Cardinalium familiares, continuo com-
mensales obtinere, & imposterum obtinebunt, eorum fa-
miliaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ jus eis
competit, aut competitorit, etiam ab ipsa familiaritate
per obitum Cardinalium eoruadē, vel aliā recesserint.
Declarans, dignitates, quæ in Cathedralibus, etiam
Metropolitanis, post Pontificales majores existunt, & quæ
ex Apostolica Sedis indulgentia, vel Ordinaria auctoritate,
aut consuetudine prescripta, vel aliā quovis modo
in Collegiatis Ecclesiis principalem praeminentiam ha-
bere noscuntur, sub reservatione predicta comprehendendi
debet.

Reservatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

5. Item reservavit generaliter omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorūcumque Collectorum, & unicorum in quacumque civitate, vel diœcesi, qui suo tempore officia exercuerint, & Subcollectorum fructuum, & pro-
ventuum Camere Apostolica debitorum, illa videlicet
beneficia dumtaxat quæ durante eorum officio obtinebant, & quibus, seu ad quæ jus eis competebat.

Reservatio beneficiorum Curialium, dum Curia trans- ferratur.

6. Item reservavit omnia, & singula beneficia Ecclesiastica quorūcumque Curialium, quos dum Curia Roma-
na de loco ad locum transfert, eam sequendo, decede-
re contigerit in quovis loco quantumcumque etiam à di-
cta Curia remota.

Reservatio beneficiorum Cubiculariorum, & Curform.

7. Item reservavit generaliter idem D.N. Papa disposi-
tioni sua omnia beneficia Cubiculariorum, etiam Ho-
noris nuncupatorum ac Curform suorum. Declarans, in
prædecessorum suorum Romanorum Pontificum Consti-
tutionibus, & regulis reservatoriis beneficiorum Cubicu-
lariorum, etiam Cubicularios Honoris nuncupatos,
etiam à die earum editionis, & publicationis intelligi, &
comprehendi, & comprehensos fuisse, & esse. Irritumque,
&c. attentari decernens.

Reservatio Beneficiorum Ecclesiasticarum S. Ioan. Lateranen. & S. Puri, ac B. Mariae Majoris de Urbe, & beneficiorum titularum Cardinalium à Curia absentium.

8. Item reservavit dispositioni sua generaliter quos-
cumque canonici, & præbendas, ac dignitates, perso-
natus, & officia in S. Joannis Lateranen. & Principis Apo-
stolorum, ac B. Mariae Majoris de Urbe Ecclesiis, necnon
ad collationem, provisionem, & presentationem, seu
quamvis aliam dispositionem S.R.E. Cardinalium à Ro-
mana Curia absentium, ratione suorum Episcopatum, Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum, & Dia-
coniarum spectantia, quandiu absentia sua duraverit, ca-
nonici, & præbendas, dignitates, personatus, admini-
strations, & officia, ceteraque beneficia Ecclesiastica,
cum cura, & sine cura, vacanta, & in antea vacatura, tam
in eadem Urbe, quam in Ecclesiis, Civitatibus, & Diœce-
sibus dictorum Episcopatum consistentia. Ac decrevit
irritum, &c.

Reservatio mensium Apostolicorum, & Alternativa pro Episcopis residentibus.

9. Item cupiens idem D.N. Papa pauperibus clericis,
& aliis benemeritis personis providebat omnia beneficia
Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorū-
vis Ordinum regularia, qualitercumque qualificata, &
ubicumque existentia, in singulis Januarii, Februario, Aprilis, Maii, Juli, Augusti, Octobris & Novembribus men-
sibus, usque ad suæ voluntatis beneplacitum extra Roma-
nam Curiam, aliæ quam per resignationem quocumque
modo vacatura, ad collationem, provisionem, presenta-

Bullar. Mag. Tom. IV.

tionem, electionem, & quamvis aliam dispositionem quo-
rumcumque collatum, & collaticum, secularium, &
quorumvis Ordinum regularium, non tamen Sancta Ro-
mansa Ecclesia Cardinalium, aut aliorum, sub Con-
cordatis inter Sedem Apostolicam, & quoescumque
alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & observare de-
buerant, acceptatis, & observatis, que lèdere non inten-
dit, comprehensorum) quomodolibet pertinentia, disposi-
tioni sue generaliter reservavit. Volens in supplicationib-
us, seu concessionibus gratiarum, quæ de diuis beneficiis
tunc vacantibus, etiam Motu proprio sicut, de mente in
que vacaverint, dispositivè mentionem fieri, alloquin
gratias nullas esse. Ac confuetudines, etiam immemorabiles
optandi majores, & pinguiores præbendas, necnon
privilegia, etiam in limine electionis concessa, & indulta
Apostolica circa ea, ac etiam disponendi de hujusmodi
beneficiis, aut quod illa sub hujusmodi reservationibus
nunquam comprehendantur, etiam cum quibusvis dero-
gatoriarum derogatoriis, & fortioribus, etiucioribus, &c
insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis,
quorum personis, & Collegiis cujuscumque dignitatis,
status, gradus, ordinis, & conditionis existentibus, quomo-
dolibet concessa, adversus reservationem hujusmodi mi-
nimè suffragari. Insuper Sanctitas Sua ad gratificandum
Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis intenta, ipsi
quandiu apud Ecclesias, aut diœceses suas verè, ac perso-
naliter reledere dumtaxat, de omnibus, & quibuscumque
beneficiis Ecclesiasticis, cum cura, & sine cura, secu-
laribus, & regularibus (ad liberam ipsorum dumtaxat,
non autem aliorum cum eis dispositionem, seu præsen-
tationem, vel electionem, nec etiam cum consilio, vel con-
sensu, seu interventu Capitulorum, vel aliorum, aut aliis
pertinentibus) quæ in antea in mensibus Februarii, Aprilis,
Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, extra Cu-
riam ipsum vacare contigerit (dummodi alias disposicio-
ni Apostolica reservata, vel affecta non fuerint) liberè
disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, ut si
ipsi in collatione, aut alia dispositione beneficiorum in
aliis sex mensibus, videlicet Januarii, Martii, Maii, Julii,
Septembris, & Novembribus vacaturorum (quæ etiam dis-
positioni sua, ut præfertur, reservavit,) seu etiam aliis
dispositioni sua, & diœcesi alijs quomodo-
libet reservatorum, vel affectorum, se se intromiserint,
aut quominus provisiones, & gratia Sanctitatis Sua
de illis debitum effectum consequantur, impedimentum
quo modo præstiterint, ufu, & beneficio prædictæ fa-
cilitatis eo ipso privati existant, ac collationes, & alijs dis-
positiones de beneficiis, illius prætextu deinceps facien-
dæ, nullius sint roboris vel momenti. Illi verè, qui gra-
tiam alternativæ prædictæ acceptare voluerint, acceptationem
hujusmodi per patentes literas manu propria sub-
scriptas, suoque sigillo munitas, & in sua quisque Civi-
tate, vel diœcesi datas declarare, & literas ipsas hoc ad
Datarium Sanctitatis Sua transmittere teneantur, qui-
bus ab eo receptis, & recognitis, tunc demùm, & non
antea, uti incipiunt gratia supradicta. Decernens sic in
premissis omnibus per quoscumque, &c. judicari debere,
ac irritum, &c.

De iuriis in forma Rationi congruis, expediendis.

10. Item voluit idem D.N. Papa, quod concessa per fe-
lic. rec. Paulum V. & Gregor. XV. prædecessores suos, &
de eorum mandato, expediuntur in forma Rationi con-
gruit, à die Assumptionis sua ad summi Apostolatus api-
cem. Et idem quoad concessa per pī mem. Leonem XI.
etiam prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat, ab
ipso die Assumptionis incipiendos, observari voluit.

Declaratio reservationis Ecclesiasticarum, & beneficiorum per Prædecessores reservatorum.

11. Item declaravit, ut omnium, & singularium Eccle-
siarum Cathedralium, & Monasteriorum provisiones,
quas prædicti Prædecessores sui ordinationi, & disposi-
tioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Eccle-
siastica, quæ diœci Prædecessores etiam prædicta disposi-
tioni, cum interpolatione decreti reservaverant, (quæ
quidem Ecclesia, Monasteria, necnon sic reservata be-
neficia tempore obitus eorundem Prædecessorum vaca-
bant, aut Ecclesia ipsa, vel Monasteria hujusmodi, si
comment.

commendata, vel ei administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent) remansisse, & remanere per hujusmodi reservationem, & decretum affecta, nullumque de illis, præter Romanos Pontificem, ea vice se intromittere, vel disponere potuisse, sive posse quoquomodo. Decernens iritum, & inane, si secus super illis attentatum forsitan erat tunc, vel imposterum continget attentari.

Revalidatio litterarum Prædecessoris, grata, & iustitia infra annum concordarum.

12. Item prædictus D.N. omnes & singulas, ab ipsis paulo V. & Gregorio XV. Rom. Pontif. prædecessoribus suis infra annum ante diem obitus eorum concessas gratias, vel iusticie literas, temporibus debitis eorum executoribus, seu Judicibus non presentatas, omnino revocavit, & in statum pristinum, in quo videlicet antea fuerant, vel pro quibus erant obtente, quoad hoc plenarie restituit, ac decretivit, per executores, seu Judices prædictos, vel ab eis subdelegandos, ad expeditionem negotiorum in eis contentorum procedi posse & debere, juxta illarum formam.

Revocatio urbis.

13. Item rationabilibus suadentibus causis, ipse D.N. omnes uniones, annexiones, incorporationes, suppressiones, extinciones, & dismemberationes, etiam perpetuas, de quibusvis Cathedralibus, necnon aliis Ecclesiis, eorumve dominibus, prædiis, & locis, per cœlum, vel deceßum, aut quamvis aliam dimissionem, vel amissionem, qualiacumque fuerint invicem, vel alias Ecclesiæ, Monasterii, & mensis etiam capitularibus, dignitatibus, personatis, officiis, beneficiis, ac p[ro]p[ri]etatis, & aliis locis, universitatibus, etiam studiorum generalium, & Collegiis etiam in favorem S.R.E. Cardinalium, seu Ecclesiæ, Monasterii, & beneficiis per eos obtentis, quomodolibet, Apostolica, vel alia quamvis (non tamen Concilii Tridentini) auctoritate, necnon pro fundatione, seu donatione, augmentatione, vel conservatione Collégiorum, & aliorum pliorum, & religiosorum locorum, ad fidei Catholicæ defensionem, & propagationem, bonarumque artium cultum institutorum factis, que luum non sunt fortitæ effeta, ac quæcumque concessiones, & mandata super unionibus, annexionibus, incorporationibus, & aliis præmissis faciendis, revocavit, cassavit, & irritavit, nulliusque decretivit existere firmitatis. Nec alicui quæcumque clausulas, vel adjectio[n]es, aut decretæ, que Sanctitas sua pro expressis haberi voluit, in quibusvis Apostolicis, etiam que Motu proprio, aut ex certa scientia, & consistorialiter processerunt, & emanarunt literis, etiamsi in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut jus quæsum fore, quomodolibet contenta, adverlus revocationem, & irritationem hujusmodi, voluit aliquatenus suffragari.

Revocatio facultatum quibusvis concordarum.

14. Item revocavit quæcumque facultates concessas quibusvis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Prælatis, & personis, necnon Apostolicæ Sedis Nuntiis, ac fructuum & preventuum Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus, de dispensando cum quibusvis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defecibus, & de incompatibilibus beneficiis Ecclesiasticis insimul retinendis, necnon de Notariis publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, & aliis à præmissis officiis ipsorum Nuntiorum, & Collectorum directè non concerentes, etiam si in literis desuper concessæ sunt clausulae restitutoriae, & derogatoriarum derogatorie, & alia efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia, in quibus facultates ipsa non sunt fortitæ effectum, etiamsi Nuntius eidem dictæ Sedis Legatus de latere competens sit concessa potestas. Decernens iritum, &c.

Revocatio facultatum conferendi beneficia reservata.

15. Item revocavit quæcumque facultates, & literas desuper concessas, per quas quicunque sui Prædecessores Romani Pontifices quibusvis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem beneficiorum Ecclesiasticorum, de jure, vel consuetudine habentibus, qua-

vis etiam Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate, vel alio, non tamen Cardinalatus honore fulgentibus, quavis consideratione, vel intuitu, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoris, ac irritantibus, & aliis decretis, quorum tenores haberi voluit pro expressa, concesserant, ut quandiu viventer, vel suis Ecclesiæ, seu Monasteriis præsenterent, aut ad aliud tempus de beneficiis Ecclesiasticis generaliter reservatis, seu affectis, ad eorum collationem, provisionem, presentationem, electionem, & quavis aliam dispositionem communiter, vel divisiis spectantibus, disponere liberè, & licet valerent, aut etiam ad id per eosdem Prædecessores, Vicarii perpetui, vel ad tempus constituti forent, decernens iritum, & inane, &c.

De dictionibus numeris.

16. Item ut in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, & ordinavit, quod dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Novas, Idus, & Kal. immediate ponи consueverunt, per literas, & syllabas extense describantur, & illæ ex predictis literis, in quibus hujusmodi dictiones alter scriptæ fuerint, ad Bulliarum nullatenus mittantur.

De concurrentibus in Data.

17. Item voluit, quod de concurrentibus in Data ejusdem diei super vacanciis, seu certo modo vacaturis beneficiis, illi quibus gratie Motu proprio conceduntur, ceteris simili modo gratias non habentibus, aliæ graduati graduatis, aut inter graduatos prius graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnon colorato titulo possessores non possessibus, ac inter personas alias in Curia presentes absentibus ab ea, ac inter presentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, ceteris paribus, oriundus non oriundo, & dicefas non dicecelano. In reliquis vero singulis, qui prius Apostolicas desuper literas eorum executoribus presentaverint, aliis in ipsorum, de quibus agi contigerit, beneficiorum affectione preferantur.

De non tollendo jus quæsum.

18. Item ne per varias, quæ pro commissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis plurimque fiunt suggestiones, justitia postponatur, idem D.N. decretivit, & declaravit, suæ intentionis fore, quod deinceps per quæcumque signaturam, seu concessiōnem, aut gratiam, vel literas Apostolicas, pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus hujusmodi, etiam si Motu proprio, ex certa scientia, ac etiam ante moram literis à Sanctitate Sua emanaverint, vel de ejus mandato faciendas, nulli jus sibi quæsum quomodolibet tollatur.

Regula de viginti.

19. Item voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignaverit aliquod beneficium, sive simpliciter, sive ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius commendatio cesserit, seu ipsius beneficii unionis dissolutioni consenserit, etiam vigore supplicationis, dum esset sanus signatus, & postea infra viginti dies à die per ipsum resigñanter p[ro]sternendi consensus computandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficium quavis auctoritate conferatur per resignationem sic factam, collatio hujusmodi sit nulla, ipsumque beneficium nihilominus per obitum censeatur vacare.

De Idiomate.

20. Item voluit, quod si contingat, ipsum alicui personæ de parochiali Ecclesia, vel quovis alio beneficio exercitium curæ animatorum parochianorum quomodolibet habente providere, nisi ipsa persona intelligat, & intelligibiliter loqui sciat idiomam loci, ubi Ecclesia, vel beneficium hujusmodi consistit, provisio, seu mandatum, & gratia desuper quoad parochiale Ecclesiam, vel beneficium hujusmodi, nullius sint roboris vel momenti.

De non impetrando beneficium per obitum viventium.

21. Item si quis supplicaverit sibi de beneficio quæcumque, tanquam per obitum alicuius, licet tunc viventis, vacante provideri, & postea per obitum ejus vacet provisio, & quævis dispositio, dicto supplicantem per obitum

URBANUS OCTAVUS.

obitum, si modi denuo facienda, nullius sit roboris, vel momenti.

De matrimonibꝫ & nuptiis confirmationis.

22. Item voluit, quod petentes beneficia Ecclesiastica aliis uacant, remansur exprimere verum animum voluntatem secundum communem estimationem, tam beneficij uniuersi quam illius, cui uniti petitur, aliquin ipso non valent, & semper in unionibus commissio fiat ad partes, vocatis quorum interest, & idem voluit obseruari in quibusvis supplicationibus, perpetuis concessionibus, dismembrationibus, & applicationibus, etiam de quibuscumque fructibus, & bonis Ecclesiasticis, ac etiam in confirmationibus unionum, singulatumque dispositionum hujusmodi.

De Mendicantibꝫ transferendis.

23. Item de Mendicantibus transferendis, qui ad alios Ordines transferint pro tempore, Constitutionem fel. rec. Mart. Pap. V. Prædecessoris sui desuper factam, & in libro Cancellariae Apostolicae descriptam, que incipit:

Viam ambicione cupiditatis, &c. firmiter observari.

De malè promis.

24. Item de Clericis extra tempora à jure statuta, sive ante statutum legitimam, aut absque dimissoriis literis ad sacros Ordines se promoveri facientibus pro tempore, etiam voluit Constitutionem p[ro]l. mem. Pii Secundi similiter Prædecessoris desuper editam, in dicto Cancellariae Apostolicae libro descriptam, qua incipit: *Cum ex sacrum ordinum, &c. pari modo observari.*

De Moneta.

25. Item declaravit idem D. N. quod libra Turonensis parvorum, & florenus auri de Camera, pro æquali valore in concernentibus literas, & Cameram Apostolicam computari, & estimari debeant.

De beneficiis vacaturis per promotionem ad Ecclesias, & Monasteria.

26. Item prædictus D. N. Papa voluit, decrevit, & ordinavit, quod quæcumque concessiones, gratiae, & mandata, etiam Motu proprio, & cum derogatione hujus constitutionis, quæ ab eo pro quibusvis personis emanaverint, & providendo ei de quibusvis beneficiorum vacaturis per promotionem quorūcumque ad Ecclesiarum, & Monasteriorum regimina, si hujusmodi concessiones, & mandata diem promotionis promovendorum ipsorum præcessint, necnon quæcumque collationes, provisiores & dispositiones pro tempore facienda de præmissis, ac quibusvis aliis beneficiorum Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, quæ per promovendos, vel assumendos ad quæcumque Prælaturas inter illarum vacationis, & hujusmodi promotionis, vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permutationis ubicumque resignari, vel alias dimitti contigerit, cum inde secutis pro tempore, sint cassæ, & irrite, nulliusque roboris, vel momenti.

De non judicando iuxta formam supplicationum, sed literarum expeditarum.

27. Item cùm ante confessionem literarum gratia Apostolica sit informis, voluit, statuit, & ordinavit idem D. N. quod Judices in Romana Curia, & extra eam pro tempore existentes, etiam sint S.R.E. Cardinales, causarum Palatii Apostolici Auditores, vel quicunque alii, non iuxta supplicationum signatarum super quibusvis impetrationibus (nisi in dicta Curia dumtaxat sint commissiones justitiæ concorrentes, per Placet, vel per Sancta Romana Ecclesie Vicecancellarium, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signata) sed iuxta literarum super eisdem impetrationibus, & concessionibus confessarum tenores & formas judicare debeant. Decernens irritum, &c. Et si literæ ipsæ per præoccupationem, vel alias minus bene expedite reperiantur, ad illorum, quorum interest, instantiam, ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus Officiales, quibus hujusmodi tenores, & formas restringere convenient, ad formas debitas reducendæ.

De Regulis Cancellaria producendis.

28. Item attendens D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria Apostolica regulis, & constitutionibus iniibi descriptis, faciliter per eos, qui in Romana Curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest,

nec consilium foret, quod super eam regulam, & constitutionem (quæ jure tantum occursum est) eam, negotiorum aliquoties imminentibus convenienter, tenore, vel effectu, effici pleniusque denunciare defugor memoriam non habendum, depositionibus statueret, voluit, statuit, & ordinavit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum Petrarum Apostolicis, & His seriam Sanctorum Romanorum Ecclesie sunt Cardinales, in ipsa Curia pro tempore deputatus auctoritate Apostolica judicibus, etiam in causis actu pendientibus, super hujusmodi tenore, vel effectu probando dumtaxat, nec fidem que adhibeat cedula, seu scriptura defuper à duobus majoris Præsidentiis, quod danda sit à tergo signata, & etiam à duobus aliis literarum Apostolicarum Abbreviatoribus in ipsa Cancellaria auscultate, & Vicecancellarii, seu dictam Cancellariam Regentis manu subscriptæ, ut modis est. Quicquid autem locus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti.

De subrogandis Colligantibus.

29. Item D.N. cupiens litium luçidere anfractus, & ne novi colligantibus adversarii dentur, providere, voluit, statuit, & ordinavit, quod quoties deinceps aliquem super quovis beneficio Ecclesiastico colligantem in iure, vel ad jus, si quod forsitan ejus adversario in dicto beneficio competenter, subrogari concederet (dummodo prædictus colligans in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contra dictum adversarium, postquam illud per triennium pacifice possederet, lis tunc mota fuerit) aliorum quorumlibet de præmisso jure, sive tunc vacet, vel cum vacaverit, imprestat, vel concessiones, etiam Motu proprio, infra mensim ante concessionem hujusmodi factæ, nullius sint roboris, vel momenti. Et nihilominus cupiens eorum fraudibus obviare, qui viventiam beneficia, illorum præsertim, quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem, imminet vita periculum, imprestant, ut illis decadentibus, tanquam colligantes in eorum juribus facilius subrogentur, voluit ut deinceps nullius in jure, vel ad jus in beneficio defundet, quod illo viente in casibus præmissis, vel in similibus impretraverit, aliquo modo subrogetur, ac subrogatio, vel gratia, Si neutræ, si nullis seu Novæ provisionis, aut Perinde valere, taliter imprestanti nullatenus suffragetur. Quod etiam strictissime observari mandavit in imprestatibus beneficiorum per privationem, & amotionem ex quibusvis criminibus, & excessibus forsitan perpetratis, etiam usque ad definitivam sententiam, quæ tamen in rem non transcurrit judicata, processum foret.

De verisimili notitia.

30. Item voluit, & ordinavit, quod omnes gratiae, quas de quibusvis beneficiorum Ecclesiasticis, cum cura, vel sine cura, secularibus, vel regularibus, per obitum quæcumque personarum vacantibus, in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, & ante Datum gratiarum hujusmodi tantum tempus effluxerit, quod interim vacationes ipsæ de locis, in quibus persona prædictæ decelerint, ad notitiam ejusdem D.N. verisimiliter portuerint pervenisse.

Non valent Commissiones causarum, nisi in literis expeditis.

31. Item quod omnes, & singulæ commissiones causarum, quas in antea fieri contigerit, obtentis, vel occasione concessionum dumtaxat Apostolicarum de beneficiorum Ecclesiasticis gratiarum, super quibus literæ Apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

De imprestatibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

32. Item voluit, quod impretrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, teneatur exprimerre nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille in Curia fuerit, ejus ad id accedat assensus, alia de gratia nulla. Et idem servari voluit, si Cardinales quomodo libet ab ipsa Curia absentes, & ubilibet etiam in locis infra duas dietas vicinis degentes, familiaque, & lares in eadem Curia retinentes, ab ipsa Curia recesserint, ad eandem illico reversi, & infra decem, vel ad summum quindecim dies verè, & personaliter reversi fuerint,

Aerint, ita quod Cardinalibus alias quatuor praesertur, ex quacumque causa quantumlibet necessaria, ac qualibet alia hic necessariis exprimenda absentibus, facultas praestandi consensum hujusmodi non competit, sed beneficia hujusmodi ad liboram Sanctorum fuit, & Sedis Apostolicae provisionem, & dispositionem pertineant) Declarationes Regulas, & Constitutiones suorum Praedecessorum, etiam a die earum editionis, & publicationis super assensu hujusmodi praestando, sic intellectas, & intelligendas fuisse, irritumque, &c. attentari decernentis. Quodque si prædicti familiares, eorumdem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similiem transierint, quoad beneficia, quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus, vel ad quæ, priori ipsa familiaritate durante jus eis competit, Cardinales quorum prius familiares fuerint, sicut habent adhibere consensum. Declarat presentem Constitutionem locum non habere in illis beneficiis, quæ familiares ipsi tempore obitus eorum, in dicta Curia, vel extra eam obtinuerent, aut ante obtinuerint, & ratione officiorum per eos obtentorum dictæ dispositioni generaliter reservata, vel affecta fuisse apparetur. Necon illos, quoad effectum dictæ Constitutionis familiares eorumdem Cardinalium censem, qui ipsorum Cardinalium familiares continuo commentales ad minus per quatuor menses, etiam ante Cardinalatum, fuisse probarentur. Decernentes irritum, &c.

Super eadem familiaritate.

33. Item idem D.N. ad evitandas lites, & contentiones, quæ ex præcedenti sua Constitutione exoriri possent, vigilis Praedecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, & ordinavit, quod si beneficia, quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorumdem Cardinalium in futurum vacabunt, cœstantibus Apostolicis reservationibus, ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti Constitutione non comprehendantur quoad hoc, ut in provisionibus talium beneficiorum, super expeditionem literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, consensus requiri debeat, sed beneficia hujusmodi ad collationem, seu quamvis dispositionem Cardinalis Ordinarilis collatoris, ut præfertur, liberè spectare censemantur. Et si apud Sedem Apostolicam beneficia hujusmodi per obitum dictorum familiarium vacaverint, tunc in provisione talium beneficiorum super expeditio ne literarum, illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana Curia præfensi fuerit, ad quem eorumdem collatio, & dispositio, ut præfertur, pertinere deberet.

Signatura per Fiat, præfatur alteri per concessionem.

34. Item voluit D.N. quod concurrentibus eadem die super quocumque beneficio, per Fiat, & concessum signaturis, ex eis per fiat, etiam ut petitur, habens, alteri per Concessum, etiam Motu proprio habentis præfatur, etiam in illa per Concessum prægantiores, & quantumlibet privilegiative essent clausula.

De amanti posse fere.

35. Item, Sanctissimus Dominus Noster, ut improbiles exquirerent motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedenter pacifice possellum, & quod certo modo vacare prætenditur, deinceps impetraverit, nomen, gradum, & nobilitatem possessoris ejusdem, & quotannis ipse illud possederit, ac specificam, & determinatam, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio jus competit, causam in hujusmodi impetracione exprimere, & infra sex menses ipsam possessorum ad judicium evocari facere, causisque ex tunc desuper infra annum usque ad sententiam definitivam inclusivè prosequi debeat, & teneatur, alioquin impetratio predicta, & quæcumque inde facta nullius existant firmatis, & idem impetrans de Damnis, & interesse possessorum præfaturam propter ea contingentibus, ei satisfacere, & si possessorum ipsum injuste, frivole, & indebet molestatte repertus extiterit, quinquaginta florenos aut per solvere Camera Apostolica sit adstricatus. Nec aliis quam præmisæ vacationis modus, etiam per literas, Si neutri, aut subrogationis, aut alias sibi quoad hoc, ut be-

neficium hujusmodi eًا vice consequi aut obtinere valeat quomodo libet suffragetur, illudque nullatenus in ante litigiosum propterea censetur. Quod etiam extendi voluit ad impetrantes beneficia Ecclesiastica cujuscumque qualitatibus, per privationem, & amptionem, vel alias propter commissiæ excessus & crimina, vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per devolutionem.

De triennali.

36. Item statuit, & ordinavit idem D. N. quod si quis quecumque beneficia Ecclesiastica, qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex quovis titulo, Apostolica, vel Ordinaria collatione, aut electione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & presentatio, seu quævis alla dispositione pertinet, per triennium pacifice possederit (dummodo in beneficiis hujusmodi, si dispositioni Apostolicae ex reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruerit) super eisdem beneficiis taliter possellis molestari nequeat, necon imprestatio quælibet de beneficiis ipsiæ sic possellis factas, irritas, & inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motus penitus extinguendo.

De non appellando ante sententiam definitivam.

37. Item idem D. N. ut finis litibus celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus, & expensis, suorum Praedecessorum constitutionibus, & statutis inherendo, statuit, & ordinavit, quod in causis pendentibus, & quas imposterum contigerit agitari, nulli ante definitivam sententiam licet appellare, nec appellatio, si fuerit emissa, debeat admitti, nisi ab interlocutoria, quæ vim habeat definitivæ, vel à gravamine minime concernebente negotium principale, quod non possit per appellationem à definitiva sententia reparari: Nullæque cause appellationum committantur, nisi in commissione exprimatur, quod interlocutoria vim definitivæ habeat, vel gravamen sit tale, quod in appellatione à definitiva non valeat reparari. Alioquin appellationes, & commissiones imposterum, & quicquid item secutum fuerit, nullius sint roboris, vel momenti, commissionibus appellationum jam iudicibus præsentatis, & exhibitis, in suo robore permanentis, in quibus latius super eisdem sententiis, secundo, vel alterius ab eis non habent appellare: Appellantे verò, & appellantés, etiam ab interlocutoriis, & gravaminibus hujusmodi, suo, vel alterius nomine prosequentes, si succubuerint, ultra expensas, & damna, ad quæ rescienda de jure condemnatus compellit, viginti florinorum auri pœna mulcentur.

Non stetit commissio post conclusionem.

38. Item statuit, & ordinavit, quod in commissiōibus de iustitia, seu mandatis etiam consistorialibus, per eum, seu de ejus mandato, vel auctoritate in causis, in quibus conculsum existat, imposterum concedendis, etiam in eis de conclusione hujusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissione hujusmodi detegetur expresa.

De literis Religiosorum expediendis.

39. Item voluit, & ordinavit quod si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amovibile, cum clausula quod exinde pro solo nutu Abbatis, vel Superioris amoveri non possint, literæ quoad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem D. N. ponat in signatura, quod non possit amoveri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

De clausula ponenda in literis permutationum beneficiorum.

40. Item si committatur alicui beneficio resignationis receptione, ponatur clausula, Attente quoque provisiones, &c. & si ex causa permutationis resignationis fiant, ponatur clausula, Quod neuter permutantium jus accquirat, nisi quilibet ipsorum jus habuerit in beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

41. Voluit, quod si peratur suppleri defectus in genere,

URBANUS OCTAVUS.

Super defecit in ecclesiasticis.
40. Voluit, quod in dispensationibus super defecit in ecclesiasticis, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non prejudicetur illis, ad quos successio bonorum ab interstatu pertinere debeat.

De derogatione iuris patronatus.

42. Item voluit, quod super quovis beneficio Ecclesiastico de jure patronatus laicorum, non expediantur litterae, nisi ponatur expressè, quod tale beneficium tanto tempore vacavit, quod ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitimè est devoluta, vel quia tempus patronis laicis ad presentandum à jure praedictum, lapsum existat, aut ad id patronorum iporum accedit affluentus. Et si per ipsum juripatronatus hujusmodi derogari contigerit, juris patronatus hujusmodi mentio dispositivè, ac specificè, determinatè, non autem conditionaliter fiat, si illud ad aliquem Regem, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis provisionis, vel mandato de providendo de dicto beneficio, similis mentio facta non fuit, non censeatur quomodolibet derogatum.

De Commandis.

43. Item voluit, quod nulli seculari de regulari, nec religioso de seculari beneficiis Commenda datur, nisi in signatura per clausulam, Ad partem, super petitione Commenda hujusmodi, de Commenda ipsa mentio fiat.

De reformationibus.

44. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod super quicunque reformationibus signatis super imprecatiōnibus quorūcumque beneficiorum vacantium vel certo modo vacaturorum, in quibus peritur, quod literæ super prima Data expediti possint, si ex hujusmodi expeditione sub tali Data cuiquam videatur posse fieri prejudicium, literæ hujusmodi sub ipsa prima Data nullatenus expediantur, nisi reformationes hujusmodi per Fiat, sub prima Data signate fuerint.

De consensu in resignationibus, & pensionibus.

45. Item voluit, & ordinavit, quod super resignatione cujuscumque beneficii Ecclesiastici, seu cessione juris in eo, quam in manibus suis, vel in Cancellaria Apostolica fieri contigerit, Apostolica literæ nullatenus expediantur, nisi resignans, vel cedens, si præsens in Romana Curia fuerit, personaliter, alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum, expeditioni hujusmodi in eadem Cancellaria expressè consenserit, & juraverit, ut moris est. Et ipsum resignantem, seu cedentem, pluries super uno, & eodem beneficio, in favorem diversarum personarum successivè consentire contigerit, volui sanctitas Sua, quod primus consensus tenere debat, & alii posteriores consensus, ac literæ illorum prætextu, etiam sub priori Data expeditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti. Nec literæ reservationis, vel assignationis, etiam Motu proprio, cuiusvis pensionis annua super alicujus beneficij fructibus expediti possint, nisi de consensu illius, qui pensionem persolvere tunc habebit.

De ingressu Religionis.

46. Item non dentur literæ super beneficij vacaturis per ingressum Religionis, nisi ille præcesserit Datum de super petitionis.

Non valeat imprecatio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

47. Item voluit, quod si petatur aliquid beneficium vacans per modum in Cancellaria Apostolica exprimendum, talis imprecatio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

De executione facienda.

48. Item voluit, statuit, & ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam, vel de ejus mandato factam, super exequendis aliquibus cum adjectione proprii nominis, vel dignitatis cuiusvis, Judex datur, literæ desuper expediantur cum expressione, quod idem Judex executionem faciat per se ipsum.

De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.

49. Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo gradu consanguinitatis, vel affinitatis, aut alias prohibito, ponatur clausula, Si mulier rapta non fuerit. Et si scienter, ponatur clausula, Addita in quarto.

Super defecit in ecclesiasticis.

50. Voluit, quod in dispensationibus super defecit in ecclesiasticis, quod possint succedere in bonis temporalibus, ponatur clausula, Quod non prejudicetur illis, ad quos successio bonorum ab interstatu pertinere debeat.

Super dispensationibus.

51. Item quod per quamcumque signaturam in quavis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectum hujusmodi dispensationis concertat, vel alias nihil conserat, aut operetur.

Nihil suffragetur dispensatio, nisi litteræ confidit.

52. Item, cum concessiones super gratias dispensationum quartumcumque quibusvis per ipsum D. N. concessarum, vel concedendarum, per regulas Cancelleriae Apostolice sint provide limitata, licet aliquando in petitionibus super hujusmodi concessionibus oblatis multa sint petita, ne quis talium concessionum praetextu id dispensativè tenere, aut facere presumat, ad quod concessiones hujusmodi se non extendant, voluit idem D.N. quod nulla talis dispensatio cuiquam, in judicio, vel extra suffragetur antequam super ea litteræ Apostolice sint concessæ.

De clausulis ponendis in literis Indulgentiarum.

53. Item voluit, quod in literis indulgentiarum ponatur, quod si Ecclesie, vel Capelle, vel alias aliqua Indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, hujusmodi litteræ sint nullæ.

De Indulgentiis concessis Ad instar.

54. Item, voluit idem D. N. quod litteræ super Indulgentiis non expediantur Ad instar, nisi specificentur.

De exprimendo valore beneficiorum in imprecatiōnibus.

55. Item voluit, quod in gratiis, quas quibusvis personis de beneficii vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum, & aliorum quorumcumque beneficiorum, quæ dictæ personæ tunc obtinerint, seu de quibus eis fuerit provisum, vel concessum, aut mandatum provideri, verus annuus valor per Marcus Argenti, aut Sterlingorum, vel libras Turonen, parvorum, seu Florenos auri, aut Ducatos, vel uncias auri, seu alijs monetarjs secundum communem aestimationem exprimatur, nisi personæ prædictæ beneficia, quæ obtinerint, aut in quibus, vel ad quæ jus eis competit, iuxta ipsarum oblationes, aut alias dimittentes teneantur, alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ. Et idem servetur in gratiis, quas à Sanctitate Sua Motu proprio emanare contigerit, quoad beneficia tamen, de quibus per Sanctitatem Suam pro tempore providetur, seu provideri mandatur, aut alias disponuntur, ad literas, per quas pro tempore ad Ecclesiarum Patriarchalium, & Cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur, ut Monasteria, & alia beneficia Ecclesiastica, seculataria, & regularia per eos obtenta, & in quibus & ad quæ jus competit, retinere possint.

De clausulis, & beneficiis vacantibus ponendis.

56. Voluit & ordinavit, quod quando providet, seu mandat provideri alicui de beneficio Ecclesiastico vacante, tunc dari poterunt clausulae, si petantur, etiam si illud quovis modo, &c. seu per Constitutionem, Exceribile, vacet, ac specialiter reservatum, inter aliquos litigiosum sit, & ejus collatio devoluta fuerit, & si pro colligitante, vel subrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente, si tunc lis specificè exprimatur, nec detur aliqua generalis reservatio dispositivè, nisi desuper in concessione speciali, & expressa, ac purè, & non sub conditione, mentio fiat, & tunc reliquæ reservatiores ibi contentæ veniant. Si vero tempore expeditionis inde literarum, generalis reservatio hujusmodi probari non possit, aut in novis provisionibus, seu pro colligantibus, si neutri, vel si nulli, &c. sic expressum, quod ab aliquibus assertur, illum cuius beneficium conceditur, Collectorem, vel unicum Subcollectorem, Abbreviatorem, vel Familiarem, Notarium, aut dictæ Sedis Officialem fuisse, clausula ponatur, Etiam si dictum beneficium ex eo quòd talis Collector, vel unicus Subcollector, Abbreviator, vel Familiaris, Notarius, aut dictæ

URBANUS OCTAVUS.

Sedis officialis fuit; dispositiones Apostolicae generaliter reservatum existat, dummodo non sit in eo aliquis specialiter jus quiescitum. In reliquo verò nulla clausula datur, unde reservatio generalis illuc possit, nisi super signature per dupla fiat signata sit, aut reservatio vel alias specialiter habeatur.

*De expressione qualitatum beneficiorum in impre-
nibus.*

37. Item voluit, quod super beneficiis Ecclesiastis, de qualitatibus illorum, videlicet, an dignitates, personatus, vel officia sunt, sique immineat cura animarum, & ad illa consueverint qui per electionem assunt, mentio fiat, alias gratia desuper facta sint nullæ. Et si qualitates hujusmodi affirmative, vel conditionaliter non exprimantur, negativa expressa desuper fiat, in beneficiis que tales qualitates, vel ex eis aliquas consueverint habere.

De beneficiis vacantibus per contractum Matrimonii.

38. Item si reseretur beneficium per contractum Matrimonii, non dentur alii modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reservatum specialiter, vel affectum, nisi sequatur Matrimonium. Sed in beneficiis per promotionem, aut ingressum Religionis, vel assecutionem vacatarum, ponatur clausula, etiam si non petatur. Cum beneficia hujusmodi præmissa, vel alias quovis modo, &c. præterquam per obitum obtinantis, vacare contigerit, etiam si vacent.

De clausulis ponendis in literis Religiorum.

39. Item voluit, quod si petatur, aliquem in Religione recipi, & sibi de quovis beneficio Ecclesiastico prævideri, per simplicem Signaturam fiat, recepto hujusmodi dampnataxat datur, adjecto, si petens idoneus sit, aut aliud canonicum non oblistat, & exprimatur, si certus numerus Regularium sit ibidem, cui etiam non derogatur, nisi expresse concedatur, & si numerus iste non existat, ponatur. Dummodo receptionis locus hujusmodi nimium propterea non gravetur. Possintque executores provisionis hujusmodi ad receptionem emissionis professionis, non ex parte probacionis anno, prævidere.

De translatione Religiorum.

40. Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo Monasterio, vel regulati loco dependente provideri, & appareat ex petitione hujusmodi, quod alterius Monasterii, vel loci religiosus sit, licet ibi translatio non petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, Si est ita.

41. Item quod in literis super beneficiis, per constitutionem *Exscrutabilis*, vacantibus, ponatur clausula, Si ita est: similiter de quibuscumque narratis informationes facti requirentibus.

*Potenti provideri de vacante dentur literæ de
vacanti.*

42. Item potenti sibi provideri de vacatu, dentur litteræ de vacanti, prout impetrant.

Revocatio decimaru[m] & aliarum impositionum.

43. Item revocavit quascumque decimaru[m] (non tamen super pro defensione Fidei Catholice in Germania contra haereticos, & Imperii rebelleris impostarum, sub Datum Idibus Januarii anno quintodecimo Pontificatus ejusdem Pauli prædecessoris) necnon subdiorum vigime, & aliorum onerum impositiones, quæ à prædicto Paulo Quinto Prædecessore suo ex quavis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcas, & orthodoxæ Fidei hostes emanarunt, & quascumque facultates super decimaru[m], vigime, & onerum hujusmodi exactione, quibusvis fructuum, & proventuum Cameræ Apostolicae debitorum Collectoribus, & Apostolicae Sedis Nuntiis ab iisdem prædecessoribus concessas. Suspendit quoque ad Sua Sanctitatem, & Sedis Apostolicae beneplacitum, quascumque plenarias Indulgencias, ab eisdem Prædecessoribus ex quavis causa, etiam expeditioris hujusmodi concessas, si qua per Nantios, vel Quastores defrebantur, necnon deputandi, & eligendi Confessores, qui plenarie absolvant, & alia faciant ad earundem Indulgenciarum suspensarum effectum, reliquaque facultates ipsas Indulgencias quomodolibet concernentes, præterquam quoad ea in qui-

bus Indulgencie, & facultates in aliqua sui parte sunt, & effectum, ita ut illis, qui implentes iuncta eis in literis Indulgenciarum hujusmodi, jam confecti sine facultatem eligendi Confessores, qui absolvant eos plenarie in mortis articulo, per hujusmodi suspensionem non prejudicetur, quia facultate ipsa uti possint in futurum. Decretit quoque irritum, & inane quicquid facultatum revocatarum earundem prætextu imposterum contigerit attentari.

Revocatio facultatum percipiendi premium Officiorum.

44. Item revocavit, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque facultates percipiendi premium Officiorum Romanæ Curiae pro tempore vacantium, in toto vel in parte, in quacunque concessiones, & collationes, aliasque dispositiones per fel. record. Gregorium Decimumquartum prædecessorem suum de dictis officiis, etiam ex die collationum, concessionum, & dispositionum earundem in antea vacaturis, in favore in quarumcumque personarum, Ecclesiastarum, Monastiorum, Piorum locorum, collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuæ, etiam in vīni contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quavis verborum forma, quam, & præmissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas, quoad Officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & imposterum quomodolibet vacabant.

Item revocavit quoque, cassavit, & annullavit, ac irritas declaravit quascumque infestations, investitures, gratias, concessiones quoquo modo, etiam in emphyteusim, ad tempus, seu in perpetuum, etiam Motu proprio, & de plenitudine potestatis, ac cum quibusvis derogatoriis derogatoriis (extra tamen Consistorium, & sine Sancta Romana Ecclesiæ Cardinalium consilio, & consensi) à die constitutionis fel. record. Pii Papa Quinti prædecessoris sui, super prohibitione alienandi, & infestandi Civitates, & loca Sanctæ Romanae Ecclesiæ, sub Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, eff. 2. Tom. Anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, quarto Kalend. Aprilis, Pontificatus sui Anno secundo, usque in presentem diem, per quoscumque Rom. Pont. suis prædecessores, aut mandato, vel auctoritate eorum quomodocumque, ac qualitercumque, & quovis colore factas, & concessas, de Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis Sanctæ Romanae Ecclesiæ & Sanctæ Sedis Apostolicae, & tam mediatae, quæ in immediate subjectis tunc, videlicet de tempore dictatum infestationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum nondum devolutis. Necnon quascumque prorogations, & extensiones quacumque infestationum, investiturarum, gratiarum, & concessionum de dictis Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, Arcibus, & locis, tunc videlicet de tempore dictarum prorogationum, & extensionum nondum finitarum, quibusvis personis, cujuscumque gradus, status, & conditionis, ac præminentia, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, aut alia quavis præstigeant dignitate, etiam in vīni contractus, ex quocumque titulo, etiam oneroso, & per quascumque, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, aut etiam alia quomodocumque, & qualitercumque expeditas literas, ac sub quavis verborum forma, quam, & præmissorum omnium tenores Sanctitas Sua pro expresso haberi voluit, latissimè extendendos.

*Quod fructus in Tertia parte augeri possint vigore
clausula.*

45. Item cum nonnulli in imprestationibus beneficiorum Ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, afferendo illorum fructus, &c. certum per eos expressum annum valorem non excedere, nonnunquam obtineant à Sanctitate Sua, ut hujusmodi valorem annum augere possint, ut verius possit in confectione literarum super hujusmodi imprestationibus summa, aut valor annuus exprimi, aliter desuper non specificato, ne de veritate hujusmodi concessionis imposterum haesitari contingat. Declaravit, prætextu concessionis hujusmodi, valorem ipsum usque ad Tertiam partem valoris expressi, & in prima, quæ desuper fieri literarum expeditione, dumtaxat

URBANUS OCTAVUS.

33

taxat augeri posse , & eas quas , literis jam expeditis , cum expressione valoris specificati , aut non integro augmentatione praedicto , denud super expediri contigerit literas , cum aliquo augmentatione valoris hujusmodi , nullius esse roboris , vel momenti , etiam si motu proprio beneficiales gratis , & dispositiones quacumque à Sanctitate Sua emanaverint .

De infidelescensibus.

66. Item , ne personis , pro quibus literæ Suae Sanctorum emanabunt , ob generalem absolutionem à censuris Ecclesiasticis , quibus ligati forent , ad eorum effectum indifferenter concedi , & in literis Apostolicis apponit solitam præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi , & infidelescendi in illis , statuit , & ordinavit , hujusmodi absolutionem , & clausulam in literis , quas in futurum cum illa concedi contingat , non suffragari non parentibus rei judicatae , incendiatis , violatoribus Ecclesiarum , falsificatoribus , & falsificari procurantibus literas , & supplicationes Apostolicas , & illis utentibus , receptatoribus , & fautoribus eorum , ac res veritas ad infideles deferentibus , violatoribus Ecclesiastica libertatis , via facti , ausu temeratio , Apostolicis mandatis non obtemperantibus , & Nuntios , vel executores Apostolicæ Sedis , & ejus Officialium , & ejus commissa exequentes impudentibus , qui propter præmissa , vel aliquod eorum excommunicati à jure , vel ab homine , per quatuor menses scienter excommunicationem sententiam hujusmodi sustinuerint , & generaliter quibuscumque aliis , qui censuris aliquibus , etiam alias , quam ut præfertur , quomodolibet ligatis , in illis per annum continuum insorduerint .

Officiales nihil exigant ultra debitum.

67. Item idem D.N. exactionibus , quas Sanctitas Sua , non sine displicentia plerumque fieri intellexit per Officiales Romanæ Curiae , qui constitutis sibi emolumenitis pro exercitio Officiorum que obtinent , non contenti , ultra à prosequentibus negotiorum quorundam expeditiōnē in eadem exigere non verentur , obviare volens , districte præcipiendo inhibuit omnibus , & singulis quavis Officiis in eadem Curia obtinentibus , ne de cætero quicquam prætextu Officiorum , que obtineant , quovis colore , etiam celerior expeditione , ultra emolumenta ejusmodi exigere , seu ad hunc effectum expeditiōnē eorum , que eis incumbunt , malitiosè differe , sub excommunicationis , & præter illam , suspensionis à perceptione emolumentorum hujusmodi pro prima ad semestre , & pro secunda ad annum , & pro tertia vicibus , quibus sic excedenter , privationis Officiorum per eos obtentorum , in quibus sic excederint , penit. Ac volunt , quod Sanctæ Romanæ Ecclesie Vicecancellarius , & Camerarius , excedentes ipos respectivè prout eis subflunt , per subtractionem emolumentorum corundem , ac alias , ut præfertur , compellant ab hujusmodi illicitis exactionibus abstineri , & contra eos per predicas poenas , alias prout melius expedire viderint , procedant .

Referatio beneficiorum vacansum Sede Apostolica vacante.

68. Item , S. D. N. prædilecti considerans , consuevit quandoque Romanos Pontifices prædecessores suos , beneficia , que vacante Sede Apostolica vacare contigerat , dispositioni sue reservare , intendens de beneficiis hujusmodi tam Conclavistis , quam pauperibus Clericis , & aliis benemeritis personis provideat , omnia , & singula beneficia per regulas Cancellariae Apostolice , aut qualilibet alias Apostolicas Constitutiones temporales Romani Pontificis pro tempore existentis dispositioni quomodolibet , & ex quavis causa reservari solita , qua à die obitus fel. record. Gregorii XVI. prædecessoris sui usque ad diem supradictam septimam Augusti vacaverunt , & de quibus per quoscumque Ordinarios Collatores tunc dispositum non fuerat , suæ dispositioni reservavit , decernens iuritum , &c.

Referatio indutorum superviventie.

69. Item , quia ad importunata nonnullorum suggestionem quandoque contigit , Prædecessores suos Rom. Pontifices pro tempore existentes , sub contractorum debitorum , vel diversis aliis prætextibus con-

cessisse , & induluisse beneficiis , ut fructus suorum beneficiorum , aut partem eorum anticipatis solutionibus ad tempus elocare , vel erga creditores , aut quoscumque alias personas obligare , vel hypothecare , in solutum dare , aut alias quomodolibet de eis disponere licet , ad tempus minimè restricatum ad vitam supplicantum , cum gravi successorum præjudicio , & Ecclesiarum detrimento . Ideo indemnitatē Ecclesiarum , & successorum in beneficiis hujusmodi salubriter consulere volens , revocavit , cassavit , & annulavit omnia , & singula indulta , & facultates in ea parte , qua necdum vere & realiter suum sunt fortita effectum , per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores suos hactenus ad favorem quarumcumque personarum concessa , omnibus eis , vel eorum singulis ullo modo , & ex quavis causa , vel prætextu permittitur , fructus certos , vel incertos , jura , obventiones , & emolumenta quacumque quorumlibet beneficiorum per eos obtentorum anticipatis solutionibus ultra unicum annum elocate , attendare , ad firmam , vel responsionem concedere , vel eos ad favorem quarumcumque personarum quomodolibet obligare , vel hypothecare , insolutum dare , aut de eis quomodolibet , & ex quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficiatorum , & tempus , quo beneficia hujusmodi obtinuerint minimè restricto , & coactato , illorum tenores , &c. decernens iuritum , &c.

Quod Cardinales non comprehendantur sub regulis faciendis.

70. Item , cum Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinales ipsi S. D. N. assistant , ac propterea debeant specialibus prærogativis , & privilegiis gaudere , idem D.N. statuit , ordinavit , decrevit , & declaravit , quod in quibuscumque Constitutionibus , & regulis per Sanctitatem Suanam impostorum post hanc primam editionem , & suarum Constitutionum , & regularum publicationem faciendis non includantur ipsi Cardinales , nisi ille corundem Cardinalium favorem concernant , vel ipsæ Constitutiones edenda de corundem Cardinalium , vel majoris partis eorum consilio edita fuerint .

De potestate Reverendiss. D. Vicecancellarii , & Cancell. Regentis.

71. Primò , quod possit committere absolutionem illorum , qui ignoranter in supplicationibus , vel in literis Apostolicis aliquid scriberent , corrigerent , vel delerent .

Item , quod possit corrigerre nomina , & cognomina personarum , non tamen eorum , quibus gratia , & cessiones sunt , ac beneficiorum , dum tamen de corpore constet .

Item , quod possit omnes causas beneficiales , etiam non devolutas , committere in Curia , cum potestate citandi ad partes .

Item , quod processus Apostolica auctoritate decretos aggravare possit , cum invocatione brachii secularis , & sententias executioni demandati facere contra intrusos , & intrudendos per literas Apostolicas desuper conficiendas , & non alias .

Item , quod possit signare supplications , manibus duorum Referendariorum signatas , de beneficiis Ecclesiasticis , secularibus , & regularibus dispositioni Apostolicæ generaliter non reservatis , quorum cuiuslibet valor centum florenorum aurii de Camera , vel totidem in alia moneta secundum communem estimationem valorem annum non excedet .

Item , quod possit signare supplications , etiam duorum Referendariorum manibus signatas , de novis provisionibus . Si neutri , & subrogationibus pro colligantibus , in quibus non detur clausula generalem referationem importans .

Item , quod possit ad Ordines suscipiendos arctatis prærogare terminos de dictis suscipiendis Ordinibus , usque ad proxima tunc à jure statuta tempora , in quibus sic arctati successivè ad ipsos Ordines promoverantur .

Placet , publicentur , & describantur . M. P. & Subscr.
Publicatio in
Lecta , & publicata fuerunt supra scripta regula , &
ordinaciones.

*Dat. P. An. 1. ordinaciones, & Confessiones in Cancellaria Apostolica ab
du 21. Oct. anno ex R. P. D. Majoris Praefidencia Abbreviatoribus. Anno
Incarnationis Domini Millefimo sexcentesimo vigesimo tercio, die vero vigesima prima mensis Octobris, Pon-
tificatus prefissi Sanctissimi Domini Nostri Anno primo.
Petrus Gentilis Proculius.*

VII. Indictio Orationis Quadraginta Horarum ad
divinum auxilium initio Iui Pontificatus pro
salutari Catholicæ Ecclesie regimine implorandum.

*Similes inductiones vide sup. in constit. 1. Sixti Quin-
ti, tom. 2, ubi tamen non invenies sub hac forma
Orationis Quadraginta Horarum, sed sub forma
Iubilai, quod etiam indexit Gregorius XV. in sua
constit. 2. Sp̄iritus, hic sup.*

*Edita An.D. V R B A N V S . P A P A VIII.
1613.*

*Ecclesiæ & Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ
causa hujus. U pervenerint, salutem & Apostolicam benedictionem.*

*Eternus rerum Conditor, cuius judicia abyssus
multa, ed vel maximè imperscrutabilia ejus sapientia,
atque inexhausta potentia thesauri recludit, & mani-
festat, quod maximis in rebus non fortiorum, sed im-
becillorum opera plerumque uti non designatur. Quod
quidem in Catholicæ Ecclesie administratione, quam
in hac temporum difficultate nullo modo nostrorum
suffragio meritorum, sed ejus misericordia Nobis de-
mandatam agnoscimus, tanto luculentius appetet, quan-
to majora earum, quibus circundamur infinitatum ar-
gumenta extare dignoscuntur. Hinc fit, ut quemadmo-
dum misericordiam Dei humillime suscepimus, ita etiam
trepidè vereamur, ne ingenti onere prægravati, Chi-
stiani orbis necessitatibus Apostolica providentia, ut par-
est, succurrete valeamus. Tante rei cogitatione perno-
tit illud Nobis sepius occurrit, beatum plane illum
esse, quem Deus ipse eruditus, at ne facies nostra con-
fundantur, ad eum, ut illuminemur, accedendum esse.*

*Non indicare
notandum de
more Præ-
dictorum, sed
autem diffe-
re, tempore
habita ratio
modicata.*

*6.1. Quoniam verò tanti Regis Majestatem tum pro-
priis cuiuscumque, tum etiam aliorum orationibus adiri cer-
tum est, id ut facilius alsequi possemus, Romanorum
Pontificum prædecessorum nostrorum exempla Nobis
ob oculos proponentes, universis Christi fidelibus Ju-
bilium de more indicere statuimus, ut saluberrimis
penitentia operibus orationes sociatae, & rogantium
merita cumulalente, & divina Nobis largitatis munera
ubertiū impetrassent. Verum habita temporis ratione,
necnon aliis sequissimis causis, ea qua decuit maturi-
tate perensis, aliam opportuniorem spiritualibus,
quibus urgemut necessitatibus, consulendi rationem ini-
re decrevimus.*

*Orationes
Quadraginta
Horarum f-
orma 4.0. 6.0.
Sabbato. i-
terea. Fribu-
rge docens.*

*6.2. Piam igitur Quadraginta horarum orationem
in Ecclesia Lateranensi, ac Principis Apostolorum, &
Sanctæ Mariæ Majoris Basilicis, necnon in una sœcu-
lari, & altera regulari Ecclesiis cuiuslibet regionis Al-
mae Urbis nostræ, per dilectum filium nostrum in ea-
dem Urbe Vicarium in spiritualibus generali, extra
verò dictam Urbem, in quibuslibet virorum tam sœcu-
larium, quam regularium Ecclesiis ubilibet existenti-
bus, per Ordinarios locorum proxima, vel altera subse-
quenti hebdomada post præsentium notitiam respetivè
designandis, & quoad Ecclesiæ, & Basilicas Urbis præ-
dictæ Quarta, & Sexta Feriis, ac Sabbato præsentis, &
sequentis hebdomadæ, quo verò ad Ecclesiæ extra Ur-
bem, diebus ab eisdem Ordinariis pro utraque hebdoma-
da præscribindis, inchoandam, & semel pro qualibet
Ecclesia peragendam, tenore præsentium indicimus, &
instituimus, ad quas quidem Ecclesiam Lateranensem,
ac 8. filicas Noviphil private accedere, eidemque oratio-
ni intercessu statuimus.*

*6.3. Et propterea, ut divinam opem efficaciùs imple-
remus, & simul effusis multorum precibus, fructuosis
exaudiamus, omnes, & singulos utriusque sexus Christi
fideles ubique existentes enixè in Domino hortamur, &
paterna charitate monemus, ut durante oratione prædi-
cta, pias ad Deum preces abundant, ut Ecclesiam suam
Sanctam tueatur, & protegat, heres undique evellere, &
extirpare, Fidem Sanctam Catholicam augere, & pro-
pagare, pacemque & concordiam largiri dignetur: No-
bis verò vires tribuat, quibus suscepimus onus ad ejus
nominis gloriam, fideliumque & anime nostræ salutem
administrate valeamus.*

*6.4. Quæ ut eo libentius præstare studeant, quo uberioris Confessis, ac
spiritualibus muneribus, & gratiis à nobis se refectos esse
sacra communione refectis, qui quamcumque Ecclesiæ, ubi oratio ejusmodi indicta, & instituta
fuerit, devotè visitaverint, & ibi per aliquod temporis
spatium, prout unicuique suggereret devotio, pias ad Deum
ut præfertur, preces effuderint, Monialibus verò peniten-
tibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, quæ
tempore orationis prædictæ in suorum Monasteriorum
Ecclesiis similiter, ut suprà oraverint, plenariam omnium
peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem mis-
ericorditer in Domino concedimus.*

*6.5. Necnon eisdem fidelibus, etiam cujuscumque Or-
dinis, Congregationis, & Instituti regularibus utrius-
que sexus facultatem impartinat eligendi sibi presbyte-
rum Confessarium, tam sœcularem, quam cujusvis Ordini-
nis, & Instituti regulari ex approbatibus ab Ordinariis
locorum, qui eos ab omnibus & singulis peccatis, crimi-
nibus, excessibus, & delictis, non tamè à casibus con-
tentis in literis, quæ die Cœna Domini legi consueve-
runt, necnon violationis immunitatis, & libertatis Ec-
clesiastice, ac clausura Monasteriorum Monialium, si vi-
delicit sine necessaria, & urgenti causa, ac sine Superio-
rum licentia, vel etiam si causa, & licentia abutentes, præ-
dicta Monasteria ingressi fuerint, necnon violentia manus
injectionis in Clericum, ac singularis certaminis, sive
duelli, ac ab aliis etiam casibus, tam à Nobis, quam à præ-
fato nostro in dicta Urbe Vicario, & locorum Ordinariis
respectivè reservatis, nec etiam à quavis excommunicata
e homine lata in foro conscientiæ tantum, hac vi-
ce dumtaxat absolvere, injuncta tanquam eis, & corum cui-
libet penitentia salutari, ac aliis injungendis, possint, &
valeant.*

*6.6. Mandantes insuper Venerabilibus fratribus Pa-
triarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibus-
cumque Ecclesiistarum Prælatis, & locorum Ordinariis in
virtute sanctæ obedientiæ, ut cum harum nostrarum
transumpta, seu exempla acceperint, illas statim per suas
Civitates, Dioceses, & Territoria publicent, & publicari
faciant, gregemque eorum cursu divinitum commissum, ut
corde contrito, & humiliato per hujusmodi orationi, ut
præfertur, intersint, sedulè moneant. Per præsentes autem
super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, de-
fectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contra-
cta, nec etiam in foro conscientiæ dispensare, ullamve
facultatem dispensandi tribuere non intendimus. Decla-
rantes, has ipsas præsentes quoad absolutionem in foro
conscientiæ tantum, non autem in foro fori consequen-
dam, ullo modo suffragari.*

*6.7. Non obstatibus Constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, necnon quorumcumque Ordinum, deroga-
Congregationum, & Institutorum regularium, etiam ju-
ramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmata-
te alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinib.
Congregationibus, & Institutis quomodolibet con-
cessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis, etiamque illis, eaturque totis tenoribus specia-
lis, specifica, & individua, non autem per clausulas ge-
nerales idem importantes mentio, aut expressio haben-
da, vel quævis alia exquisita forma ad hoc servanda fore,
illorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter
expressis*

*Ecclesiæ fidelis
visitando,
quid oratione
dum iste tem-
pore dicit.*

*Omnibus
utriusque fe-
sti perfuncti,*

etiam Regu-

laribus, Con-

fessarium sibi

posse el geru-

concedit qui

valore alijs de-

vare av omni-

nibus eisibus,

exceptu con-

tatu in Bul-

la Cœna Do

mini, & ex-

pressis pro

hac vice sun-

um.

Omnibus

utriusque fe-

suci perfuncti,

etiam Regu-

laribus, Con-

fessarium sibi

posse el geru-

concedit qui

valore alijs de-

vare av omni-

nibus eisibus,

exceptu con-

tatu in Bul-

la Cœna Do

mini, & ex-

pressis pro

hac vice sun-

um.

URBANUS OCTAVIUS.

35

*Transumptis
credi poterit.*

§. 8. Volumus autem, ut presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subsciptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constituta muniti eadem protulit fides ubique gentium, & locorum adhibetur, quæ ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud S. Mariam majorem, sub annulo Pictoris, die 22. Octobris 1623. Pont. nostri anno 1.

I X. Extensio Indulci recitandi Officium, & Missam celebrandi de Beata Margarita de Cortona, Moniali Tertiæ Ordinis S. Francisci, pro omnibus tam Viris, quam Mulieribus d. Ordinis ubique existentibus.

*Edita An. D. 1623.
VRBANVS EPISCOVS
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium.

Cœlestis aquæ flumen, quod ab inexhausto vita fonte procedens, impetu perpetuus fluit, fideliumentes septem charismatum donis felici inundatione fecundans, multo cernitur admirabilior, cum erga varcula infirmiora, & sexum consilii imbecillioris apponens cor suum, misericordiarum suarum divitias superabundanter elargitur.

*Leo X. in illa-
si posse cele-
brari Missam
cum officio de
hac Beata in
Civitate Cor-
tonen. & illius
Dilecti quo-
tannis die 2.
Fibr.*

§. 1. Alias siquidem fel. rec. Leo Papa X. prædecessori noster ex præclaris attestationibus à pia mem. Bonifacio VIII. & Eugenio IV. Romanis Pont. etiam prædecessoribus nostris de Beata Margarita de Cortona, moniali Tertiæ Ordinis S. Francisci de Pœnitentiâ prolatus motus, quod Festum ipsius Beatae Margaritæ cum Officio nec Virginis, nec Martyris in Ecclesia Sanctæ Margaritæ Civitatis Cortonen, singulis annis die 22. mensis Februarii celebrari, eademque Beata Margarita à quibusvis Christi fidelibus in Civitate prædicta, & illa Dicessi privatim & publicè venerari libere, & licetè valeat, Apostolica auctoritate indulxit, prout in suis exinde concordis literis plenius continetur.

*Prefixa hoc in-
dulcium C. m-
greg. Carad.
propter Ritu-
bus deputatorum
extensis ad
veneres Fratres
& Moniali-
Ordini S. Fran-
cisci ubique
existentes.*

§. 2. Nuperimè verò Congregatio Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium super Sacris Ritibus Deputatorum, considerata sanctitate prædictæ Beatae Margaritæ, quæ à trecentis annis, & ultra continuo miraculorum splendore coruscat, necnon mirabili illius corporis integritate, quæ his etiam diebus supra naturæ vires odorem efflat suavissimum, ad instantiam non solum Cleri, & Populi Cortonum, sed etiam Fratrum Ordinis Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum dilectorum filiorum, ad omnes ejusdem Ordinis Sancti Francisci viros, & mulieres indulsum prædictum extendi posse, habito super hoc felic. mem. Gregorii Papæ X. V. similiter prædecessoris nostri beneplacito, ac omnibus ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalibus unanimiter consentientibus, decrevit.

*10. Fratres
n. do suppli-
canti Pape, ut
illud decre-
tum confor-
mati, & exten-
sive dignescerit.
Qui illud
affirmat.*

§. 3. Quare pro eorumdem Cleri, & Populi, ac Fratrum parte Nobis nuper fuit humiliter supplicatum, quatenus pro eorum desiderio, ut infra, annuere de benignitate Apostolica dignaremur.

quod adhuc durat, ad unum annum tantum à die ipsius
festivitatis computandum, Apostolica auctoritate tenore
præsentium prorogamus, extendimus, & ampliamus.

§.4. Non obstantibus constitutionibus & ordinationi-
bus Apostolicis, dictaque Militiae, etiam juramento,
confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia ro-
boratis statutis, & consuetudinibus, ac ceteris contra-
ris quibuscumque.

§.5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc pagi-
nam nostræ abolitionis, prorogationis, extensionis, am-
pliationisque infringere, vel ei ausi temerario contraire.
Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignatio-
nem omnipotens Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apo-
stolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Domini

Dni P. A. 2.

1625. sexto Idus Maii, Pont. nostri anno secundo.

die 10. Adams.

Definitions, & declarationes super reassum-
ptione Calepodiorum, depositione Solea-
rum, & delatione Caputii rotundi, largioris-
que Mozettæ, ac protensi Mantelli, à Fratri-
bus Minoribus Ordinis S. Francisci Strictioris
Observantia deferendi.

*Quoad hujusmodi Habitum habes etiam sup. conf. 1.1.
Pauli III. tom. 1. & Greg. XIV. conf. 1.1. tom. 2.
Et quoad d. Fratres Strictioru Observantia multa
notari sup. in conf. 3.5. Clem. VII. tom. 1. & pa-
riter notari ad conf. 8. Greg. XV. Onerosa, sup.
Quo verò ad Capacinos notari ad conf. 2.1. Clem.
VII. sup. tom. 1.*

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita A.D.
Ad perpetuam rei memoriam.

N supremo Apostolatus solo, meritis licet imparibus, *Cordiam.*
divina dispositione constituti, circa statum religioso-
rum Ordinum quorumcumque in Ecclesia Dei militan-
ter prosperè dirigendum, mentis nostræ aciem assidue
intendimus, eaque statuimus, & ordinamus, per quæ prof-
pero, felicique eorum statui, atque directioni conculitut,
prout conficimus in Domino salubriter expedire.

§.1. Cum itaque, causa inter dilectos filios Fratres
ejusdem Ordinis Minorum S. Francisci Capuccinos nun-
cupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris
Observantie ex altera partibus, de & super reassumptio-
ne Calepodiorum, & distinctione Habituum ad præscri-
ptum Bullatum per diversos Rom. Pontifices prædeces-
tores nostros emanatarum, dies agitata, ac de mandato no-
stro in Congregatione Venerabilium Fratrum nostrotum
S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum

iterum proposita, per eosdem Cardinales auditis parti-
bus, vissique scripturis, matrè, & diligentissime perpen-
dis, & examinata fuerit.

§.2. Nos corundero Religiosorum paci, & quieti, fe-
licitique ac prosperæ directioni, quantum in nobis sit, cōtempla-
re, & exhortare, & minime possit, si que Magistri electionera hujus-

Bullar. Mag. 7. 1. 1625.

D 3 Muta

*Edita A.D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
1625. Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

*Causa hujus
conflictus.*
O rthodoxæ Fidei, Religionisque zelus, Nobilitas
generis, ac eximia devotionis affectus, quo dilectus
filius Nobilis vir Carolus Dux Nivernensis Nos & Ro-
manam reveretur Ecclesiam, promerentur, ut petitiones
suas ad exauditionis gratiam admittentes, ea favorabili-
ter concedamus, per quæ Republicæ Christianæ progres-
sui, semotis impedimentis, consulitur.

*Narratio præ-
cedens infor-
mativa hu-
miliante
Militia.*
§.1. Nuper siquidem supplicationibus dicti Caroli Du-
cis Nobis porrectis annuentes, Militiam Christianam sub
denominatione Conceptionis Deiparae Virginis Imma-
culateæ Apostolica auctoritate erexitur, & instituimus, ac
illius Magni Magistri electionem usque ad Capitulum
generale in Festivitate Pentecostes prædicti anni 1625.
in Alma Urbe nostra celebrandum differendam, & ne in-
terior prædictæ Militiae progressus retardaretur, ejusdem
Militiae Consilium supremum nuncupandum, in dicta
Urbe usque ad beneplacitum nostrum, cum certo perfo-
num numero statuendum duximus.

*Causa hujus
prorogatio-
nis
Car. ad
alium anno.*
§.2. Cùm autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte
d. Caroli Ducis petitio contineat, propter præsentium
temporum calamitates, & undique imminentia bellorum
pericula, nè non hostis infidias, dictæ Militiae felici-
tatem propagationem nos patrum impeditentes, Capitulum
prædictum in festivitate Pentecostes hujusmodi haberi
minime possit, si que Magistri electionera hujus-

*Prævia ex-
missione, &
issuptione
Card. Conf.*
*super Regula-
rum cancri.*

*Hic post de-
cessum Fratre
Card. ob
f. 2. Fra
c. in Italia
C. 1625.*

URBANUS OCTAVUS.

Buc declaratur die infra. Motu proprio, & ex certa scientia, ac mature deliberatione nostris, deque Apostolicis potestatis plenitudine eisdem Fratribus Strictioris Observantie, quatenus Calepodia reassumere, Soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum recipere debeant, sub expressis communicationis lata sententia, ac privationis vocis activa, & passiva, necnon quoad Superiores, etiam suspensionis ab officiis ipso facto incurriendis penitentia in junxit, & aliis prout in nostris defuper in simili forma Brevis, sub die 10. Januarii proxime preteriti expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 2. Nunc autem, cum experientia docuerit, nonnullos ex sequitur iudicis Fratribus Strictioris Observantie Calepodiis uti sive declarare posse. Nos Fratres Strictioris Observantie huiusmodi in specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, &

etiam singulare personas à quibus via excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causalitate, si quibus quomodolibet innodata existunt, et eis cum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolvatas fore carentes,

suplicacionibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Superioribus eorumdem Fratrum Strictioris Observantie Fratribus senio confectis, aut qui ita

infirmi fuerint, ut Calepodia deferre non valeant, ut in do-

mibus regularibus huiusmodi, necnon itinerantibus dum-

taxat, qui iter saltum unius diei cum Calepodiis habere non possunt, non autem questuantibus, soleas cum calce-

neo usque ad talos circiter, superiori autem pedis parte

unica tantum fascia usque ad digitos in circa cooperata

deserte absque penatum, & censuratum incurso, libere, &

licitè possint, & valeant, super quibus corundem Superio-

rum conscientiam oneramus, concedendi, & indulgendi li-

centiam Apostolica auctoritate tenore praesentium conce-

dimus, & impartimur. Decernentes, eisdem Fratribus Stri-

ctoris Observantie praemissorum occasione nullo modo

molestari, perturbari, aut inquietari posse, seu debere, ac

irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis au-

ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus literis nostris prædictis, ac omni-

nibus illis, quæ in eis volumus non obstat, ceterisque deroga-

contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem quod praesentium transumptis Transumptis

etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, rum fides

& sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta

munitis eadem prorsus fides ubique adhibeat, quæ ipsi

praesentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub anno Piscatoris, die

31. Martii 1624. Pontificis nostri Anno 1.

die 31. Mart.

Confirmatio, & Innovatio Constitutionum XIV.

Greg. XIII. Clem. VIII. & Pauli V. super bono regimine Fratrum Reformatorum Strictioris Observantie Ordinis S. Francisci editarum. Et additio aliarum ordinationum pro felicitate ejusdem regiminis progressu.

Constitutiones horum Pontificum habebit sup. Greg. XIII. const. 55. Cum illius, tom. 2. Clem. VIII. const. 45. Pro injuncti, tom. 3. & Pauli V. const. 31. Postulat, d. tom. 3. & pro eisdem Fratribus per totam Italiæ nonnullas edidit ordinationes Greg. XV. us in const. 8. Onerosa.

De horum Reformatorum primæva Congregationis approbatione, totque ejus statu multa habes indicata in Clem. VIII. const. 15. In supremo, sup. tom. 3. Cujus Custodiam Bavaria in Provinciam erexit, ac eidem communicavit gratias omnes alii Hispaniarum Provinciis concessas hicmet Sanctiss. Pont. infra const. 36. Sacrofæcum.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edict. 1624. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, in quo, dispositione incomparabilis divina providentia universalis Ecclesie constituit principatum, auctoritatem à Christo per Beatum Petrum Apotholorum culmen, sibi traditam intelligens, ut noxie eveliat & destruat, utiliaque planter, & ædificet, & interdu quæ rationabilibus ex caulis à Sede Apostolica fuscata

Sequitur declaratio supradictæ Constitutionis.

V R B A N V S P A P A V I I I .

Ad perpetuam rei memoriam.

R. form. n. 1624. D. 1624.

*N*uper cum causa inter dilectos filios Fratres nostros Ordinum Minorum S. Francisci Capuccinos nuncupatos ex una, ac Fratres ejusdem Ordinis Strictioris Observantie ex altera partibus, de & super reassumptione Calepodiorum, & distinctione habitus ad prescriptum Bullarum per diversos Romanos Pont. predecessores nostros emanatarum agitata, ac de mandato nostro in Congregatione Ven. Fratr. nostrorum S.R.E. Card. negotiis Regularium prepositorum proposita, & examinata fuisse, eisdem Fratribus Strictioris Observantie, quatenus Calepodia reassumere, Soleasque ubique per totam Italiam deponere, nec eas in posterum reassumere debent, sub excommunicationis lata sententia, ac privationis vocis activa, & passiva, necnon quoad Superiores,

URBANUS OCTAVIUS

43

fancit fuit, ipsa subinde rerum experientia suadente, & magistris ex causis alterat, & immutat, in hisque pastorali officii sui partes sollicitè, & prudenter interponit, prout rerum, temporumque qualitatibus debet pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

*Orq. XV ad-
dis conf. cir-
ca Reformationem
S. Spiritus.
Observantia
S. Francisci
qua à me
omissa sunt,
quia in §. seq.
reverentur.*

§. 1. Aliás siquidem fel. rec. Gregorius Papa XV. predecessor noster, dilectos filios Antonium Strozium, & postea, eo à munere infra scripti officii absoluto, Aloysium à Cruce Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci Strictioris Observantia Reformatorum nuncupatorum professores, prævia electione de ejus persona ad idem officium à Fratribus facta, in Vicariis generalibus omnium Fratrum Reformatorum circa montes commorantium, & existentium, sub certis modo, & forma tunc expressis fecit, constituit, deputavit, ac respectivè confirmavit, aliae que tunc expressa, tam super ipsius Vicarii generalis auctoritate, & jurisdictione, necnon Capituli generalis eundem Fratrum Reformatorum celebratione, quam alias Fratrum ipsorum gubernio, regimine, atque directione statuit, decrevit, ordinavit, prout in diversis ipsius Gregorii predecessoris desuper in simili forma Brevis, & praesertim sub die 24. Novem. 1621. ac die 7. Decemb. 1622. expeditis literis, quarum tenores presentibus pro pressis habeti volumus, plenius continentur.

*Hie Pont. eas
procurum ma-
en prospere
regimine re-
vocat.*

§. 2. Nunc verò Nos dictorum Fratrum paci, & quieti, necnon salubri, prosperoque eundem regimini, atque dictationi, quantum cum Domino possimus, per amplius consulere volentes, de consilio dilectorum filiorum nostrorum Dominicai Basilice SS. Duodecim Apostolorum Gymnasi, Fabricii S. Augustini, Veralli, Gabriciis S. Bartholomaei in Insula de Treio, Scipionis S. Susanna, ac Petri S. Salvatoris in Lauro titulorum S.R.E. Presbyterorum Cardd. Valerii nuncupatorum, quibus negotium unionis eundem Fratrum Reformatorum Fratribus ejusdem Ordinis ob servantia, seu de familia nuncupatis examinandum commisimus, deputationes, electiones, & confirmationes de Antonii, & successivè de Aloysii predecessorum personis in eundem Fratrum Reformatorum Vicarios per eundem Gregorium predecessorum, ut praefertur, respectivè factas, singulasque ipsius Gregorii predecessoris literas, ac omnia, & singula in illis quomodolibet contenta, & expressa, dicta auctoritate tenore praesentium perpetuò revocamus, cassamus, & nullamus, viribusque & effectu omnino evacuamus.

*Sub obser-
vantiag. Min-
istri de Ob-
servantia, puer-
fam, puer-
fam. Gre-
gor. XIII.
Clem. VIII. &
Pauli V.
Huius indicatio-
nis surrà in
rub.*

§. 3. De cætero autem perpetuis futuris temporibus eodem Fratres Reformatus nuncupatos sub obedientia Ministri generalis Minorum ob servantia, seu de familia similiter nuncupatorum degere, prout degebant, & vivabant ante primordias literas Gregorii predecessoris, ac alias in omnibus, & per omnia secundum dispositio nem literarum, seu constitutionum recol. mem. Gregorii XIII. Clem. VIII. & Pauli V. etiam Rom. Pontificum predecessorum nostrorum.

*Eidem Mi-
nistri obser-
vantium His-
paniæ, & Indianarum, dico Ministru generali subjici, qui pro sua prudentia Religiosis ex illis Provinciis ad Romanam Curiam venientibus providere valeat, reservatis omnibus iuribus Ecclesiæ fundatori, seu constructori quomodolibet competentibus, quatenus adhuc, & competent.*

*C. Clem.
Pro discalce-
tia His-
pan. &
Indiarum in-
stitutum sub-
iecti.*

§. 4. Hosptium verò S. Isidori de Urbe, pro Provinciis Reformatorum Discalceatorum Hispaniæ, & Indianarum, dico Ministru generali subjici, qui pro sua prudentia Religiosis ex illis Provinciis ad Romanam Curiam venientibus providere valeat, reservatis omnibus iuribus Ecclesiæ fundatori, seu constructori quomodolibet competentibus, quatenus adhuc, & competent.

*C. Clem.
Pro discalce-
tia His-
pan. &
Indiarum in-
stitutum sub-
iecti.*

§. 5. Constitutiones præterea dicti Clementis predecessoris, sub Dat. Tufculi 12. Oct. 1596. Pout. anno 5. VIII. que est quæ incipit, Pro injuncti Nobis, omnino ob servari.

§. 6. In Capitulis autem tam provincialibus, quam generalibus Fratrum ob servantia, seu de familia predicatorum, eodem Fratres Reformatus passivam, qui verò teneat in Capitulo, seu electi fuerint in Capitulis provincialibus, juxta constitutiones Clementis, & Pauli predecessorum predicatorum, etiam activam vocem habere.

Ministrumque generali predicatum, quemvis ex Religiosis Reformatis hujusmodi in aliquibus provinciis Commissarium interdum ad sui libitum deputare posse, eundemque Ministru generali, eos ex reformatis, qui ad illos de ob servantia, seu de familia de utrisque Superioris, & aliorum licentia, juxta literas dicti Pauli predecessoris desuper editas transire voluerit, recipere, & admittere debere, illi autem sic transeunt, si durante deli-

berationis anno ad Reformatos redire voluerit, regressum non denegandum; finito autem deliberationis anno, hujusmodi regressum illi concedendum nullatenus, nisi eo modo, quo transitus ad Reformationem Fratribus de Ob servantia, seu de familia ad Reformatos transire volentibus, Clementis, & Pauli predecessorum predicatorum constitutiones, ipsiusque Pauli de cœta su per hoc emanata inviolabiliter ob servanda.

§. 8. Ad hac in Capitulis generalibus ejusdem Ordinantis in Italia celebrandis, omnes Custodes congregari ad Statuta felici eorum gubernio opportuna condenda. Et quando Capitula Generalia, sive Congregationes hujusmodi non celebrentur, Custodes singulis trienniis in Alma Urbe nostra cum assistentiis Protectoris pro tempore existentis pariter congregari.

§. 9. Unum verò pro Regnum Neapolis & Siciliz, & alterum ex ipsis Reformatis Visitatores pro reliquis Italiz reformationibus ab eisdem Custodibus de triennio in triennium, de nostro tamen, vel Rom. Pont. ac ejusdem Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectoris pro tempore existentis respectivè consensu eligi.

§. 10. Ac contra quos, seu eorum quemlibet, si deliquerit, Generalem Ministrum, cum interventu Procuratōis eorundem Reformatorum, ac majori parte Custodum sui districtus procedere posse, ac debere.

§. 11. Postò Fratres Reformatos ab eorum Conventibus, nisi ex causa in definitorio illius reformationis, vel ab eodem Protectore probata removeri minime posse.

§. 12. Constitutionem autem de non admittendis ad habitum ab Ob servantibus, seu de familia Novitii, sed à Reformatis, tum juxta decreta ejusdem Clem. predecessoris innovari, ac inviolabiliter ob servari volumus, decernimus, innovamus, constituimus, & declaramus.

§. 13. Decernentes etiam presentes literas, & in eis contenta quacumque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia esse, & fore, ac ab omnibus quos illa concernunt etiam inviolabiliter ob servari, sicutque per quoscumque Judges ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 14. Non obstantibus ipsis Gregorii predecessoris literis, necnon omnibus illis, quæ in eis voluit non obstat, cæterisque contraria quibuscumque.

§. 15. Volumus autem, quod præsentium transumptis, fidem trans etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibetur, quæ ipsis originalibus literis adhiceretur, si forent exhibita, vel offens.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 7. Martii 1624. Pontificatus nostri anno primo.

Indictio Visitationis omnium Ecclesiarum, Monasteriorum, & locorum piorum Almæ Urbis, necnon orationis Quadraginta horarum, cum Indulgentiarum elargitione pro recta d. Visitationis directione. Et multarum facultatum concessiones pro ejusdem Visitationis felicitati progrexi, & expeditione.

Similem constitutionem edidit Clem. VIII. apud ejus Bullæ, Speculatores 8. sup. tom. 3.

V R B A N U S E P I S C O P U S, Edita Anno D. 1624. Seruus Servorum Dei.

Delelis filii universo Clero, & Populo Romano salutem, & Apostoli am benedictionem.

Militantem Ecclesiam, quæ vel cœlestis ejus Sponsi commendara præconio progreditur quasi Aurora consurgens, in Evangelicæ perfectionis via subsistere non decet, sed novis semper supernæ gratia fulgoribus illustrata, ad uberiorē veluti virtutum lucem, ac sanctitatis decorum æquum est progredi. Hac in re Nobis D. 4 cogitationem

cogitationem desigentibus anticipaverunt vigilias oculi nostri; ac ut Ecclesiastica res majora in dies ubique suscepit incrementa, tanto magis ad Nos pertinere intelligimus, quanto in hoc terum vertice constituti, apertius agnoscimus, imperceptibili omnipotens Dei providentia Nos fuisse acceptos pascer Jacob servum suum, & Israël hereditatem suam. Quoniam verò nulla ratione fieri potest, ut in Agro Domini Christianae virtutes feliciter seruantur, nisi spinae, que suffocare sententem Patria familiaris, inde prius evallantur; Nos ut id facilis assequamur, eundem agrum, & vineam, quam plantavit duxera ejus, diligenter repurgare, nihilque eorum prætermittere de cœrimus, quæ corruptis moribus corrigendis, sancti que operibus, quæ vel temporis injuria, vel humanae nature imbecillitate in desuetudinem abierunt, restituendis, opportuna esse arbitramur. Licet autem Christiana Republica universa multiplici malorum genere vexetur, omnibusque ejus partibus, quod maximè deplorandum est, medicina opus esse intelligamus, eam tamen Almam Urbis nostra non uno nomine præcipue duximus adhibendam, quandoquidem hæc est Civitas supra mortem posita, quæ totius Orbis patet obtutus: hæc eadem pietatis exemplum cunctis ad imitandum propositum, primaque Catholicæ Religionis Sedes tantis divina munificencia honorum prærogativis decorata, ut verè de ea dicatur: Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Indicit hic pars. Visitationem Eccl. & parum laterum. Ita, namque factus Episcopus, & sacerdos, & facultas ipsorum videtur conf. s. q. g.

§.1. Cum igitur hæc haec habeant, pro nostro pasto rali multere peculiarem hunc agrum & gregem nostrum recognoscere, & Romane Urbis omnes tam Patriarchales, q. àm Collegiatas, carumque Capitula, necnon parochiales, ceteraque alias Ecclesias, & personas: item Monasteria, Conventus, & Ecclesias quorumvis Ordinum Regulares, tam virorum, quam mulierum, Hospitalia, Collegia, Confraternitates laicorum, Montem Pietatis, & omnia quocumque nomine censeantur loca pia, per infra scriptos Archiepiscopum, & Episcopos visitare statuimus. Quod quidem saluberrimum opus, etsi per Nos ipso inchoare, prosequi, & perficere vehementer optamus, nihilominus dum ad alia quamplurima, eaque gravissima negotia, quorum mole assidue presumimus, cogitationem convertimus, alii eam provinciam cogimur demandare. Quapropter Venerabilibus Fratribus Ulpiano Archiepiscopo Theatini, necnon Raphæli Zacynthien, Octavio Caballicen, Ludovico olim Adrien, Antonio Cafertan, ac Alexandro nuper Hietacen, Episcopis, & quorum pietate, & Ecclesiasticarum rerum peritia à Nobis ipsi multa possumus polliceri, ad hoc munus obeundum maturo consilio delectis, ad laudem, & gloriam omnipotentis Dei, Sanctæ Romanæ Ecclesie exaltationem, Visitationem hujusmodi committimus, illamque vobis omnibus indicimus, quam in proxima futura Dominica in Albis in Sacrosancta primaria Literanen, Ecclesia iidem Archiepiscopus, & Episcopi inchoabunt, ac statutis diebus D. I. juvante prosequentur.

Habent ut cor- gendo præ- mors vita propterea, unde visceris praevaleant.

§.2. Ut autem nostram Visitationem ea spiritualia comoda, quæ Nos divini cultus amplificatione & propagationi, necnon animarum salutis p. terna charitate studentes & cupimus, & speramus, feliciter consequant, omnes per visceris misericordia Dei nostri, qui visitavit nos oriens ex alto, & hortamur, & monemus, ut memores vocationis suæ, opportuna vita, & morum emendatione can dem Visitationem præveniant. Quod quidem eos facile, & liberanter præstuturos confidimus, si memoria repetierint, se in ea Urbe Clericalis officiis munera obire, quam in montibus sanctis fundatara, ac sanctissimorum Martyrum sanguine resuersam, & irrigatam, non nisi uberrimos pietatis, & religionis fructus, ad totius Christiani Orbis edificationem beata secunduntur proferte decepti.

Habent in Se- ctione et. sec. per P. Aragon. Observamus quo bonum, co- lebamus ad im- plorandum, ne- xistamus pro- de rebus, et. d. Ap. 1. 1. 1.

§.3. Quoniam autem non sumus sufficiens cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficiens nostra ex Deo est, ac nisi Dominus edificaverit domum, in vanum laboraverimus, qui edificant eam. Nos infirmitatem nostram humiliiter agnoscentes, ad cælestes opem implo randam, volumus ut sexta Feria eandem Dominicam antecedente, in nonnullis Ecclesiis Urbis Patriarchalibus, Collegiatis, & aliis præcipuis per dilectum filium nostrum in eadem urbe Vicarium in spiritualibus genera-

lem prescribendis, sanctis. Eucharistie Sacramentum solemnni ritu in Altari exponatur, ac Quadragesima hora rum oratio de more celebretur.

§.4. Quæ ut sollicitudinem nostram magis subblevet, ac honorabilem illorum, qui hac in te Vicariam Nobis operam res ad efficiuntur sunt, efficacius adjuvet, universos Christi fidèles in hac Alina Urbe commorantes, horramur, ut Deo, qui cor contritum, & humiliatum non despicit, dignis penitentiam fructibus placere studeant.

§.5. Quod quidem ut libertus, & salutarius fiat, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus Romanis, & aliis, qui visitatis Ecclesias hujusmodi, seu eorum aliquam, eodem ipso proximo Dominico die post diligenter peccatorum suorum confessionem, sacram Eucharistiam sumpserint, & ut hac nostra Visitatio ad Dei gloriam, & animarum salutem feliciter eveniat, piè in quavis Ecclesia oraverint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam concedimus, & elargimur.

§.6. Omnes igitur simul dilecti filii, sive ex clero, sive valet, sive ambulemus, sollicitudine non pigri, spiritu ferventes, Domino in toto corde serviamus, ut ejus misericordiam copiolam, cum ad hoc sanctæ Visitationis opus, tum ad cæteras necessitates nostras, fratrurnq. nostrorum bonis operibus, & sedulo pietatis culto impetreremus.

Datum Rom. apud S. Petrum Anno Incarnationis Domini 1624. sexto Kal. Aprilis, Pont. Nostri Anno 1. Dat. P.A. die 27. M.

Sequitur demandatio visitandi nomine Pontificis in parochialibus Ecclesiis Infirmos existentes, eisque eleemosynam clargendi.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita An. Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Theatini, necnon Raphæli Zaynthi, O. Davio Caballicen, Ludovico olim Adrien, Anto. Casertan, ac Alexandro nuper Heracen. Episcopis. Venerabiles Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

C Upientes in hac nostra pastorali Ecclesiistarum Almæ exordium & Utbis Visitatione non solum divini cultus con ferentiam, & incrementum, quantum in Nobis est, modis omnibus procurare, verum etiam animarum saluti pro desse, & corporales Christi pauperum, præsertim infirmorum indulgentias, quantum cum Domino possumus, paterna charitate sublevaré.

§.1. Cùm hæc omnia per Nosmetipos exequi, ob duas, quibus desinemus occipitantes, nequaquam possimus, Fraternitatibus vestris, & vestrum cuilibet per præsentes mandamus, ut conjunctim, vel divisiim Parochias Ecclesiistarum diligenter perlustrare, ac perquirere studeatis, atque earum pauperes infirmos graviter de cumbentes singulos nostro nomine vi. teris.

§.2. Apostolica, & nostra eis benedictione, ut moris est, semel in partibus, paternis monitis & salutibus consolationibus recretis.

§.3. Horantes ipsis, ut in humilitate, & patientia propter Deum corporis infirmitatem, & dolores sustineant, & ad parentum divinæ voluntati, quandocumque ei placuerit ipsis ex hoc seculo revocare, se piè, & Christiane præparent, sinceroque corde ad Deum converti, humiliter ab eo suorum peccatorum veniam petant, atque omnia Ecclesiastica Sacra menta, quibus Christi fideli, ex hac vita migratori se præmunire solent, & debent, devotè, & reverenter suscipiant.

§.4. Nos enim eorum singulis ante vel post vestram visitationem, ut præmititur, penitentibus, confessis, & Sancti ss. Euchristicæ Sacramento refectis semel plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem elargimur.

§.5. Volumus autem, ut ed interim vobiscum adducatis dilectorum filium nostrum, & Palatii Apostolici Elegmosynarium, qui prout cuiusque eorum cestas, & personarum conditio postulaverit, etiam oblatis nostra impenfa charitatis sublidiis, pecuniis, cibis, potu, pharmaciis, vestibus, medicorum ope, ceterisque ad viendum, seu ad recuperandam valetudinem necessariis, temporalibus, &c. quibus

Ac eleemosy- nias per ele- motyn. Pale- tri Ap. stat. Scrum addu- cendum, ha- biens egestatis & periorum, elar- gimus.

URBANUS OCTAVUS.

45

quibus nunc urguntur, eorum necessitatibus succurrat.
Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris,
die 29. Martii 1624. Pont. nostri anno 1.

*Sequitur facultas cognoscendi Causas quacumque,
etiam criminales, absque irregularitatis incursu.*

V R B A N V S P A P A VIII.
Venerabilibus Vlpiano Archiepiscopo Theatin, necnon Raphaeli
Zacynthien, Ottavio Caballien, Ludovico olim Adrien.
Antonio Casertan, ac Alexandro nuper Hieracen.
Episcopis. Venerab. Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Causa hujus
causit.*

Quoniam in prosequendo munere Visitationis Ecclesiarum, & piorum locorum hujus Almæ Urbis nostræ, ad quod vos nominatum ex Episcoporum ordine delegimus, facile contingere poterit, ut aliqua negotia criminalia pertractanda sint.

*Indicium de
quo in rati.*

§.1. Nos conscientiarum, ac status vestrorum securitati opportundè providere volentes, vobis, & cuilibet vestrum, ut tam conjunctim, quam divisi, durante hujusmodi Visitatione, ac illius occasione dumtaxat quacumque querelas, accusations, denuntias contra quacumque personas, tam Ecclesiasticas, sacerdotes, vel regulares, quam laicas cuiuscunque status, gradus, dignitatis, & præminentia existent, recipere & audire, causasque exinde, aut alias quomodolibet ex dicta Visitatione, vel illius causa emergentes, tam Ecclesiasticas, quam profanas, & tam civiles, quam criminales & mixtas, sive ad Procuratoris Fisci, sive ad aliorum quorumcumque instantiam, aut ex officio, audire, cognoscere, quandoque Nobis referre, Nobiscum communicare, ac juxta mandata nostra, seu alias prout iustitia suaserit, & ordo dictaverit rationis, illas decidere, & terminare, aliasque in illis vos immiscere, ac sine aliquo conscientie scrupulo, aut censuraturum Ecclesiasticarum, vel etiam irregularitatis incursum, etiam inde sanguinis effusio, membrorumque mutilatio, aut etiam ultimi supplicii pena infligenda venerit, dummodo vos ipsi à sententia sanguinis per vos ipsos ferepta abstineatis, liberè, & licite valeatis, licentiam concedimus, & indulgemos.

*Eiusque ex-
tensio ad om-
nes tam de-
nuntiantes,
vel quomodo-
cumque con-
siliari, aut
auxiliari, seu
facorem pra-
ficiens,*

§.2. Utque liberius ab omnibus denuntiationes, querelæ, & accusations, ac causa quacumque ad dictam Visitationem pertinentes deferti possint, omnibus similiter & singulis personis, tam laicis, quam clericis, etiam in sacris, & presbyteratus Ordinibus constitutis, sacerdotalibus, & quorumvis Ordinum, Congregationum, & instituti regularibus, quavis etiam Episcopali, vel majori Ecclesiastica, vel mundana dignitate, vel præminentia fulgentibus, qui in actu ejusdem visitationis, seu alias illius occasione aliiquid, quod ad prædictas causas pertinet, per viam denuntiationis, querelæ, vel accusationis, palam vel occultè, sponte vel ad aliorum, etiam Procuratoris Fisci instantiam, in judicio vel extra judicium revelarent, aut in præmissis testimonium dixerint, vel aliiquid propterea scriperint, subscripterint, indicaverint, dictaverint, detulerint, interrogaverint, vel interrogati responderint, vel ad eos detegendos, convincendos, capiendos, custodiendos, puniendos judicia, votum, consilium, auxilium vel favorem, per se, vel alium, directe præstiterint, sive tanquam Judicis ordinarii, vel delegati, Custodes, Scribz, Testes, Tabelliones, Consultores, Procuratores, Advocati, seu alias se in præmissis quomodolibet ingesserint, nullam propterea penam vel censuram Ecclesiasticam, aut irregularitatis notam incurvant, concedimus pariter, & indulgemus.

*Contraria re-
mota.*

§.3. Non obstantibus generalis Concilii, atque aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac cuiuscumque Ordinis, & Monasterii, atque Ecclesiarum, & aliorum piorum locorum quorumcumque, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 29. Martii 1624. Pont. nostri anno 1.

*Sequitur indultum ad. Visitatoriis concessum exer-
cendi ubique Pontificale.*

V R B A N V S P A P A VIII. Edit. An. D.
Venerabilibus Fratribus Vlpiano Archiepiscopo Theatin, necnon Raphaeli
Zacynthien, Ottavio Caballien, Ludovico olim
Adrien, Antonio Casertan, ac Alexandro nuper Hieracen.
Episcopis. Venerab. Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Officii nostri est, pastoralia munera, quæ divina fa- *prosum.*
Oiente clementia administranda suscepimus, ea prom-
pto, hilarique animo prosequi, eos verò quos in eisdem
pastoralibus munieribus prosequendis assumptissimis, &
deputavimus, nostræ item mentis est opportunis facultati-
bus adhuc munire, ut illis suffulti incumbentia onera
melius subire, & inceptum onus perfidere quamprimum
valeant.

Cum itaque occasione visitationis nostræ Apostolice, *Causa hujus
quam in universæ Almæ Urbis, ejusque districtus Eccle-
sis, monasteriis, loci que factis & piis, proximis diebus
indiximus, & quam nuper etiam inchoavimus, experien-
tia comprobante cognoverimus, aliquando necesse esse
in compluribus ejusdem Urbis, ac illius districtus Eccle-
sis Altaria consecrari, campanas, cæmeteria, indumenta-
que Ecclesiastica benedicí, Sacraenta ministrari, & alia
pontificalia munia exerceri.*

§.1. Vobis & vestrum cuilibet, quos in eadem Visita- *Qua conser-
tionis operios & adjutores delegimus, & deputavimus,
plenam per presentem concedimus facultatem, ut in qui-
Sulcumque, tam intra eandem Urbem ac proprie, & extra
illius muros, quam etiam intra ejusdem Urbis districtum
Ecclesiis, etiam Patriarchalibus, necnon Monasteriis,
Prioribus & dominibus sacerdotalibus, seu cuiuscumque
Ordinis mendicantium, militiæ, Congregationis, aut in-
stituti regularibus, tam virorum, quam mulierum, atque
hospitalibus, oratoriis, scällis, cæmeteriis, locisque piis,
aut religiosis, tam exemptis, Nobisque & Apostolicæ Se-
di immobile subiectis, quam etiam non exemptis, & cu-
jusvis etiam S.R.E. Cardinalibus ratione tituli aut deno-
minationis seu Cardinalatus, aut alias quomodolibet, &
ex quavis causa subjectis.*

§.2. Altaria, ac ipsammet Ecclesiæ consecrare, aut illa vel *Altaria, &
eadem Ecclesiæ, aut illis annexa reconciliare, seu etiam Ecclesiæ con-
secrare, & cæmeteria, campanas, calices, patenas, cruces, indumenta,
& ornamenta Ecclesiastica quæcumque, & aquam, ut moris est, benedicere.*

§.3. Sacramentum Confirmationis, quod ex ritu in vi- *Sacramentum
Confirmationis
ministrari confucit, quibus, ubi, quando, &
quoties vobis, seu cuique vestrum expedire videbitur,
ministrare.*

§.4. Sacrosanctum quoque Missæ sacrificium, necnon *Missam, &
Vesperas, & quæcumque alia divina officia solemnii, ac
Pontificali ritu in Ecclesiæ, & locis in quibus vos id ad
majorem animarum consolationem, spiritualemque pro-
fectum, & ad ipsam etiam quam intendimus reformatio-
nem inducandam pertinente judicaveritis, celebrare, &
decantare.*

§.5. Verbi Dei prædications & conciones ad Dei amo- *Non con-
rem, & timorem in cordibus fidelium excitandum, & ac-
cendendum, publicè ad Clericum & Populum, seu alias pri-
vatum, prout occasio & necessitas postulabit, habere.*

§.6. Aliaque omnis, & quæcumque munia Pontificia- *Et alia om-
lia, etiam que notam aut expressionem requirent ma-
gis specialem, & sub generali hujusmodi concessione non
comprehenduntur, etiam erga personas aliquoquin habiles
& idoneas exercere, etiam nullo alio à Nobis expectato
aut requisito mandato, liberè, & licite valeatis.*

§.7. Non obstantibus Apost. ac in Conciliis tam ge- *Contra-
neralibus editis, diætarumque Ecclesiarum, monasterio-
rum, Ordinum, Congregacionum, militiarum, hospita-
lium, aut domorum iuramento, confirmatione Apostoli-
ca, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consue-
tudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostoli-
cis in contrarium præmisitorum quomodolibet concilii,
confirmatis & innovatis, & ceteris contrariis quibuscumque.*

Datum

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 29. Martii 1624. Pont. Nostri Anno 1.

Sequitur alterum facultatum concessio pro d. Visitationis felicioris progressu.

Edit. An. D. V R B A N V S P A P A VIII.
1624. Venerab. Fratibus P. P. Archibp. Tbeatin. necnon Raphaeli Zaynbian. Oleario Caballacen. Ludovico olim Adriano. Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracen. Episcopis. Ven. Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.

Cum in pastorali visitatione, quam nuper vobis mandavimus, quamque Deo adjuvante prosequendam intendimus, Cleri nimis Romanorum, & omnium Almae Urbis Ecclesiastum, & pitorum, ac religiosorum locorum, vos potissimum ex Episcoporum ordine delegerimus, & Nobis in eo munere operarios, & adjutores assumptemus: Nos ut vestrum ea in re ministerium plus habeat auctoritatis, & firmitatis, ubioremque ad cultus divini propagationem, & animarum salutem, Deique gloriam pariat fructum, providere volentes.

Tubes obtemperari oramus mandatu, tanquam à Pape, urba vero oratione, et aliis factis.

§. 1. Vobis, & vestrum cuilibet in solidum circa visitationem ipsam, eaque durante mandata quæcumque, etiam vivæ vocis oraculo per vos & vobis accepta, illis ad quos ea res pertinet referendi, & ore tenus per Nos ordinata mandandi, quibus relatione, ac mandatis vestris, & cuilibet vestrum de ordine nostro factis hujusmodi plenam & indubiam fidem ab omnibus adhuc, atque firmiter obtemperati, tanquam nostris Apostolicis mandatis volumus, & jubemus.

Et exequi ad quae mandata pro d. Visita. tamen preparatione, ita pro. progressu. executione.

§. 2. Mandata quoque, & præcepta quæcumque necessaria, & opportuna illis in rebus, que visitationis hujusmodi præparationem, statum, progressum, & executionem concernunt, decernendi, faciendo, eaque exequi jubendi.

§. 3. Per quæcumque tam Ecclesiasticas, seculares, & cujusvis Ordinis regulares, necnon etiam laicas prof. vestrum, & negotiis ad visitationem hujusmodi pertinentibus, ad vos vocandi, & personaliter coram vobis citandi, opportunisque juris & facti remedii compellendi.

§. 4. Similes item personas quæcumque, & tanquam principales, & tanquam testes, seu tanquam principales quoad se, & tanquam testes quoad alios examinandi, & ut veritati testimoniū perhibent admonendi, & etiam cognendi, iuramenti eis deferendi, & ab eis exigendi, & recipiendi ad factorum Canonum præscriptum, ac recusantes per censuras Ecclesiasticas, aliasque penas, etiam corporales vobis benevolias compescendi.

§. 5. Memorialia etiam vobis inscripta & directa, atque instrunctiones, relationes, delationes, querelas etiam secretas contra quæcumque personas accipiendi, & Nobis referendi, seu alias, prout rerum & personarum qualitas requireret, iuxta ordinaciones nostras, & ex auctoritate vobis tradita provидendi.

§. 6. Congregationes aliquarum personarum, que vobis in consilium super præmissis adhibenda videbuntur faciendo, & illas easdem personas auctoritate nostra vobis faciendo, & cum eis de negotiis visitationis hujusmodi tractandi, consultandi, & deliberandi.

§. 7. Commissarium sive fiscalem visitationis unum, sive plures eligendo, & deputando, electum, sive electos cœstandi arbitrio vestro, toties quoties vobis videbitur removeni, & alium, seu alios in locum cœstati, & amotu subrogari.

§. 8. Quotiescumque vobis etiam videbitur, & etiam seorsum à vobis & iteratis vicibus quarumvis d. Urbis, seu extra illam, intra tamen illius districtum consistentiū Patriarchalium, Collegiarum, Parochialium, seu aliarū Ecclesiastum, etiam cujusvis, etiam S.R.E. Card. ratione tituli, aut denominationis, seu Cardinalatus, aut alias quomodolibet, vel ex quavis causa subjectarum, seu cujusvis Capellæ, vel Oratori, necnon monasteriorum, tam viorum, quam mulierum, prioratum, domorum, & locorum seculiarum, seu cujuslibet Ordinis, etiam mendicantium, Congregationis, militiz, aut instituti regularium, aut hospitalium, etiam exemptorum, Nobisque & Apostolicæ Sedis ordinis.

Rerum, que Nobis cordi sunt, & quibus universæ, exordium, quam ineditam, Reformationis pars non ultima continetur

ventuum, Universitatum, Collegiorum, Confraternitatum, Archicofraternitatum, etiam laicorum, nullo alio speciali nostro expectato ordine vel mandato, aut etiam requireto consentiu vel licentia, illa & quilibet illorū visitandi, ac in illorum statum, formam, regulas, instituta, regimen, statuta, consuetudines, vitamque, ritus, mores, doctrinam, & idoneitatem singulatum personarum, conjunctim vel divisim, & tam in capite, quam in membris, necnon circa divinum cultum, religiosam functionem, Ecclesiastici decorum, fructum, & introitum dispositionem, regularem religiosorum tam virorum, quam mulierum observatiā, aliaque omnia & singula ad actum hujusmodi visitationis quomodocumque spectantia diligenter inquiredi, ad hunc effectum quæcumque illorū archivia, bibliothecas, librorum quæcumque in illis continentur documenta & instrumenta authentica, scripturas, libros rationum dati & accepti, computa & ratiocinia perlustrandi, præsentim vero sacras Reliquias, & quibus ipse sacrae Reliquiae, necnon Sanctum Eucharistia sacramentū, & res ad alia Ecclesiastica Sacraenta pertinentes continentur, sacra vasa, thecas, tabernacula, necnon indumenta, ornamenta, & instrumenta, utensilia, & supellea. Ecclesiasticam, & pretiosam diligenter inspiciendi, & ad predicta exhibenda quæcumque personas cogendi, compellendi, ac in præmissis omnibus, & singulis quæcumque correctione, emendatione, reformatione indigere cognoveritis, corrugandi, emendandi, reformandi, processusque necessarios desuper faciendi, & Nobis referendi, seu juxta ordinaciones nostras in his opportunitate providendi, mandata, decreta, statuta, & ordinaciones executioni demandandi, & custodiri, & observari præcipiēdi, deinde omnia alia, & singula, que hujusmodi visitationis negotiū, ulteriore progressum, executionem, & ea facta, & facienda, mandata, dicta, statuta, & ordinaciones concernunt, & conceruent, seu ad ea quomodolibet spectant, & spectabunt, faciendi, gerendi, exequendi, mandandi, & ordinandi.

§. 9. Contradicte que, & vobis in præmissis inobedientes, & rebelles, etiæ auxilium, consilium, vel favorem publice vel occulē, directe vel indirecte quomodolibet præstantes, per suspensōnis, ac etiam privationis beneficiorum, & officiorum Ecclesiasticorum, ac censuras, & penas Ecclesiasticas, & temporales, etiam mancipiationis carceri, aliaque opportuna juris, & facti renēdia, appellatione postponita compescendi, auxiliūque brevi singularis, si opus fuerit, invocandi, plenam, libertam, amplam, & universam tribuimus potestatem.

§. 10. Mandantes prioptera omnibus, & singulis ad quos spectat, & spectabit, quacumque dignitate, auctoritate, potestate, & præeminentia fulgent, us, ut vobis, & cilibet vestrum in præmissis omnibus, & singulis promptè parant, & obediant, alioquin sententias, seu penas, quas rite tuleritis, seu statueritis in rebelles, ratas habebimus, & faciemus auctore Domino, usque ad satisfactiōnem condignam inviolabiliter observari.

§. 11. Non obstatibus constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, atque Ecclesiasticorum, Monasteriorum, Hofstallit. pitalium, Ordinum, Congregationum, militiarum, Confraternitatum, & aliorum pitorum locorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, privilegiis quoque, indultis, exemptionibus, & literis Apostolicis illis, & cuivis illorum, ac superioribus & personis eorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, quibuscumque sint concepta verborum formis, & tenoribus, quos præsentibus pro expressis haberi volumus, specialiter, & expressè, ac latissimè ad effectum presentiē derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dat. P. An. 1.
die 30. Martii 1624. Pont. nostri anno 1. die 30. Martii 1624.

Sequitur deputat. Secretaris predicta Visitationis.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edit. An. 9
Venerabili Fratru Oleario Caballacen. Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Rerum, que Nobis cordi sunt, & quibus universæ, exordium, quam ineditam, Reformationis pars non ultima continetur

URBANUS OCTAVUS.

43

continetur eorum fidis, & diligentibus viris libenter
committimus.

§. 1. De tua itaque singulari, & Nobis jampridem per-
specie fide, & diligentia plurimam in Domino confiden-
tias. Visitationis nostra Apostolice, quam in omnibus Al-
mae Urbis, ejusque districtus Ecclesiis, monasteriis, locis-
que sacris, & piis, scolaribus, & regularibus, universo que
Clero, Populo, Archiepiscopo Theatino, necnon Raphae-
li, Zacynthien. Octavio Caballuc. Ludovico olim Adrieni.
Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracensi Epis-
copis una tecum commisimus & demandavimus.

§. 2. Te & Secretarium duximus diligendum, prout
etiam per praesentes manus hujusmodi cum omnibus, &
singulis facultatibus, & auctoritatibus, prærogativis, pri-
vilegiis, & iuribus qua tale officium obtinent, & exer-
centi quomodolibet competere possunt, & debent, Motu
proprio tibi committimus, & demandamus, tèque etiam
Secretarium Visitationis prædictæ creamus, constituimus
& deputamus.

§. 3. Dantes tibi plenam, & liberam facultatem ejusdem
Visitationis decreta, statuta, ordinationes, mandata, præ-
cepta, inhibitiones, informationes, relationes, ordinem, &
seriem ordinandi, describendi, & in libellos, seu com-
mentarios, sive etiam in publica, & authentica documen-
ta, & instrumenta redigendi, ceteraque omnia, & quæ
cumque ad idem munus spectantia gerendi, & exercendi,
etiam si notam & expressionem requirent magis specia-
lem, & sub generali commissione hujusmodi non veni-
rent.

§. 4. Nos enim volumus iis, quæ à te de rebus in visita-
tionib. s. u. n. d. & scriptura tua manu, ac sigillo munitis plenam, atque
indubitatem fidem nunc, & perpetui futuri temporis
bus, tam in iudicio quam extra illud omnini haberi, ne-
quæ ad id probationis alterius adminiculum requiri.
in iudicio, quam extra.

§. 5. Tu igitur in delato tibi munere ita gere, ut fidem
& diligentiam nunquam à te desiderare latenter.
Horatur us
tenet se gerat
in illo munere.
Dat. Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die
30. Martii 1624. Pont. nostri Anno 1.

Dat. P. An. 1.
die 30. Mart.

Subsequitur alia facultas avocandi ad se quascum-
que causas occasione d. Visitationis in aliis Tribu-
nibus, & coram aliis Iudicibus antea capitas,
vel instrutas, ac in statu, in quo tunc represen-
tur.

Edita An. D.
1624. V R B A N V S P A P A V I I I .
Venerab. Fratribus Ulpiano Archiepiscopo Theatin. necnon Ra-
phaeli Zacynthien. Octavio Caballuc. Ludovico olim
Adrien. Antonio Casertan. & Alexandro nuper Hieracen-
Episcopis. Ven. Fratres salutem, & Apostolicam benedictio-
nem.

Causa Litterarum
UT in prosequendo visitationis Ecclesiarum, & pio-
rum locorum hujus Almae Urbis munere, ad
quod vos nominatim ex Episcoporum ordine delegimus,
causa occurrente omni qui fieri potest celeritate, justi-
tia mediante terminentur, quantum cum Domino possu-
mus, providere volentes.

Facultas Vi-
sitationis avoca-
di ad se quas-
cumque cau-
sus occasione
d. visit. coram
quibusvis Iu-
dicib. penden-
tes, seu instru-
tas, in statu
in quo ve-
nirent, saque
manu regia,
& prout juris
suerit, termi-
nandi.

Necnon in Ec-
clesiæ, in qui-
bus Misericordiæ
overib. ad Al-

utilitatem, salutemque animarum eorum, qui legata pia re-
giam faciat
liquerunt, etiam per translationem partis Missarum hujus. Hoc una die
modi ad aliud altare, seu Altaria, etiam non privilegiata, non posse, da-
videnter, te tamen diligenter perspecta, statuere, hora facit
ad aliud, ut
etorum voluntati satisfiat, transferre, ceteraque omnia & alia Altaria
singula in præmissis, & circa ea necessaria, seu quomodo. Privilegia, & non præ-
libet opportuna, etiamsi talia sint, vel fuerint quæ magis transversa-
speciale, specificam, & expressam requirent mentio- & commun-
ne, facete, dicere, gerere, & exequi liberè, & licet possitis di. & alia
& valeatis, Apostolica auctoritate tenore præsentum ple- providenti.

nam, & ampliæ facultatem concedimus, & impartimur.
§. 3. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & or- Contrario-
dinationibus Apost. cæteris contrariis quibuscumque. derogata.

Dat. Romæ apud S. Mariam majorem, sub Annulo Dat. P. An. 1.

die 2. Iuli.

Confirmatio, & Approbatio Privilegiorum, In- XVI.
dultorum, Facultatum, Exemptionum, Immuni-
tatum, Libertatum, & aliarum gratiarum
omnium quomodolibet concessarum Hospi-
tali, & Religioni S. Joannis Hierosolymitani.

Alia de hac Militia habes sup. ad const. 1. Anast. III.
Christianæ, tom. 1. præter qua habes etiam const.
30. Pauli V. de promovendis ad magnam Crucem,
sup. tom. 3.

Novissime hic Sanctissimus Pontifex confirmavit Decre-
tum à Sacra Congregatione Cardd. Concilii Tridenti-
ni Interpretum, ad favorem hujus Militiæ emanatum
circa const. Gregorii XV. de Conservatoribus infirà in
const. 78. Exponi. Et etiam quamplura in electione Ma-
gni Magistri supradictæ Militiæ observanda fancivit
in const. 84. In specula. Hic infirà.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita An. D.
1624. Ad perpetuam rei memoriam.

Universalis Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ Proemium.
sapientiæ providentiam, meritis licet insufficientibus
præpositi, inter multiplices pastoralis officii curas illam
peculiaris sollicitudine libenter amplectimur, qua privi-
legiæ, gratiæ, & indulta Militiæ, & Hospitalibus quibusli-
ber ad maiorem Dei gloriam, siveque Ecclesiæ sanctæ ex-
altationem, illius vero hostium profligationem pè, pro-
vidéque instrutis, & Rom. Pont. prædecessoribus nostris
concessa, quo majoris validitatis munimine subsistant,
Apostolicæ confirmationis patrocinio muniuntur, prout
recum, temporisque qualitatibus debite pensatis, con-
spicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, alias fel. record. Leo X & ali
X. Clemens VIII. Paulus III. Pius IV. & Pius V. Romani
Pontifices prædecessores nostri inter alia privilegia, & servare H. sp.
indulta dilecti filii Magno Magistro, ac Conventu iati, & ius
Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani à Sede Apostolica p. s. s. i. a.
concessa, eundem & pro tempore existentem Magnum ter alia exc
Magistrum, Bajulivos, Castellanum Emposta, Prioris, lutione acc
Præceptores, Milites, familiares, alias personas Hol- marum, &
maritalis hujusmodi, necnon etiam subditos, vassallos, co- aliorum inc
lonos, servitores, & alios in eorum obsequiis, & dicti rum.
Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existen-
etiam presbyteros curam animarum exercentes, quandiu
illam exercent, & in illorum obsequiis forent, illorumque
animalia, prædia, domos, molendina, & bona quæcumque
qua obtinerent, ac in posterum obtinerent, & possiderent,
à solutione, & exactiōe decimatum, censum, jurium
etiam synodalium, & canonicarum portionum, seu cha-
ritativi subsidii, aut jucundi adventus, seu quartæ, aut
aliæ quomodolibet, aut aliorum quorumcumque onerum
sub certis modo, & forma exemerint, & liberaverint,
prout in diversis ipsorum prædecessorum desuper confe-
ctis literis plenius continetur.

§. 2. Et licet ipsi Milites, & aliae personæ prædictæ
non debuissent à quoquam contra dictorum privile-
giorum

*Notitiae Greg.
XIII. & ali
rum, & pri
uilegia ap
plicata, ac
potestatis
affirmata
probatur.*

glorum tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipso non modo eorum facultatibus, & for-
tum, verum etiam sanguini, & vita pro tutitione Fidei Catholicae non parcant; Nihilominus cum diversi locorum Ordinationis, ac parochialium Ecclesiarum Rectores, & multe Capitulares personae id libi omnino iuxta Sacri Concilii Trid. decreta licere afferentes, eisdem Magistrum, Bajulivos, Castellanum Emposte, Piores, Preceptores, Milites, & personas diversis oneribus contra eorum privilegia pregravarent, illosque ad decimas, census, subfidiis etiam charitativa, congrua portions, jucundum adventum, Pastor bonus, aut alias nuncupata onera, etiam iura synodalia cogere presumerent, in maximum ipsum Hospitalis detrimentum, & gravamen, fel- rec. Gregor. XIII. Sixt. V. Greg. XIV. similiter praedecessores nostri ex certa scientia, & Apothol. potestatis plenitudine omnia, & singula privilegia, indulta, faculta- tates, exemptiones, immunitates, libertates & alias gra- tias eisdem Magno Magistro, & Conventui quomodo- libet concessa confirmantes, approbantes, & innova- tes, eos super præmissis quomodolibet molestari, inquieta- ri, ac perturbari districilius prohibuerint.

*Pius IV. con
stitutio eidem
Conventui
animandi, &
dismembran-
di beneficia
facultatarum.*

*Quoniam Greg.
XIV. in cons.
5. sup. tom. 2.
fo. 128. recto.
dictas deca-
ravimus. Cle-
ment. VIII. Paul. V. Rom. Pout. similiter
Pavlus V. &
Greg. XV. ap-
probamus.*

§. 3. Et præterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. praedecessor noster eisdem Magno Magistro, & Conventui inter cetera privilegia, Prioratus, Bajulivatus, Castellanum Emposte, Commendas, & alia ejusdem Hospitalis beneficia liberè uniendi, & dismembrandi fa- cultatem concessisset.

*Natura Pout.
privilegia, gra-
tias, carna-
piones &
immunitates
per alias Pan-
Magno Ma-
gistro & Cle-
mentem conser-
vare approba-
& confirmare.*

§. 4. Et nihilominus à quibusdam quandoque dubita-
re, ut ante, vel post mortem possessorum unio, seu
dismembratio ipsa fieri posset, ac deberet, idem Grego-
tius praedecessor ad tollendum omne dubium, & ambi-
guitatem, que in præmissis in futurum oriri poterant,
monstravit. Quod quandcumque eis videretur, sive ante, sive post mor-
tem possessorum, Prioratus, Bajulivatus, Castellanum
Emposte, & alia ejusdem Ordinis beneficia unire, & di-
membrare liberè, & licet possent, & valerent: Necnon
omnia, & singula privilegia, & exemptiones prædictas,
etiam ad Confratres, & Donatos ejusdem Hospitalis ex-
tendi deberent, decrevit, & declaravit, ac decretum, &
declarationem hujusmodi, aliaque præmissa fel. record.
Clem. VIII. Paul. V. Greg. XV. Rom. Pout. similiter
praedec. nostri approbarunt & confirmarunt, prout in
corundem praedecessorum literis plenius continetur.

*Clementes
declarantes
et approba-
tes.*

Natura Pout.
privilegia, gra-
tias, carna-
piones &
immunitates
per alias Pan-
Magno Ma-
gistro & Cle-
mentem conser-
vare approba-
& confirmare.

Clementes
declarantes
et approba-
tes.

§. 5. Nos itaque attentes præclara ejusdem Hospi-
talium erga fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam pro-
merita, ac cupientes ut privilegia, exemptiones, & gratia-
eo firmius subsistant, quo sapientis ab eadem Sede confir-
mata extiterint, Magnum Magistrum, Priorem, Bajulivos, &
Castellanum Emposte, Preceptores, Milites, & Fratres, &
eorum singulos, singulareisque dñe Hospitalis personas à
quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus
quomodolibet innovadit existant, ad effectum præsentium
dumtaxat consequendū, harū serie absolventes, & absolu-
tos fore censem, necnon omniū, & singulorum privile-
giorum, indultorum, facultatum, exemptionum, immuni-
tatum, libertatum, & gratiarum per prædictos, & alios
quovis Romano Pontifices praedecessores nostros,
ac Sedem Apostolicam Hospitali prædicto, illiusque Ma-
gno Magistro, Conventui, & Fratribus, Militibus, aliquique
personis prædictis concessorum, ac literarum desuper cō-
fectorum tenores presentibus pro expressis habentes, Mo-
tu proprio, non ad Magni Magistri, & Conventus Hospitalis
hujusmodi, aut aliquo alterius super hoc eis Nobis
oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de
mera nostra liberalitate, ac Apostolica potestate plenitu-
dine, omnia, & singula privilegia, facultates, exemptiones,
immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno
Magistro, & Conventui quomodolibet concessa, Apol-
lutorum, & prædictis confirmamus, & appro-
bamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur
adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti de-
fectus, si qui forsan intervenierint in eisdem, supplemus.

§. 6. Decernentes presentes literas nullo unquam tem-
po de subceptionis, vel obceptionis vitio, aut intentio-

nis nostræ, vel quopiam alio defectu, etiam ex eo, quod
locorum Ordinarii vocati non fuerint, notari, impugnari,
vel invalidi minime posse, minusque sub quibuscumque
simili, vel dissimili gratiarum revocationibus, com-
prehendi posse, sed semper ab illis excepta, & quoties illæ
emanabut, toties in pristinum statum restitutas, repositas,
& plenari reintegratas esse, sicut ab omnibus conferri.

§. 7. Et ita per quoscumque *Judices*, & *Commissarios* *in judicari*
quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palati *ficiuntur*.
Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, sublata eis, &
corum cuiilibet quavis alteris judicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irri-
tum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate
scienter, vel ignoranter contigerit attinetari.

§. 8. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hispaniarum, & *Exequitur*
Neapolitanis, nostris, & Sedi Apostolica pro tempore *deponit.*

existentibus Nunciis, ac Curia causarum Cameræ Apost. generali Auditori per præsentes motu simili mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unius coram, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte co-
rundem Magni Magistri, & Conventus requirunt requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis de-
fensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra
eisdem Magnum Magistrum, & Conventum confirmatione, approbatione, decreto, & alii præmissis uti, frui,
& gaudere, non permittentes eos per Ordinarios prædi-
cato, aut quoscumque alios contra præsentium tenorem
quomodolibet molestari, aut inquietari, contradictores
quilibet, & rebelles, per sententias, censuras & poenas
Ecclesiasticas, appellatione postposita compescendo, ac
legitimis super his habendis servatis processibus, sen-
tentias, censuras, & poenas hujusmodi incurrisse decla-
rando, illasque etiam iteratis vicibus aggravando, inter-
dictumque Ecclesiasticum apponendo, invocato etiam
ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 9. Non obstantibus p[ro]p[ter]e mem. Bonifacii Papæ Octavi *Contraria*
etiam prædecessoris nostri de una, & Concilii generalis *prohibet.*

de duabus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis au-
toritate præsentum ad judicium non trahatur, ac aliis
quiibusvis Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Sy-
nodalibus Concilii editis specialibus, vel generalibus
constitutionibus, ordinationibus, necnon juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, confutudinibus, privilegiis quoque, indultis, &
literis Apostolicis quiibusvis personis, etiam prædictis
locorum Ordinariis, sub quibuscumque tenoribus, &
formis, ac cum quiibusvis etiam derogatoriarum deroga-
toriis, illisque effacitoribus, & insolitis clausulis, irri-
tantibusque & aliis decretis, etiam consistorialiter, & de
Fratrum nostrorum consilio, in contrarium quomodolibet
bet conceffis, confitnatis & innovatis. Quibus omnibus,
etiam si illis, et rorique totis tenoribus specifica, ex-
pressa, & individua mentio, seu quavis alia expressio ha-
benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda
fore, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum inserti
forent, præsentibus pro sufficiens expressis, & insertis
habentes, illis alias in suo labore permanuris, hac vice
dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, contrariis
quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divi-
sim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti,
suspensi, vel excommunicati non possint per literas Apo-
stolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo
ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

§. 10. Eorundem autem Prædecessorum vestigiis inhæ-
rentes, volumus quod fel. rec. Pii V. 22. Sept. anno 6. ac *Conf. 136.*
Gregor. XIII. prædecessorum nostrorum literis sub an-
nulo Pisc. 15. Novemb. anno 9. Pont. suorum expeditis, in *Pii V. sup.*
suo labore, & efficacia permanentibus, præsentes literis *tom. 2. &*
Ecclesiæ, & personas in his, que ad curam animatum *Gregor. XIII.*
pertinent, in quibus de cœpta Conc. Trid. hujusmodi omni- *conf. 50. &*
nd servari debete intendimus, minime comprehendant. *circum anima-*
ram curam
Council. Trid.
forvari pubet.

§. 11. Ac quod præsentium literarum transumptis, manu *Exemplis bu-*
alicuius Notarii publici subscripsit, & sigillo persone in *ja bolla cre-*
dignitate Ecclesiastica constitute munitis in judicio & *di mandat.*

extra illud ubique locorum plena & indubitate, eademque *protinus*

URBANUS OCTAVUS.

49

proflus fides adhibeatur, que ipsi presentibus adhibe-
reus, & forent exhibitis, vel ostensae.

Dat. Roma apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 29. Martii 1624. Pont. Nostri Anno 1.

XVII. Indictio Jubilai universalis pro Anno 1625, quo plenaria peccatorum venia indulgetur iis, qui Basilicas SS. Petri, & Pauli Apostolorum, & S. Joannis Lateranen. ac S. Mariae Majoris de Urbe visitaverint, & ibi pro totius populi Christiani salute pias ad Dcūm preces effuderint. Ac suspensio quarumcumque aliarum Indulgentiarum dicto Anno durante. Necnon ejusdem Jubilai concessio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, aliisque Christi fidelibus carceratis, & infirmis Romanam venire impeditis.

De hac materia vide supra in secunda rubr. conf. § 8.
Clem. VIII. tom. 3. Scias autem quod post hujus Jubilai inductionem multa Oppida, Civitates, & Terra Regni Siciliae pestilentia morbo graviter afflicti ceperunt, iste verò Summus Pontifex ad Vrbem Romanam, totamque Ecclesia ditionem conservandam ab hujusmodi periculo, & ad removenda impedimenta, quibus retardari possent Christi fideles à visitatione quatuor Ecclesiastarum Urbis, deputavit Ecclesiam S. Marie Transyberim loco Ecclesie S. Pauli extra mānia existentis, unius ex prædictis quatuor, eidemque concessit (cumulative tamen) omnes Indulgentias Ecclesia antedicta S. Pauli, ut hic infra conf. 34. Paterna. Aliam quoque deputationem trium Ecclesiastarum in Urbe, loco aliarum trium ex septem extra Vrbem positarum, eadem ex causa fiduciam habes in ejus conf. 35. Paterna. Et paulo deinde bellorum turbine, & sanguinis effusione vexata est tota ferè Europa. Ideo hic Pontifex ad Patrem misericordiarum recurrens, aliam plenariam peccatorum Indulgentiam promulgavit, ut infra conf. 39. Divinæ.

Edu. An.D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
1624.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis saluem, & Apostolicam benedictionem.

Evangelizat appropinquatum Annum ad Jubilai celebrationem.
Omnes Gentes plaudite manibus, jubilate Deo in voce exultationis, non enim ut in veteri lege, sacerdotalis buccina clāgorē, sed Apostolica vocis oraculo sacrosanctum Jubilai Annum jam Regis sæculorum beneficio approquinquātem, vobis evangelizamus. Annum divino cultui dicatum, ac ferventioribus Christianæ pietatis studiis destinatum. Annum remissionis, ac veniae, tempus acceptabile, dies salutis. Licit enim nulla excurrant tēpora, quæ Divine largitatis muneribus secunda, spiritualibus nos non cumulenti bonis, ac nunquam ad ineffabilem Dei misericordiam, ejus aspirante gratia, nobis aditus præcludatur; nihilominus tot, tantaque eo Anno ad hominum sanctificationem beneficia cœlitus promanant, ut penè omnes sacros thesauros divina munificentia in Christi fideles diffundere videatur. Quapropter si quinquefimus Annus, quem Deus Moysen sanctificare jussit, incredibili Hebreorum plausu, atque insestimabili gaudio extipiebatur, quanto magis decet Christianum orbem sacro Jubilei anno recurrente, letari? Laboriosa eo tempore agricultura opera intermittebantur: nunc propriis quisque parcens labori, fructus quos Christi Domini, Deiparæ Virginis, ac Sanctorum merita protulerunt, uberrimos percipit. Distraeta tunc prædia, alienque juris effecta recuperantur, nunc virtutes, dona, & merita, quibus peccando meritò eximuntur, liberali Dei misericordia recipimus. Exu-

Bullar. Mag. Tom. IV.

les tunc patriam repetebant: nunc ad cælum, unde exulanties in hac lacrymarum valle miserè peterramus. Et nobis premonstratur, & aperitur.

5.1. Vos igitur Catholicæ Principes, qui tot decorū prerogativis insigniti, ad Christianæ pietatem promovendam arctioribus, quā ceteri obligationis nexibus obstricti estis: Vos omnes Christi fideles, quos Romana Ecclesia materno gremio complectitur, ad jucundissimā sacrosancti hujs Jubilæi celebrationem, paterna qua urget Nos, charitate vocamus, & invitamus, ac quasi cubam exaltantes

vocē nostram, propheta in vos oracula convertimus, & clamamus. Audite hæc omnes Gētes, auribus percipite quæ habitatis Orbē. Aveniūt dies penitentiae ad redimenda peccata, ad salvandas animas: appropinquat tempus, quo Dei misericordia eos tandem convertat, quos sc̄i ejus ulisciendi voluntas diu toleravit. Humane vita brevitatem vobis ipsi ob oculos proponite, cogitate nos instar aquæ dilabi, ac vitâ nostrâ velut à texente præcidi. Et quamvis nonnulli ex Rom. Pont. prædecessoribus nostris eidem Jubilæi Anno concelebrando præscriptum olim tēporis patrum prvidè arctantes, tam solemnum culpatum remissionem, divineque Justitiae debitarum penitentiarum relationem intra angustiores annorū limites contraxerint, nihilominus ob paucitatem dierum nostrorum pauci illam reddituram putantes, queramus Dominum dum inventi potest, invocemus eum dum propè est. Venite ergo ad locum, quem elegit Dominus, ascendite ad mysticam hanc Hierusalem, tot, tantisque à Deo beneficiis aucta, tot numeribus cumulata, ut verè de ea dicatur, Fluminis imperium laetificare Civitatē Domini, cœlestium nempe fluminis gratiarum, cuius opportuna irrigatione fidelium Animæ fecundantur. Venite, & afferite Domino gloriæ nomini ejus, adorate Dominum in Atrio sancto ejus. Hic, filii dilectissimi, verè confitebimini Deo in Ecclesia magna, in populo gravi laudabitis eum, quandoquidem hæc est cœterarum Ecclesiastarum Magistra, prima Catholicæ religionis Sedes, Mater credentium, Orbis Caput, Verter retum, quapropter & cœlestes benedictiones, quas lititis, hic non ex rivulis petetis, sed haurietis aquas in gaudio de fôribus Salvatoris, aquas videlicet saluberrimas, quibus haustis, efficietur in vobis fons aquæ salientis in vitam æternam.

5.2. Hæc igitur Nos præ oculis, atque in votis habentes, Romanorumque Pont. prædecessorum nostrorum vestigiis inhærentes, & eorum pium ac saluberrimum institutum retinentes, de Ven. fratrū nostrorum S.R.E. Card. affensi, Jubilæi celebrationem in Annum proximum 1625, à primis Vesperis Vigilie Nativitatis D. N. Iesu CHRISTI proximè futuræ inchoandom, & per totum Annū ipsum finiendum, autoritas Dei Omnipotentis, & BB. Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, quanto maxime possumus animi nostri gaudio, ad ipsius Dei gloriam, & Catholicæ Ecclesiæ exaltationē indicimus, & promulgamus. Quo ipso Jubilæi Anno durante, omnibus utriusque sexus Christi fidelibus verè penitentibus, & confessis, qui Ecclesiam Lateranen. BB. Petri, & Pauli Apost. necnon S. Mariæ Majoris de Urbe Basilicas semel saltant in die per tritigata continuos, aut interpolatos dies, si Romanī, vel Incolæ Urbis, si verò Peregrini, aut alijs externi fuerint, per quindecim saltem dies devotè visitaverint, & pro iporum fidelium, ac totius Christiani populi salute pias ad Deum preces effuderint, plenissimā omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, ac veniam misericorditer in Domino concedimus, & impartimur.

5.3. Et quoniam evenire potest, ut ex iis, qui hat de causa iter aggressi fuerint, vel ad Urbem se conulerint, aliqui in via, aut etiam in ipsa Urbe morbo, vel alia legitima causa impediti, aut morte preventi, præfinito dierum numero non completo, ac ne quidem fortasse inchoato, præmissa exequi, ac Ecclesiam, & Basilicas hujusmodi obire nequant: Nos præ, prompteque illorum voluntati, quantum in Domino possumus, benignè favere cupentes, eosdem verè penitentes & confessos, prædictæ Indulgentiæ, & remissionis participes perinde fieri volunt, ac si Ecclesiam, & Basilicas prædictas diebus à Nobis præscriptis te ipsa visitassent.

5.4. Vos autem Venerabiles Fratres nostri Patriarchæ, Prælates, Pro- cedite ut omnes dei metropoliti, tudinis

URBANUS OCTAVUS.

51

*Constitutio
dangere.* §. 3. Non obstantibus premillis, ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, necnon Ecclesiasticis, monachorum, conventuum, ordinum, Congregationum, hospitalium, Confraternitatum, Universitatum, Collegiorum & locorum, aliorumque praedictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel gravis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, exemptionibus, & indulxit Apostolis, & ceteris Superioribus, & personis, ac aliis quibuscumque per eosdem Rom. Pont. praedecessores nostros, ac Nos, &c. Sedem, eisque Legatos, sub quibuscumque tenet, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, & ex quibusvis causis concessis, confirmatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam in illis queatur expresse, quod sub similibus, vel dissimilibus suspicitionibus, nequaquam comprehendantur, nisi de illis specialis, & individua metio sit, illis alius in suo labore permanens, ad effectu premissum hac vice dumtaxat specialiter, & expellet derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Exemplorum
fact.* §. 4. Et quia difficile nimis est, presentes quocumque, ubi illis opus fuerit, perferti, volumus carum exemplis etiam impressis, Notarii publici manu, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta obligatis, eandem proflus fidem in iudicio & extra ubiqui locorum adhiberi, quae adhiberetur presentibus, si essent exhibitis, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostrae suspensionis, declarationis, decretri, praecetti, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie, si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1624. sexto Non. Maii, Pont. nostri anno 1.

*Publ. actio
die 17. Maii.* Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1624. Indict. 7. die 17. Maii. verò 17. mensis Maii, Pont. Sanctissim Christo Patris, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. Pont. sui anno 1. supradicta litera Apostol publicata, & affixa fuerunt ad valvas Basilicarum S. Io Lateran. Principis Apost. de Viba, ac Cancell. Apost. & in acie Campi Flora, dimisssis ibidem earundem literarum originalibus appensis per aliquod tempus spatiuum, & exinde annos, deinde dimisssis earundem literarum copias affixis, ut moris est, per nos Camillum Fundatum de Cesis, & Brandimartem Latinum S. D. N. Papa præbabit Curs.

Olivavini Spada Mag. Curs.

Sequitur ejusdem Iubilai concessio pro Sanctimonialibus, Anachoretis, Eremitis, aliique Christi fidelibus carceratis, & infirmis hoc anno 1625. Romam venire impeditis.

Edita An.D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1624. Ad perpetuam rei memoriam.

*Santimonial
clausura vi-
vunt.* Pontificia sollicitudo, quamvis omnium Christi fidelium saluti prospiciat, præcipue tamen spiritualibus Sanctimonialibus profectibus paternæ charitatis affectu studet providere, ipsa enim sunt filii, quæ oblitæ populum suum, & dominum patris sui, animi splendore cælesti Regem oblectant, ipsæ sunt prudentes virgines, quæ lampades suas charitatis flamma successus provide aptantes meliorem partem elegerunt, & dum vitam cælitus petitant, ducent, non modò sibi ipsi ad cælum viam sternunt, sed jejuniis, vigiliis, & orationibus cæteris quoque Christi fidelibus eam aperire student. Quare summa opere optandum est, ut vita ratione, quæ eas Angelis quodammodo æquat, constantissime retineant, ac dent operam, ut sicuti praecatores hic agunt de carne in carne triumphos, ita post hujus vita certamina in cælesti patria feliciter coronentur.

*Anachoreta,
Eremita
simile vita
genus ducunt:
ideoque ipsi
Romæ veni-
unt uolent.* §. 2. Quoniam autem conspicile vita genus quamplurimi Anachoretæ, atque Eremitæ, ut supernaram rerum contemplationi securius vident, laudabiliter elegerunt, spiritualibus quoque ipsorum incrementis, paternis visceribus maximè ducimus consulendum. Cum igitur tam ipsi, quam prædictæ Sanctimoniales perpetua vivant clausuratae.

*Necque car-
cerati & infir-
mi.* §. 3. Necnon multi, ut acceperimus, utriusque sexus Christi fideles, partim carceribus detenti, partim verd diurna infirmitate prepediti, non solum in Alma Urbe nostra, & Italia, sed in aliis etiam regionibus, provinciis, & locis re-

periantur, qui ex quo respectuè impedimentis hujusmodi remotis, pro percipiendis presentis anni Jubilei fratribus, ad Almam Urbem nostram omnino venirent, & Basiliæ, Ecclesiæque ad id deputatas, benedicente Domino, indubitanter visitarent, ob predicta impedimenta, ad Urbem hujusmodi minime venire, nequo respectuè Basilicas, & Ecclesiæ ipsas visitare valeant.

§. 4. Nos pro pastoralis officii nostri debito, paternaque charitate, illorum omnium animalium salutis, quantum cum Domino possumus, prospicere volentes, omnibus, & singulis Sanctimonialibus, necnon Anachoretis, atque Eremitis hujusmodi, necnon utriusque sexus Christi fidelibus, tam carceratis, quam infirmis predictis tantum, & qui alias impedimenti longæ carcerationis, ac diurnæ infirmitatis cessantibus, ad hanc Almam Urbem, pro thesauris spiritualibus hujusmodi consequendis, venturi suis, verè penitentibus, & confessis, quod in locis ubi eos esse contigerit, pia Christianæ pietatis, & charitatis opera, iuxta formam ab Ordinariis locorum, seu Sanctimonialium, & Anachoretarum, Eremitarumque hujusmodi Superioribus, vel de eorum mandato, à prudente Confessario, in Alma verò Urbe à dilecto filio nostro Vicario, seu ejus Vicegerent, tantum prescribenda, pro cuiuslibet statu & conditione, & loci, & temporis ratione habita, exercendo, & alla nostris in literis indictionis Anni Jubilei contenta adimplendo, omnes & singulas Indulgencias, & peccatorum remissiones, etiam plenissimam consequantur & eorum quilibet consequatur, quas consequentur, & consequi possent, si in hoc presenti anno Jubilei, diebus ad id statutis, quatuor ad id deputatas Basilicas, & Ecclesiæ Almae Urbis, & extra illius muros, pro quibus visitandis Jubileum, & Indulgenciae prædictæ concessæ sunt, personaliter visitarent, & eorum quilibet visitaret.

§. 5. Eisdemque Sanctimonialibus, & Christi fidelibus impeditis hujusmodi, ut ad effectum presentium Confessorios presbyteros secularis, vel cuiusvis Ordinis regulares, ab eisdem Ordinariis locorum ad id probatos, qui confessionibus eorum diligenter auditis, eos, & eorum quemlibet à quibusvis peccatis, criminibus, & delictis, quantumcumque gravibus, & enormibus, etiam Apostolicæ Sedi reservatis, etiam in Bulla Coenæ Domini contentis, injuncta eis penitentia salutari, absolvere possint, eligere valeant, auctoritate Apostolica, tenore presentium concedimus, & indulgemus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Voluntus autem, quod presentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem proflus fides adhibeat, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibita vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dat. P. An. A. die 28. Januarii 1625. Pont. Nostri Anno 2.

Approbatio quorundam Statutorum in Capitulo XVIII. generali Fratrum Minimorum S. Francisci de Paula editorum, circa ea qua agenda sunt in casu mortis Patris Generalis totius Ordinis.

Ultra ea, que habes ad conf. 5. Sixti IV. Sedes, sup. tom. 1. scis istis Fratribus ambitum prohibuisse Paul. V. in conf. 117. Admonemur, sup. & paulo post à quodam Iohanne Pizzullo in Urbe institutum fuisse Collegium pro Fratribus Studentibus hujus Ordinis Nationis Calabren. prout videre est in conf. 5. Ex injuncto, hujus Santissimi Pont. hic sup. cum alia conf. Incipien. Inter cætera, prædictam subseq. qua prohibetur administratio tam dicti Collegii, quam ejus bonorum aliis Fratribus, quam dicti Ordinis, ac Provincia Calabria. Confirmationem demum omnium Privilegiorum ipsius Ordinis ab ipso S. D. N. factam, lege in conf. 19. Injuncti.

E 2 Hec

Hec Statuta quia infra posui pro indigentibus
commoditate.

*Sedis ad D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1614.*

Ad festum regi memoriam.

Promulg.

UTea, que pro personarum quarumlibet, praesertim Regi seculorum obsequiis sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium prospero, felicique regime ha-
ca fuisse dicuntur, ut firma perpetua, & illibata per-
stans, libenter, cum à Nobis petitur, Apostolicæ confi-
mationis patrocinio communimus, prout conspicimus in
Dominus sublustris expedire.

*Expositio
fuit P. mand.
in alio Sta-
tute frustis &
Cap. gen. iii.
ca eleccione
Vicarii in ca-
sa mortis P.
Generalis
gen. Apofol.
audier. pars
confirmata.*

§. 1. Sanè nomine dicitur filii Egidi Camart Corre-
ctoris Generalis Ordinis Fratrum Minororum S. Franci-
isci de Paula Nobis nuper expositum fuit, quod alias pto
felici quidem Ordinis directione, & praesertim illius Vi-
carii generalis electione, nonnulla Statuta condita fue-
runt, tanoris subsequentis, videlicet.

Primo, statutum fuit in Capitulo generali ejusdem
Ordinis habito Pauli anno 1535, auctoritate Apostoli-
ca confirmato, quod si contingeret (quod Deus avertat)
Reverend. Patrem Generalem diem claudere extremum,
sit de Vicario generali electio per ejusdem Generalis so-
cios cum Reverend. Patre Provinciali illius Provincie,
in qua morietur, vel ei proximioris, si extra Provinciam
quandam morietur, ac locis illius, & Correctore locali
ubi morietur, vel proximioris Conventus. Qui omnes
simul predicti electores de toto gremio religionis unum
in Vicegeneralem usque ad proximum Capitulum gene-
rale celebrandum eligant, ita tamen quod nullus predi-
ctorum eligendum ad predictum officium assumi valeat:
hic autem in predictum Vicarium, etiam pro quocumque
tempore assignatus in Generalem immediatè, & postmo-
dum coeligi, & deputari valebit.

§. 2. Deinde in ultimo generali Capitulo ejusdem Or-
dinis habitu Romæ in Conventu Sanctissime Trinitatis
anno 1613, sessione decima, que fuit, an in casu mor-
tis Reverendissimi Patris Generalis (quod absit) standum
esse in numero electorum jam ab aliis Capitulis deputa-
torum, an potius idem numerus esset augendus, & variis
hinc inde disculis rationibus, tandem negotium remise-
runt Patri Generali, qui unà cum suis Collegis, consulto
etiam Illustrissimo Profectore, determinaret quid esset
agendum: Quapropter facta circa hoc matura considera-
tione, prout infra statuendam consentaneum duximus.

*D*ispositio circa electionem Vicarii Generalis. Primo de morte
Generalis, & quis erit eius Vicarius usque ad
electionem.

Patre Generali claudente diem extremum, continuo
anteriori ex Collegis, qui tunc presentes aderunt, acci-
piat utrumque sigillum Ordinis. Vicegeneralis funga-
tur officio tantisper, donec cum Patribus electoribus ad
electionem Vicarii generalis procedatur.

Secundò, do momentis Superioribus Ordinis circa mortem
Generalis.

Prefatus Pater Collega in Vicarium institutus, ut pri-
mùm mors Patri Generalis accidente, notam illam faciat
omnibus Provincialibus Ordinis, tunc ut debite oratio-
nes, & sacrificia pro anima defunctorum offerantur, tum ut
electores futuri Vicarii generalis præparent se ad ele-
ctionem faciendo.

Tertiò, de perficte Collegiarum Sede Generalis vacante.
Quandiu Sedes Generalis vacabit, non poterunt Col-
legiæ ullam visitationem facere, neque instituire ullos
Provinciales, aut alios Superiores, neque illos deponere.
Non poterunt etiam olla Statuta condere, vel aliquem
Fratrem privare, aut rehabilitare, neque ullam rem magi-
momenti expedire, sed omnia reservabuntur Vicario ge-
nerali futuro. Poterunt autem urgentia negotia, & que-
celerent resolutionem requirunt, expedire, fratresque
scandalosos punire.

Quartiò, de electoribus Generalis.
Ex qualibet natione Italie, Gallie, & Hispanie qua-
tor Patres convenient ad locum destinatum cum tribus
Patribus Collegis Generalis prædefuncti, ut elegant fi-
mūl Vicarium generalem, nempe duo Provinciales, &
duo Commissari ex qualibet natione.

Quarto, de Provincialibus, & quoniam astant
debent.

Porro Provinciales sufficiunt secundum ordinem an-
tiquitatem Provinciarum, mutando de sexennio ad sexen-
nium iusta seriem dictorum Provincialium, exempli gra-
tia in hoc sexennio habebunt jus electionis pro Italia Pa-
tres Provinciales S. Franziski, & Mellana, pro Gallia Tu-
renensis, & Francia, pro Hispania Granatensis, & Castel-
la: in futuro autem sexennio duo alii Provinciales Pro-
vincialium proxime succendentium in qualibet natione se-
cundum antiquitatem, & ita deinceps de sexennio in se-
xennium, donec impletus numerus Provincialium cuiuslibet
nationis. Poterunt autem Provinciales quibus con-
tingit in suo ordine interessa electioni Vicarii generalis,
causa evidens infirmatis substituere Vicarium, prout

fit in Capitulo generali.

Sexto, de Collegis Parris Generalis morbo detentis.
Similicer si Patres College Generalis, vel illorum alter
morbo aliquo ita detineantur, ut non possint adire locuta
ad electionem destinatum, poterunt substituere aliquem
Patrem idoneum ex illa natione, cujus sunt College, qui
literis authenticis munitus jus habebit in electione.

Sepciò, de Commissariis.

Commissari vero non sufficiunt ex eisdem Provinciis,
ex quibus Provinciales veniunt ad electionem, sed ex
duabus Provinciis proximè succendentibus, ad hoc ut
plures cujuslibet nationis concurrant ad electionem Vie-
carii generalis.

Octavo, à quibus fieri debet electione Commissorum.

Ipsi vero Commissari elegantur respectivè in suis Pro-
vinciis à Provinciali, Collegiis, & Definitoribus Provin-
cie, veniantque ad locum deputatum muniti literis au-
thenticis sive deputationis.

Nono, de Correctore Conventus ubi morietur
Generalis.

Caterum si Pater Generalis decebat in aliquo Con-
ventu, Superior illius Conventus veniet ad electionem
Vicarii generalis futuri, & tunc pro illa natione, in qua
est ipse Corrector, non eligatur nisi unus Commissarius,
nempe in antiquiori Provincia ex duabus, quæ venient
in ordinem, ad hoc ut votorum sit paritas in qualibet na-
tione, & Provincia, in qua non fuit electio, pro hac vi-
ce carebit suo voto, ita ut in subsequenti sexennio afflu-
mantur Commissari ex aliis duabus Provinciis immediatè
subsequentibus.

*D*ecimò, de morte Generalis extra Conventum.

Si vero contingat Patrem Generalem mori extra Con-
ventum, utputa in itinere, vel in mari, vel in alio quo-
vis loco, secundum quod frequenter accidit inter im-
mensa pericula viarum, tunc nullus ex Correctoribus vi-
cinioribus loci decessus hujusmodi intererit electioni,
sed tantum Provinciales, & Commissarii.

Undecimò, quod semper Corrector Conventus ubi morietur Pater
Generalis, vorum habeat.

Quanquam vero Commissari nullo modo assumi de-
beant ex eisdem Provinciis, ex quibus Provinciales vo-
tum habebunt in electione, nihilominus Pater Corrector
Conventus, in quo obierit Reverendiss. Pater Generalis,
semper votum habeat, etiam reperiatur in illa Provin-
cia, in qua contingat Provinciale effici vocalem.

*D*eodacimò, de notificatione electorum in Capitulis
generalibus.

Ut autem tota Religio noscat, quinam ex Provincialibus,
& Commissariis debeat habere votum pro futuro se-
xennio in electione Vicarii generalis causa mortis, in quo
libet generali Capitulo, inter reliqua Statuta ponatur hu-
iusti modi decretum. Si contingat Reverendiss. Patrem Ge-
neralem diem obire (quod Deus avertat) pro futuro sexen-
nio iuxta electores Vicarii generalis unam cum Patribus
Collegis defuncti Generalis, nempe pro natione Italica
Patres Provinciales talis & talis, & talis & talis Provin-
ciali mittant suos Commissarios: pro natione vero Gallica
talibus, & talis Provincialibus; & talis, & talis Provin-
ciali mittant suos Commissarios, pro natione vero Hispanica talis
& talis Provincialis; & similiter talis, & talis Provin-
ciali suos Commissarios destinabunt, & hoc inviolabili-
ter servabitur in futuris Capitulis generalibus.

*D*ecimotertius,

URBANUS OCTAVUS.

33

Dominicato, de notificazione loci, in quo obit Pater Generalis.

Speciebat autem ad Patrem Collegam, cui commissa sunt sigilla Religionis, dum significabat mortem Generalis omnibus Provinciis Ordinis, simul etiam notificasse Conventum, in quo praedictus Pater Generalis obliterat, ut sciatur, quod Superior illius Conventus debet habere votum in electione, & quod proinde in illa natione, in qua sit est ille Conventus, non debet fieri electio, nisi unus Commissarius, nempe in antiquiori Provincia ex duabus illis, que videntur in vice sua, quoniam superior Conventus, cum sit ejusdem nationis, supplet pro altero Commissario. Si vero extra Conventum obcas Pater Generalis, & hoc ipsum notificabit praedictus Pater Collega Generalis, ut scilicet quilibet nationes, sibi deligendos esse duos Commissarios.

Decimoquarto, de loco, in quo fieri debet electio.

Si Pater Generalis diem claudat Romam, electio fieri Romam, & illuc omnes electores convenient, & quidem, si moriatur in Conventu Sanctiss. Trin. Pater Corrector illius Conventus votum habebit in electione, & computabitur pro natione Gallica, si vero in Conventu S. Andreæ vel S. Francisci, superior illorum respectivè Conventus votum habebit pro natione Italica. Porro in quocumque horum trium Conventuum obierit Pater Generalis, in eo convenient Patres electores ad faciendam electionem Vicarii generalis.

Decimoquinto, de Patre Zeloso.

Pater Zelosus votum habebit in electione Vicarii generalis, in quocumque Conventu Romano deceperit Pater Generalis. Quo calu natio illa, de qua est Pater Zelosus, non mittet alium Commissum, verbi gratia si Pater Zelosus sit Italus, & pater Generalis diem claudat in Conventu S. Andreæ, vel S. Francisci, Superior illius Conventus, & Pater Zelosus erunt electores, & cum sint amba Italia Provinciae, que deberent eligere Commissarios, non eligent pro hac vice. Si Gallus fuerit, & Pater Generalis obeat in Conventu Sanctiss. Trinitatis, Corrector, & Zelosus similiter erunt electores, & ex Gallia non mittentur Commissi. Si Hispanus, tunc unus tantum Commissarius veniet ex Hispania, nempe is qui eligetur ab antiquiori Provincia ex duabus, ut supra dictum est.

Decimosexto, de loco electionis quando Pater Generalis diem claudat extra Romanam.

Ac si contigerit Patrem Generalem obire extra Romanam, utputa dum visitat Provincias, convenient omnes electores in Conventum commodiorem pro nationibus, exempli gratia si decadat Pater Generalis in Italia, omnes electores veniant ad Conventum Januensem, qui est in confinio Italiae, Gallicæ, & Hispaniae: si in Gallia deceperit, electio fieri in Conventu Massiliensi, qui est vicinior aliis nationibus: si in Hispania, convenient ad electionem in Conventu Barchinonensi, & hoc semper servetur pro regula in omnibus futuris electionibus Vicarii generalis.

Decimoseptimo, quo tempore debent convenire electores.

Quia vero Ordo valde extensus est, & oportet aliquod temporis spatium ad hoc ut mora Patris Generalis totius Ordini innoteat, dabitus spatium quinque mensium à die obitus Patris Generalis usque ad diem electionis, sufficient enim duo menses ad notificandam mortem totius Ordini, & reliquum ad hoc, ut electores convenient ad locum electionis.

Decimoctavo, cuius erit indicere tempus, & diem, ac locum electionis.

Speciebat ad P. Collegam Generalis, qui in manibus habebit sigilla Religionis, eodem tempore, quo significabit mortem Generalis, simul etiam indicere tempus, & diem, ac locum supra in c. 16. determinatum futuræ electionis, ita quod semper sint quinque menses integræ inter obitum, & diem electionis, Provinciales vero, & Commissi, sub pœnæ iisdem, quæ sunt statuta contra eos, qui non intersunt Capitulo generalibus, sint obligati statuto tempore presentes esse in loco, in quo fieri debet electione futuri Vicarii generalis, si qui vero fuerint absentes, et apud tempore præfinito, continuè præsentes procedant ad electionem, amplius non expectando.

Bullar. Mag. Tom. IV.

Decimunquarto de Prelio Capituli in electione.

Quando omnes electores convenient, presidebit in Capitulo Pater Collega Generalis, cui commissa sunt sigilla Ordinis absque aliquo respectu Provincialium.

Vigesimotertio, quisnam pars eligi in Vicarium generalem.

Omnes electores sic coadunati poterunt ex toto Ordo ne eligere in Vicarium generalem, quem magis idoneum judicaverint, etiam ex corpore ipsorum electorum, si qui inter ipsos magis capaces, & ad hoc officium magis idonei perirentur.

Vigesimoprimo, de potestate Vicarii generalis.

Qui vero electus fuerit in Vicarium generalem, statim fungetur officio suo secundum exigentiam negotiorum, juxta privilegia ejusdem Ordinis, sicut hactenus factum est.

Vigesimossecundo, de notificazione electionis Vicarii generalis.

Statim arque facta fuerit electio Vicarii generalis, eubunt Patres electores, ut notificetur per omnes Provincias Ordinis, & ideo mittent ad omnes Patres Provinciales authenticas literas electionis à se factas.

Vigesimoterio, quibus expensis Patres convenient ad electionem.

Justum est, ut Patres Collega Generalis convenient ad locum electionis expensis suarum respectivè nationum, Patres vero Provinciales, & commissari expensis suarum Provinciarum, sicut fit in Capitulis generalibus.

Vigesimoquarto, quid faciendum in casu, quo Pater Generalis diem claudat extremum post expletum quadriennium sui Generalatus.

Si Pater Generalis obeat post expletum quadriennium sui officii, tunc li elegant Vicarium generalem, qui jam olim deputati fuerunt à Capitulo generali Paulitano, quibus adjungentur Patres Provincialis vicinioris Provincie cum suis Patribus Collegis, ut major sit votorum numerus: si vero fuerit discrepantia, quoniam sit vicinior Provincia, tunc posita æquali distantia, antiquior Provincia votum habebit.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositor subiungebat, Modus autem Aegidius praedictus plurimum cupiat statuta hujusmodi supplicas ratio pro firmiori illorum subsistentia, & inviolabili observatio ne se omnia Apof. actione rite communis dignitatis.

§. 4. Nos igitur ejusdem Aegidii desideratis in præmissis annuere, illumque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiastice sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequen, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E.Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum consilio statuta præinserta hujusmodi, ita tamen ut à Capitulo generali ejusdem Ordinis proxime celebrando rursus examinentur, atque approbentur, alioquin ex tempore præsene confirmatio nulla prorsus atque irrita sit, Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & fidelios, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

§. 5. Ipsaque statuta in prædicto Ordine, si ab eodem Et ita approbat, Capitulo denud examinata, & probata fuerint, ut petitur, bata observetur, perpetuè obseruare debere, irritumque, & inane si fecus si discernit.

super his à quocumque quavis auctoritate scientes, vel ignoranter contigerit intentari, decernimus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam contraria re iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,

die 29. Maii 1624. Pont. nostri anno 1.

Dat. P. Anno 1.
die 29. Maii.

Compro

XIX. Comprobatio omnium gratiarum, & privilegio-
rum Congregationis Joannis Dei, sub regula
Sancti Augustini degentis, una cum elargi-
tione, & communicatione quarumcumque
prærogativarum, & indultorum Ordinibus
Mendicantium, & signanter Congregationi
Clericorum Regularium Ministrantium In-
firmis, eorumque locis, & personis hactenus
concessorum, & concedendorum.

Institutionem Congregationis horum Fratrum perle-
ge in Pto Quinti confit. 143. tom. 2. ubi notavi. Et
illius creationem in veram Religionem habes sup.
in Pauli Quinti confit. 69. tom. 3. & confit. 100.
Romanus, ubi vide notata. Quibus nunc addo,
quod iste Sanctiss. Pont. probibens ne Fratres sacer-
dotes Prælati, aut dignitates ipsius Religionis
exercere possent, cum declaratione quam sub ea-
rundem nominibus veniant, ac impositione para-
rum tam electis, quam eligentibus contra hujusmo-
di prohibitionem, ut inf. confit. 84. Circumspeta,
& novissim eorundem Præcedentiam cum Ordini-
bus Mendicantibus declaravist, & confirmavit in
confit. 76. Commissi, ut inf.

Edita An.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1624. Ad perpetuam rei memoriam.

Cordatus. Acrosanctum Apostolatus officium, quod humilita-
tem nostram, nullo licet meritorum suffragio, gere-
te voluit Altissimus, jugiter postulat, ut paternam Sa-
trarum Religionum, atque Congregationum, uberes,
& suaves in militanti Ecclesia fructus assidue præstan-
tium curam gerentes, privilegia, gratias, & indulta
illis à Rom. Pont. prædecessoribus nostris concessa, non
solido approbamus, verum alia eis concedamus, prout
retum, & temporum qualitatibus debèt pensatis, con-
spicimus salubriter in Domino expedire.

**Comprobatio
gratiarum, &
privilegiarum,
ut in rebo.**

§. 1. Hinc est, quod Nos dilectos filios fratres Con-
gregationis Joannis Dei sub regula Sancti Augustini,
qui sicut acceperimus, ab ipso Congregationis prædictæ
initio multiplicia atque insignia pietatis, & Christianæ
charitatis opera erga pauperes, & infirmos in eorum
Hospitalibus degentes, magno cum Reipublica Chri-
stianæ spirituali commodo, & utilitate exercuerunt, &
in dies exercere non desinunt, spiritualibus favoribus
& gratiis prole qui volentes, & à quibusvis excommu-
nicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Eccle-
siasticis sententiis, censuris, & poenit. à jure, vel ab ho-
stine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quo-
modolibet innodati existunt, ad effectum præsentium
dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &
absolutos fore consentes, supplicationibus eorum no-
mine Nobis per dilectum filium Gasparem Diaz Cam-
panam, istius Congregationis in Regnis Hispaniarum
Procuratorem generalem, super hoc humiliiter porrectis
inclinati, omnia, & singula privilegia, immunitates,
exemptiones, libertates, prærogativas, favores, con-
fessiones, declarations, facultates, dispensationes,
gratias, concessiones, indulgentias, & indulta spiri-
tualia, & temporalia, etiam per modum communicatio-
nis, & extensionis, seu alias per quoscumque Rom.
Pont. prædecessores nostros, ac nos, & Apostolicam Se-
dem sub quacumque verborum forma, & expressione, in
genera, & in specie, quomodolibet concessa, ac plures
confirmata, cum omnibus, & singulis in eis contentis
clausulis, decretis, & declarationibus, ac singulas lite-
ras, tam sub plumbo, quam in forma Brevis, aut alijs
desuper confessas, quatenus tamen sint in usu, & non
sint revocata, seu sub aliquibus revocationibus compre-
hensa, ac facris Canonibus, & Concilii Tridentini de-

cretis non aduersentur, tenore præstationis perpetuā sp̄
probamus, & confirmamus, ac illis perpetuas, & inviola-
bilis Apostolica firmatis robur adjicimus, omnesque
& singulos tam juris, quam facti, & quovis alios etiam
quatumvis substantiales defectus, li qui desuper quo-
modolibet intervenierint, supplemus.

§. 2. Et insuper, ut fratres Congregationis hujusmodi **Communi-
tancio** servantes divinis beneficiis, plorunque ope-
rum hujusmodi exercitio insistant, quanto majoribus se
viderint spiritualibus gratis fore munitos, omnia, &
singula prærogativa, prærogativas, concessiones, favores,
facultates, declarations, conservatorias, immunitates,
exemptiones, libertates, ceteraque gratias, præminen-
tias, & indulta cujusvis generis existentia, spiritualia, &
temporalia, qualiacumque illa sint, que pariter sint in
usu, & non sint revocata, vel sub aliquibus revocationi-
bus comprehensa, neque sacris Canonibus, & Concilii
Tridentini decretis, aut Apostolicis constitutionibus ad-
vertentur, ut præfertur, Ordinibus Mendicantium, &
Congregationi Clericorum Regularium Ministrantium
Infirmis, eorumque Conventibus, domibus, & alijs locis
regularibus, necnon Ecclesiasticis, & dilectis filiis Ordin-
um, & Congregationis hujusmodi Generalibus, Präsi-
dentiibus, & quibusvis alijs Superioribus, Prælatis, & Ca-
pitulis etiam generalibus provincialibus, seu intermediis,
eorumque Deñitoribus, Prioribus, Novitiis, Fratribus,
Conversis, Donatis, ac quibusvis eorum regularibus per-
sonis, tam in Urbe, quam etiam in quibuscumque Mundi
partibus existentibus, & illorum intuitu, aut alijs quomodo-
libet per quoscumque Rom. Pont. prædecessores no-
stros, seu per Nos, & successores nostros, aut alios au-
toritatem habentes, concessa sunt, & concedentur, ac quibus
de jure, usu, consuetudine, vel privilegio, seu concessione
Apostolica, in genere, vel in specie, ac tam conjunctim,
quam divisi, aut alijs quomodolibet utuntur, fruuntur,
potiuntur, & gaudent, ac uti, frui, potiri, & gaudere pos-
sunt, & poterunt quomodolibet in futurum, ad dictam
Congregationem Joannis Dei, & singula illius Monasteria,
Domos, Hospitalia, & alia loca regularia, illorumque
Superiores, Prælatos, & quoscumque regulares personas,
auctoritate, & tenore prædictis etiam perpetuā extendi-
mus, illaque eis communicamus, & de novo concedimus,
ac suffragari volumus.

§. 3. Quocirca Venerabilibus fratribus Patriarchis, Ar-
chiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinatis **Deputatio**
eiusmodi, necnon dilecto filio caesarum Curia
Cameræ Apostolice generali Auditori per præsentes
committimus, & mandamus, quatenus quilibet eorum
quandocumque, per se vel alium, seu alios præfentes li-
teras, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando
opus fuerit, ac quoties pro parte Generalis, & Fratrum
Congregationis Joannis Dei prædictorum fuerint requi-
siti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis
defensionis præudio afflentes, facient auctoritate nostra
eadem plenaria eorum effectum sortiri, illisque omnes,
quos concernunt, pacifice frui, & gaudere. Non permit-
entes quenquam desuper contra præsentium tenorem
sub quovis prætextu, & causa, etiam defectu intentionis
nostra per quoscumque quomodolibet indebet molesta-
ri; quinidem quicquid in contrarium attentari, vel fieri
continget, omnino semper in pristinum reponi, contra-
dictores quolibet, & rebellis, etiam per quascumque de-
quibus eis videbitur, censuras, & penas Ecclesiasticas, &
alii opportuna iuris, & facti remedii, appellatione post-
posita compescendo, ac legitimis super his habendis ser-
vatis processibus, censuras, & penas ipsas etiam iteratis
vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuc-
rit, auxilio brachii secularis.

§. 4. Non obstatibus premisis, ac piz meis. Bonifacii **Derogatio**
Pape VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Con-
cilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres
dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non
trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordina-
tionibus, ac Ordinum, & Congregationum hujusmodi sta-
tutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privile-
gii quoque, indultis, & literis Apostolicis sub quibus-
cumque

URBANUS OCTAVUS.

55

enimque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriorum, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis quomodolibet, etiam plures concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, etiam quod in eis caveatur expressè, quod illis nullatenus, aut non nisi sub certis modo, & forma derogari possit, tenores hujusmodi, ac de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice darataxat specialiter, & expressæ derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, vel divisi ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspenzi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi mentionem.

Fides transsumptuosa.

§. 5. Verum quia difficile foret presentes literas ubique opus esset deferri, volumus, & pariter auctoritate Apostolica decernimus, quod illarum transumptis, etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & ligillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitione eadem prorsus fides adhibetur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibiti vel ostensæ.

Dat Romæ apud S. Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Junii 1624. Pont. nostri Anno primo.

§.1. Proinde cum sicut pro parte dilecti filii Celsi Romaniani Abbatis Generalis Congregationis Cœlestinorum Ordinis S. Benedicti Nobis nuper expositum fuit, ex antiquo privilegio Apostolico, à fel. rec. Cœlestino Papa V. nimis concessum, & ab Eugenio IV. & aliis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris confirmato, pro tempore existens Abbas Generalis dictæ Congregationis Cœlestinorum functiones omnes, quas ceteri omnes Abbates exempti faciunt, & exercere, facere, necnon semper, tam in Urbe quam in omnibus aliis Civitatibus, & ubique locorum habitum Prælatorum regularium, caputum scilicet, sive mozzettam super mantello, & biretum quadratum, more Clericorum secularium, ac pileum more Prælatorum, ac in Ecclesiis, & Monasteriis suo Ordini subiectis cappa, baculo, mitra, & ceteris Pontificis calibus indumentis uti, & in eisdem Ecclesiis missas solemniter more aliorum Abbatum Benedictinorum celebri, ac Monachis sui Ordinis, & aliis Christi fidelibus quibuscumque, ad dicti Abbatis missas audiendas convenientibus, & interessentibus, quandocumque Episcopi, & alii Superiores Prælati, & S.R.E. Cardin. ibi presentes non sint, solemnem benedictionem impetrari possint, & consueverint: cumque in Congregatione venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium super sacris Rituibus, & ceremoniis deputatorum, examinatis privilegiis supradictis, decretum semel atque iterum fuerit, prædictum Abbatem Generalem Congregationis Cœlestinorum pro tempore existentium in pacifica possessione omnium, & singulorum præmissorum manutendum esse, illumque à quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis super præmissis molestari, perturbari, vel inquietari non posse declaratum fuerit: & cum sicut eadem expositione subiungebat, ipse Celsus Abbas pro majori eorundem decretorum validitate cupiat illa confirmationis Apostolicae robore communiri.

§.2. Nos illius honestis votis benignè annuentes, ac ipsum Celsum Abbatem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censemtes, supplicationibus ejus nomine super hoc Nobis hastiliter porrectis inclinati, decretæ ejusdem Congregationis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmantes, & approbantes, juxta illorum seriem per easdem præsentes decernimus, & declaramus, prædictum Celsum moderatorum Abbatem Congregationis Cœlestinorum, ejusque successores, stante antiqua possessione d. Abbatis, & prædecessorum prædicta facili, & exercendi, in pacifica possessione omnium, & singulorum præmissorum manutendum, ac manutendos esse, nec illos, aut quempiam illorum à quovis Episcopo, vel Ordinario locorum, aut eorum Vicariis, & aliis quibuscumque personis, defupat quovis prætextu molestari, perturbari, vel inquietari nolatetus posse.

P. §. 5. Sie

Transcriptus
ordi docu-
m. 1.

Dat. P. Anno
die 14. Aug.

URBANUS OCTAVUS.

Dicitur in. §.3. Sicque per quoscumque Judices ordinatos, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores

tituli. iuritumque, & inane quicquid secus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Exe. deput. §.4. Quocirca dilectis filiis nunc, & pro tempore existentibus ejusmodi Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectori, & causarum Cur. Cam. Apost. Generali Auditore præsentibus cōmittimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte dicti Celsi moderni, aut pro tempore existentis Abbatis Generalis dictæ Congregationis fuerint requisiuti solemniter publicantes, ac ipsi Abbatii in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra illum corundem præmissorum effidū pacificè frui, & gaudere, non permittentes illum defuper à quocumque quavis auctoritate quomodolibet indebet molestari, contradicentes quoscumque per censuras, & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Congregatio. §.5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papa VIII. etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium ad judicium non trahatur, aliisque Apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contraria, quibuscumque.

Dat. P. Aa. 1. Dat. Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 9. Decembri 1606. Pont. Nostri Anno 2.

XXVII. Revocatio quarumcumque licentiarum à prædecessoribus Pontificibus loca regularia erigendi non servata forma Constitutionis Clementis VIII. & Decretorum Sedis Apost. concellarum, quæ nondum effectum suum sortiti sunt. Ac prohibitio illa de cetero erigendi absque licentia Ordinariorum, & sacr. Canon. Concilioque Trid. necnon Clem. VIII. & Greg. XV. Constitutionibus non servatis.

Sacri Canones hic enuntiati sunt Bonifac. VIII. in cap. 1. de statu Regulari. in 6. & cap. 1. de exerc. Prelator. in 6. & Concil. Trid. cap. 3. & sess. 2. necnon Clem. VIII. const. 99. sup. tom. 3. & const. 31. Greg. XV. Cum alias, sup.

Editio. D. 1624. V R B A N V S P A P A VIII. Ad futuram rei memoriam.

Romanus Pontifex, cui Salvator, & Dominus noster, qui Charitas est, & Deus pacis, Universalis Ecclesia creditit Principatum, ea interdum, quæ certis etiam rationabilibus de causis, à Sede Apostolica concessa sunt, ipsa subinde rerum experientia fudente, & majoribus ex causis, quibusvis prælettim personarum sub suavi Religionis iugo Altissimo, famularium paci, & quieti consiluitur, litibusque ac controversiis inter eos obviam itur, revocat, & immutat, in hisque pastoralis sollicitudinis, & providentie sua studium interponit, prout rerum, & temporum qualitatibus debite pensatis, conspicit in Domine salubriter expedire.

Revocatio. li. 5.1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit, complures licentias, & facultates à nonnullis Rom. Pont. prædecessoribus nostris per diversos Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum Institutorum Superiorum, seu alios eorum nomine, abique locorum Monasteria, Domos, Collegia, Conventus, & alia loca regularia quovis nomine nuncupata, servata dumtaxat Sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini decretorum forma, de sola Ordinarii scientia, seu etiam forsitan non servata forma, & absque licentia hujusmodi, & contra decreta à Sede Apostolica super præmissis edita fundandi, Motu proprio, vel alias obtinent, & exortæ fuerint, idcirco etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Nos omnes, & quoscumque licentias, & facultates hujusmodi, literasque defuper tam sub plumbō, quam in hujusmodi forma Brevis defuper expeditas, earumque tēt. etiam veriores, & Dat. presentibus, ac hī specificē, & figuratim exprimerentur, & intererentur, pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbūm inseritis habentes, justis de causis animūm nostrūm invenientibus, Motu proprio, non ad aliquas Nobis super hoc obligas petitionis infinitiam, sed ex certa scientia, & mature deliberatione nostris, de que Apostolica potestatis plenitudine omnes, & quoscumque licentias & facultates hujusmodi, literasque defuper tam sub plumbō, quam in eadem forma Brevis expeditas, omniaque, & singula in eis quomodolibet contenta, & expressa, etiam quoad erectiones, fundationes & institutiones Monasteriorum, Collegiorum, Domorum, Conventuum, & aliorum regularium locorum hujusmodi, quæ suum nonnullum sortita sunt effectum, ten. præsentium perpetuo revocamus, cassamus, abrogamus, & nullamus, viribusque & effectu proflus evacuamus.

§.2. Præterea Ordinum etiam Mendicantium, Congregationum, Societatum, & aliorum institutorum regularium Superioribus, quocumque nomine nuncupatis, ceterisque personis, ad quos spectat, in virtute sancte obedientiae, ac sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ, necnon officiorum quorumcumque, ac inhabilitatis ad illa, & alia in futuram obtainenda, necnon etiam excommunicationis ipso facto incurriendis pœnis interdicimus & prohibemus, ne licentiarum, seu facultatum per Nos, ut præfert, revocatarum, & annullatarum, sive alio quovis praetextu, vel causa, etiam quantumvis privilegiata, nova Monasteria, Collegia, Domos, Conventus, & alia loca regularia hujusmodi, nisi de expressa Ordinariorum licentia, ac servata in omnibus, & per omnia facrorum Canonum, & Conc. Trid. necnon Constitutionibus fel. rec. Clem. VIII. que incipit, Quoniam ad institutum, dat. Romæ apud S. Marcum sub annulo Pisc. die 23. Iulii 1603. ac Decretorum de mandato ejusdem Clementis, necnon similis memorie Greg. XV. Rom. Pont. prædecessorum defuper editorum forma, recipere, erigere, fundare, seu alias quomodolibet instaurare, seu incepta finire, & absolvere audeant, seu presumant.

§.3. Decernentes præsentis literas, etiam ex eo, quod cause, propter quas illæ emanant, expresse, verificare, & justificare, aut quicunque in præmissis interesse habentes, seu habere prætententes, ad hoc vocati, citari, & auditæ non fuerint, neque illis conferent, vel alias ex quocumque capite, praetextu, colore, ingenio, vel causa, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis virtio, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defectu notari, & impugnari, redargui, infringi, retrodati, in us vel controversiam vocari, ad terminos juris reduci, & contra eas quodvis gratiæ, vel iustitiae remedium impetrari, seu concedi nullatenus posse, sed eos, ac omnia, & singula in eis contenta semper, & perpetuè validæ, firma, & efficacia esse & fore, suosque plenarios, & integræ effectus sortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari, sicque, & non aliter, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, quavis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Quocirca venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episc. & aliis locorum Ordinariis per præsentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo aut unus eorum, per se vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque solemniter publicantes, faciant illas, & illa ab omnibus, & singulis ad quæspectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, & contradicentes quolibet, & rebelles per censuras & pœnas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti restringi, & initiuendi importunis precibus, seu etiam media, appellatione postposita, compescendo, invocato

§.5. Non

URBANUS OCTAVIUS.

63

*§. 5. Non obstantibus praemissis, ac regula nostra de jure
quas fit non tollen. & rec. mem. Bonifacii Pape VIII. simili-
liter predecessoris nostri de una, & in Concilio generali
edita de quibus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis
auctoritate presentium ad iudicium non trahatur, alii-
que constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac
quocumque Ordinum, Congregationum, Societatum,
& Institutorum regularium, etiam iuramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, induitis,
etiam Mare magnum, vel alias quomodolibet nuncupa-
tis, & literis Apostolicis illis, eorumque Superioribus, &
personis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliiisque ef-
ficacioribus, & infelitis clausulis, irritant, & alii decre-
tis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio, & consi-
storialiter, ac aliis quomodolibet in contrarium praemis-
orum quomodolibet concessis, confirmatis, & sepius in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum
sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus
specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad
verbum, non autem per claustris generales idem impor-
tantis mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut alia
exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium
tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, &
ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo rebore per-
mansuris, haec vice dumtaxat specialiter, & expressè dero-
gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.*

*§. 6. Volumus autem, quod praesentes in Valvis Basili-
licarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum
de Urbe, ac in acie Campi Flora, ut moris est, affixa, omni-
nes quo illæ concernunt ita ardenter, & afficiant, perinde
ac si unicuique personaliter intimata fuissent.*

*§. 7. Quodque earundem praesentium transumptis, etiam
impressis, manu alieujus Notarii publici subscriptis, &
sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constitute in-
munitis eadem prorsus fides adhibetur, que praesentibus
adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.*

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo
Piscat. die 14. Augusti 1624. Pontificatus nostri anno 2.

*Anno 1624. Indit. 7. Pontificatus autem Sanctiss. in Chri-
sto Patri, & D.N.D. Urbani divina providentia Papa VIII.
anno ejus secundo, die verò ultima mensis Augusti, retroscripta
littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranen. & Principis Apostolorum, ac in acie
Campi Flora, ut moris est, per nos Camilium Fundatum de Cesis,
& Iulianum Marcellinum, praibasi S.D.N. Papa Curs. &c.*

Brandimartes Latinus pro Mag. D.D. Curs.

**XXVIII. De Regularibus apostatis, & ejectis, ac de in-
novatione, declaratione, & observantia gene-
ralium decretorum à Clem. VIII. ad Regu-
larium reformationem, Novitiorumque rece-
ptionem spectantium editorum.**

*Ista Clem. VIII. Decreta sunt hic inserta, licet non
nulla etiam habeas in Clem. VIII. const. 60. Nullus, sup. tom. 3. pag. 60. tamen quia non omnia, &
hic innovantur, ideo ponenda censui.*

*Quoad apostatas, & extra Claustra Religionum vagan-
tes, edita olim fuit à Paulo IV. confit. 14. sup. tom. 1. que
tamen (ut ibi notavi) ad terminos juris redacta fuit.*

*Edit. A. D. Decret. S. Congregationis Concilii de Regularibus apostatis,
& ejectis.*

*Causa confit. **Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Trident. In-**
terpretum, Regularium ejectorum, & fugitivorum
statui consulere, illorumque scandala summovere, & suc-
cresentem numerum frangere opera pretium existimans,
auditis Religionum Superioribus, reque diligentissimi-
perensa, communicato etiam consilio cum S.D.N. U.
Bullar. Mag. Tom. IV.*

bano VIII. atque ex peculiari Sanctitatis Sue faculta-
te infra scripta decreta edidit.

*§. 1. Ac primò, ut infecta semina, è quibus pravi ejus-
modi fructus, potissimum producent, deinceps ne seruant obser-
varia in in vinea Domini, censuit esse innovandas, & Sanctissimi
auctoritate innovat Constitutiones, & Decreta generalia
sanct. mem. Clementis VIII. ad Regularium reformatio-
nem, ac Novitiorum receptionem, professionem, atque in-
stitutionem spectantes, districteque præcipit Generalibus,
atque aliis omnibus Ordinum Superioribus, ut illa ex-
istat, & observentur, atque observantur, efficiant, sub peenis
statutis in illo Constitutionibus.*

*§. 2. A quibus tamen excipendum censuit caput il-
lud, quo decernitur, ne in Conventibus, seu Monasteriis
ad Novitios recipiendos habentur designatis, & appro-
batis, seu imposteriorum designandis, & approbandis. Novi-
tii ad habitum ullatenus recipi possint, nisi prius à Con-
gregatione Reformationis Apostolice, vel à propriis lo-
corum Ordinariis expressè, & nominatim approbati fue-
rint. A cuius quidem decretri observatione Sacra Con-
gregatio justis de causis censuit Regulares esse absolvien-
dos, prout auctoritate Sanctissimi Domini nostri absolu-
vit, atque exemit.*

*§. 3. Deinde, ut apostolandi opportunitas Regularibus
præcipiat, statuit ut de cætero nullus permittatur ad
arctiore Religione transire, nisi prius Superiori legi-
timum constiterit, eam Religione paratam esse illum re-
cipere, qui licentiam petit, tumque Regulatis rectâ se
transferat ad arctiorem. Quod ut re ipsa adimplatur,
idem Superior omni studio, ac diligentia invigilet.*

*§. 4. Rursus statuit, ut fugitivi, & apostata, sive habi-
tum regulare defert, sive non, possint, ac debent ab
Episcopo loci, ubi moras trahunt, in carcere conjici, &
Superioribus Regularibus confignari, secundum regula-
rium instituta puniendi, utque ipsi quoque Superiores te-
neantur eos perquirere, ad religionem reducere, atque ef-
ficere, ut apprehendantur, salva tamen in omnibus fa-
cilitate Ordinariis locorum attributa decreto Concil.
c. 3. sell. 6.*

*§. 5. Quod si apostata hujusmodi citra montes infra
quatuor, ultra montes verò infra octo menses à praesentis
Decreti publicatione inchoando, sua sponte ad suam
quisque Religionem redierit, tum peccatum omnium ip-
sis propter apostoliam inflictatum, aut infligendatum re-
missionem, atque imputantem asequuntur. Ita tamen ut
debeat à Superiori absolutionem humiliter petere, &
coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri.
Superior verò è contra benignè illos teneatur ab hujus-
modi peccatis absolvere, & paterna charitate complecti.*

*§. 6. Ad hæc, ut imposteriorum à Religionibus nullus le-
gitimum professus ejici possit, nisi sit verè incorrigibilis,
verè autem incorrigibilis minimè censatur, nisi non fo-
ligni concurrent ea omnia, qua ad hoc ex iuriis commu-
nis dispositione requiruntur, sublati hac in parte Sta-
tutis, & Constitutionibus cujusque Religionis, & Or-
dinis, etiam à Sede Apostolica approbatis, & confirma-
tis: verùm etiam unius anni spatio in jejuniu, & peni-
tentia probetur in carcerebus, proindeque Religio priva-
tos habeat carcere in qualibet saltem Provincia. Elapsò
autem anno, si nihilominus non resipuerit, sed animo
indurato in sua pertinacia perseveraverit, ne contagione
pestifera plurimos perdat, tanquam pecus morbida, ac
membrum putre ejici tandem poscit, sed ab ipsomet Ge-
nerali tantum, de consilio, & assensu sex Patrum ex gra-
vioribus Religionis eligendis in singulis Capitulis, vel
Congregationibus generalibus: tumque non nisi instru-
& o secundum eorum stylum, & Constitutiones processu,
& plenè probatis causis expulsionis ad Sacrorum Cano-
num præscriptum. Interea tamen usque ad primum ge-
nerale Capitulum, seu Congregationem proxime cele-
brandam, si quemq; iam ex iustis, & necessariis causis ex-
pellere oportebit, ejeci fieri possit à Generali cum con-
silio, & assensu sex Patrum, ut suprà, quos idem Generalis
eligere debeat infra quatuor menses à praesentis
Decreti publicatione, servata tamen in reliquis forma su-
periis prescripta.*

*§. 7. Sic verò ejeci, quandiu non redierint ad Re-
ligionem*

F 2

Rituum Ordinis ligionem in habitu clericali incedant, atque *Ordinarii* loci jurisdictioni, & obedientie sublent, proindeque *Generalis* illoco expulsione sententiam eidem *Ordinario* subfini, & in notificare temearur.

§.8. Ceterum *Sacra Congregatio Religionum Superiores* serio admonet, ac per Iesu Christi viscera obtulit, ut memorie paternae charitatis, & mansuetudinis, *Superioribus* quam profertur, nihil intentatum relinquant, ut luculentiam suam fratrum suorum ferent in profundum malorum delapsas, antequam gravissimum, atque extremum expulsiōnē remedium experiantur. Idque eo magis, quod subditorum sanguinem, qui ex malo negligentium, & sui officii immemorium Praelatorum regimine peribunt, Dominus noster Iesus Christus in Supremo Dei iudicio de eundem Praelatorum manibus sit requisitus.

Expulsiōnē *testimoniales* littera non datur. **§.9.** Præterea statuit, ut idem *Superiores* nemini ex religiosis expulsi literas testimoniales concedant, illos ad Sedem Apostolicam rejicientes, vel jubentes aliam ingredi Religionem.

Ejus ab ordinis exercitio perpetuo suspendi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Imperat, & **§.10.** Item, ut ejus extra Religionem degentes sint perpetuā suspensi ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi, aut moderandi.

Imperat, & **§.11.** Ac postrem censuit, esse innovandam, & sue

aliam *ad Regularibus* Beatus in*extra* Constitutionem fel. rec.

§.12. Nequa verò difficultas in superscriptis decretis,

etiam & ordinationibus exequendis suboriatur, *Sacra Congregatio*, Sanctissimo Domino Nostro annuente, atque ap-

anno tertio in publica probante, universis Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Presidentibus, Abbatibus, Prioribus,

etiamque *curia* P. et positis, Guardianis, Vicariis, & quibuscumque aliis

Superioribus quorūcumque Ordinum, vel Congrega-

tionum, Monasteriorum, Conventuum, Collegiorum,

Domorum, ac locorum regularium ubique locorum exi-

stentium injungit, serioque mandat, ut illa diligenter

obseruent atque observanti procurent in omnibus Cœno-

bis, ac Monasteriis, Collegiis, ac Domibus quorū-

cumque Monachorum, ac Regularium ubique locorum

existentibus, efficiente ut tam Decreta supradicta fel.

rec. Clem. VIII. quam præsentes Ordinationes in singu-

lis ejusmodi locis bis faltem in anno legantur in publica

mena.

Contravenit- **§.13.** Si quis verò ipsorum adversus ea, que superius

prescripta sunt, vel eorum aliquid quo modo facere,

vel moliri præsumperit, ipso factō pœnam incurrat pri-

vationis omniū officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque

actiue, & passiue, ac perpetua inhabilitatis ad illa impos-

sterum obtinenda, pœnaque ejusmodi sit Sanctitas Sua,

ac Sedi Apostolica reservata iisdem Superioribus, etiam

Generalibus, & Profectoribus, illam moderandi, seu rela-

xandi potestate interdicta, & nihilominus sit irri-

tum, & inane quicquid secus à quoquam actum extiterit.

Contra- **§.14.** Non obstantibus Constitutionibus, & Ordina-

tionibus Apostolicis in favorem quorūcumque profanarum, atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non

Mendicantium, Congregationum, Monasteriorum, Con-

ventuum, Domorum, ac locorum regularium quorū-

cumque, necnon illorum etiam juramento, confirmatione

Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,

vel consuetudinibus, etiam immemoribus, exemptioni-

nibus quoque, indultis, & privilegiis, etiam in corpore

juris clausis, etiam ex causa, vel titulo oneroso, vel in limi-

ne fundationis concessis, etiam Mari Magno, seu Bulla

aurea, aut alijs nuncupatis, sub quibuscumque tenoribus

& formis, & cum quibusvis etiam derogatoriis deroga-

tioribus, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec

non irritantibus decretis etiam Motu proprio, & ex cer-

ta scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, aut

alijs quomodolibet, etiam per viam communicationis, seu

extensionis concessis, & iteratis vicibus approbatis, & in novatis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, et cumque totis tenoribus, & formis specialiis, & individuis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generalis idem importanter mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis traditis observata, inserti forent, praesertim pro expressis habens, quibus quoad ea qua supradictis quomodolibet adverfantur, illis alijs in suo robore permanuris, specialiter, & expressè Sanctitatis Sua auctoritate derogat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ die 21. Sept. 1524.

Proper Fagnanus S. Congr. Secr.

*Data P. An. d.
die 21. Sept.*

*Subsequntur supradicta Decreta generalia Clementis
III Papæ Octavi.*

Primum de Novitiis ad habitum Regularem, & profes-
sionem non admittendis, nisi in Conventibus desig-
nandis.

*CLEMENTIS PAPA VIII. Edita An. d.
1596.*

Regularis disciplinæ restitutioni, pro qua potissimum juxta munera debitum laborare non debet, illud in primis magnum impedimentum afferre quotidiano usu compertum est, quod in omnibus Conventibus, iis praesertim, qui majori reformatione indigent, singuli ad Religionem venientes passim recipiuntur. Unde ut quod magis Nos variis Constitutionibus male affectas radices amputare studemus, eo magis in dies depravata, infructuosaque ejusmodi noviter proficiunt germina succrescant. Cui quidem male occurrere volentes, praesenti Decreto statuimus, directeque præcipimus omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, ceterisque Superioribus Conventuum intra Italiam, & Insularum adjacentium fines existentium quibuscumque, quorumcumque Ordinum Mendicantium, ut de cetero neminem sub quovis praetextu, aut colore ad habitum regularem admittant, nisi in Conventibus auctoritate nostra propediem in unaquaque Provincia designatis. Insuper sancimus, ut quod ejusdem Conventus, ut praesertur, per Nos deputati non fuerint, omnes præfitorum Ordinum Superiores à receptione quorumcumque Novitiorum, sive ad habitum, sive ad professionem omnino abstineant. Superior, qui hujus Decreti transgressor extiterit, ipso facto pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocisque activæ, & perpetuae inhabilitatis ad alia imposterum obtinenda, se noverit incurrisse, ac alijs etiam pœnis arbitrio nostro subjaceat. Receptiones verò & possidenses qualibet corum, qui contra hujusmodi Decretum nostrum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ex nunc decernimus, & declaramus, privilegiis, statutis, & consuetudinibus quibuscumque in contrarium minime obstantibus.

Datum Romæ die 12. Mart. 1596.

Secundum revocationis, & ampliationis ejusdem Decre-
tum.

1596.

*De Novitiis ad habitum regularem non recipiendis,
nisi in Monasteriis, & locis designandis.*

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster D. Clemens divina providentia Papa VIII. cum jam dum animadverteret collapsæ Regularis disciplinæ re-
stitutioni, pro qua potissimum, juxta sui munera de-
finitum vigilare, ac laborare non desistit, illud in primis magnum impedimentum afferre, quod in omnibus Mo-
nasteriis, & Conventibus, iisque praesertim, qui majori
indigent reformatione, singuli ad Religionem profi-
cendum accedentes, passim, ac sine delecto recipiuntur, ac inde fieri, ut quod magis variis Constitutionibus male
affectas radices evellere studeat, eo magis infructuosa
noviter proficiunt germina quotidie succrescant;
cumque ob zelum ac desiderium, quo tenetur Sanctitas
Sua,

URBANUS OCTAVUS.

65

Sua, omnes Regulares ad vetus sua enjusque Religionis institutum sedigendi, districte prohibuerit, ne quis in certis Monachorum, & Mendicantium Ordinibus ad suscipiendum habitum Religionis admittetur, profitereturve, quoque Monasteria, & Conventus aliquot destinarentur, in quibus posset commodius Regularis observantia secundum reformationem à Sanctitate Sua institutam introduci: Quia tamen, non obstante tali prohibitione cognovit, nonnullos fuisse, vel sub colore facultatis, & licentiae à Sanctitate sua obtenta, vel quia talis prohibitiō ad illorum noticiam non pervenerit, receptos, & admissos præter mentis sua sensum; Idcirco huic malo proficere volens, ne licentiam, ac facultatum hujusmodi subceptione, ac prætextu Decretum Sanctitatis Sua irritum reddatur, nunc dehū districte præcipit, ac mandat omnibus Generalibus, Provincialibus, Commissariis, Ministris, Præsidentibus, Abbatibus, Prioribus, & Guardianis quibuscumque, ceterisque Superioribus Conventuum, Monasteriorum, ac Domorum, quo cumque nomine appellantur, intra Italiam, & Insularum adjacentium fines existentium, quorumcumque Ordinum, Mendicantium, & non Mendicantium, (exceptis tamen Carthusianorum, Fratrum Minorum de Strigiori Observantia, necnon Capucinorum, S. Francisci Reformatorum, S. Dominici, Discalcedatorum Ordinis Carmelitarum, necnon Fratrum Congregationis Fulensis Cisterciensis Ordinis, ac Eremitarum Eremi Camaldulensis, & Montis Coronæ, Clericorum Regularium Theatinorum, Societatis Iesu, S. Pauli Decollati, & aliorum de Somacha, Ministrorum Infirmorum respektivè Ordinibus, Societibus, seu Congregationibus nuncupatis, que etiam antea excepérat, & nunc iterum excepido, voluit prohibitionem hanc ad illa nullo modo extendi.) Ne sub cuiusvis licentiae, & facultatis impetranda obtentu, nisi per literas in forma Brevis dumtaxat, & non alias quemquam ad Habitum Regularē suscipiendum, nec etiam Conversos, nisi in Conventibus, Monasteriis, & Domibus auctoritate ejusdem S.D.N. propediem in unaquaque Provincia designandis, recipere, aut receptos ad professionem admittere ullo modo audeant. Quinim contra primam prohibitionem Sanctitatis Sua receptos, etiam imperfictum habitum, aut sine capitulo gerant, post præsentis Decreti in Romana Curia publicationem, omnino ejicere debeant.

Superiorem autem, quā hujus Decreti transgressor extiterit, ipso factō pœnam privationis omnium officiorum, quæ tunc obtinebit, vocis activæ, & passivæ, & perpetua inhabilitatis ad alia posterum obtinenda, eo ipso incurtere voluit, ac decrevit, & aliis etiam pœnis arbitrio Sanctitatis Sua imponendis subjacere.

Receptiones verò, & professions quilibet eorum, qui contra hujusmodi Decretum admissi fuerint, nullas, & irritas esse ad quemcumque effectum, ex nunc decernit, & declarat.

Hoc autem Decretum noluit Sanctitas Sua eos Ordines comprehendere, qui Conventus, Domus, & Monasteria à se probata pro Novitiorum receptione, & educatione, haec tenus permissione sua constituerint.

Certas verò licentias, hīc particulares, quæ in hanc diem effectum non sunt fortis, revocat, & annullat.

Vult autem Decretum hoc suum in solitis locis Urbis publicatum, ita prædorum singulos afficeret, ac si cui libet personaliter fuisse intimatum, privilegiis, statutis, & constitutionibus quibuscumque in contrarium minimè obstantibus.

Dat. P. An. 4. Dat. Rome apud S. Marcum, die 20. mensis Junii 1599.
die 20 Jun.

Edic. An. D. Decreta alia pro reformatione Regularium, tam Monachorum, quam Mendicantium cujuscumque Ordinū, & Institutū.

V R B A N V S P A P A VIII.

Nullus omnino prætextu cujuscumque privilegii vel superioritatis, etiam Generalatus, à servitio Chori censeatur immunis, nisi pro tempore, quo quis in proprii officii munere actu fuerit occupatus. Cum Le-

Bullar. Mag. Tom. IV.

etribus autem, & Prædicatoribus Superioribus his tam-tam diebus, quibus eos legere, aut predicate contigerit, dispensare possint. Idem quoque præstare valcat cum ægroris, & studiorum causa legitime impeditis. In eos verò, qui negligentes, aut inobedientes fuerint, salutari poenitentia Superiorotes animadvertant ad prescriptum Regulæ, & Constitutionum, alimenti etiam, si opus fuerit, subtrahione.

Legio Sacre Scripturae, vel casuum conscientie bis ^{soft. 35. 40} in hebdomada prescriptis diebus in singulis Monasteriis, & Conventibus habeatur, ad quam Fratres omnes conveniant, eaque absoluta, mutua collatione circa explicationem doctrinam sese utiliter exercent.

Quod Tridentini Concilii Decreta de paupertatis voto custodiendo fidelius obseruentur, præcipitur ut nullus ex Fratribus, etiam Superior sit, bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectiōibus, aut tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsis justo labore, & causa, & quocumque nomine aquistata, etiam subidia consanguineorum, aut piorum largitiones, legata, aut donationes fuerint, tanquam propria, aut etiam nomine Conventus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & Conventui incorporentur, atque cum certis illius bonis, redditibus, pecuniis, ac proximitibus confundantur, quo communis inde vietus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

4. Neque Superioribus, quicunque illi sint, ullo parato licet eisdem Fratribus, aut alicui bona stabilita, etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam, etiam depositi, aut custodia nomine concedere.

5. Eorum verò, quæ ad necessitatem concessa erunt, nullus quicquam possidat ut proprium, neque ut proprio utatur.

6. Qui in præmissorum aliquo deliquerit, pœnas nem̄ dum à Concilio Tridentino prescriptas, sed alias quoque multo graviores, Superiorum arbitrio imponendas incurrat.

7. Nulla quorumcumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuque paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam quod sit necessarium, alicui denegetur.

8. Fratrum vestitus, & supplex cellarum ex communi pecunia comparetur, & omnino uniformis sit Fratrum, & quorumcumque Superiorum, statuque paupertatis, quam professi sunt, conveniat, ita ut nihil superflui admittatur, nihil etiam quod sit necessarium, alicui denegetur.

9. Quæcumque Fratrum vestes, sive laneæ, sive lineæ, omnisque alia supplex in aliquem commodum Conventus locum deferantur, ibique ab uno, vel duobus Fratribus huic muneri deputatis diligenter custodiantur, ut inde Superioris arbitrio, prout unicuique opus fuerit, subministrari opportunity possint.

10. Omnes etiam Superiores, quicunque illi sint, eodem pane, eodem vino, eodemque obionie, sive eadem (ut aiunt) pitantia, in communi mensa prima, vel secunda, nisi infirmatis causa impediti fuerint, vescantur, neque singulare aliquid, quo privatum quisque in cibum utatur, ullo modo afferri possit, & si quis in ea ro peccaverit, nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem & aquam.

11. Superiores omnes, etiam Generalis, qui redditus, aut præstations peculiares ratione officiorum habent, eorum accepta, & expensa in libro distincto fideliter, & diligenter adnotari current, neque in alios usus, quam ratione officii sui necessarios, quicquam expendant. Cum verò contingit, ipsos in aliquo Conventu commorari, eam pecunia quantitatē in commune conferant, ex quibz, & iis qui secum erunt, vietus ad prescriptum regulæ, & constitutionum suppeditetur.

12. Nullus ex Superioribus locorum administrationem bonorum, aut aliarum rerum, dispensationemque pecuniam,

F 3

niam, & redditum sol Conventus, etiam nomine Conventus, per se ipsum habere, sive exercere possit, sed universalium id omnes tribus Fratribus ejusdem Conventus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & bonorum, reddituumque colligendorum curam habeat, alter tanquam depositarius, pecunias, & cetera ab illo collectas, & exata fideliter asservet: aliis de pecunias, & rebus à depositario acceptis, Priori, & Fratribus, ac Conventu universo de necessariis, mandante tamen ipso Priore, non secundum proprium officium, sed iuxta charitatis regulam, veluti bonus dispensator provideat, officiorum humilissimi confusione penitus intercedat.

13. Ceterum hi tres tam impensis quam accepti singulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam duabus, vel tribus Fratribus ejusdem Conventus probatoriis, returnaque usu peritis, rationem reddant. Deinde ipsius etiatis presentibus Priore, & peritis predictis, Generali, cum advenient, denique ipse Generalis in quolibet proximo Capitulo generali, saltem coram tribus judicibus ab ipso Capitulo ad hoc constitutis, illorum omnium, universamque sue administrationis, tam publicas, quam private rationem reddere tenetur, cuius etiam exemplum authenticum ex actis Capituli describatur, ad hoc ut ad omne mandatum nostrum, vel Sedis Apostolice Romanam transiit possit.

14. In unoquoque Conventu, Fratum is tantum deinceps constitutur, & imposterum retineatur numerus, qui ex redditibus illius propriis, vel ex communibus consuetis, vel etiam singulorum eleemosynis, aliisve quibuscumque obventionibus in commune (ut preferatur) confundens, commode possit sustentari, redditus vero & supradicta omnia in communi loco, ac tuto diligenter asserventur.

15. Superioribus autem, ne Concilii Tridentini, aut hacten nostra Decreta declarare, interpretari, aut relaxareullo modo possint, omnino interdicimus, & prohibemus, decernentes irritum, &c. Si quis autem contraria presumptio attentare, is eo ipso omni gradu, officioque privatus, & ad ea perpetuā inhabilis exstat.

16. Nullus, nisi actu legat, vel praedicit, aliquo sui gradus privilegio gaudeat.

17. Si alius ex necessaria causa, Generalis iudicio probanda, socius ex eodem Ordine, qui illi ministeret, concedendus erit, is nisi vigesimumquintum agat annum, & qui communī servitio sit deputatus, non concedatur, & si commode fieri potest, sit laicus conversus.

18. Usū omnis scandalorum, & vagationis occasio tollatur, Conventus clausura perpetuā, ac diligenter servetur, propterea à Superiori Janitor constitutatur, qui diligenter, ac mortuā integritate maximē commendetur: is januae custodienda semper affiat, eamque nemini Fratum aperiat, nisi socium, & excundi licentiam obtuerit.

19. Nullus à Conventu egredi audeat, nisi ex causa, & cum socio, licentiaque singulis vicibus imperrata, ac benedictione accepta à Superiori, qui non aliter eam concedat, nisi causa probata, sociumque exitaro adjungat, non poterit rogatu, sed arbitrio suo, neque eundem sapientis. Licentia vero generales excundi nulli omnino concedantur.

20. Contravenientes autem pena gravi etiam carceris ad superioris arbitrium plectantur, eandem etiam Janitor subeat, si sciens excundi facultatem fecerit.

21. Cum autem quis in Conventum revertitur, Superiorum iterum adibit, benedictionem recepturus, qui à socio itineris rationem, & quid rei actum sit, diligenter perquiratur.

22. Nullos Fratres Romanum venire Superiores permittant, nisi prius à Generali, vel Protectore dumtaxat licentiam in scriptis imperaverint.

23. Si quis autem sine hujusmodi facultate Romanum venire presumperit, voce activa, & passiva biennio privat: existat, subiuratur etiam alias arbitratu Superiorum infigendas penas. Quae item omnia adversos eos, qui superdictos administrant & receperint, sine ulla exceptione locum habeant.

24. Habet Superior clavem ita fabrefactam, ut cum

fibi videbitur, cellas omnes reserare possit, & propter, re nullus cellam, etiam noctu ita claudat, quin semper à Superiori possit aperi.

25. In medio Dormitorio totum noctem lampas collocatur.

26. Nullus etiam Superior cellas sive in claustrō, sive alibi separatas à communi Dormitorio habeat, sed uniusquisque unicā cella, eadem cum ceteris aliorum Fratrum conjugata, nudis omnino parietibus, ac lecto, & mensa humilibus, uniformique supellestili, ut præferunt, quemadmodum Religiosos decet, contentus sit, possit tamen Generalis alicui ex Superioribus Conventuum, si eorum munera, & officii necessitatem id exigere cognoverit, alteram etiam cellam concedere.

27. Cellæ sive sediculae, quæ extra Dormitorium separarim sunt, ad officinas, aut alijs ad communem usum, & commoditatem Conventus redigantur.

28. Sigillatum suo quisque lecto cubet, neque ullibz duo eodem lecto dormire possint, qui omnes ad certam formam redigendi erunt.

29. In privatis cellis nulli camini permittantur, sed omnes obstruantur statim; cardinibus etiam è parietibus convulsi, ut illa non ad tempus facta, sed perpetuā duratura videatur; cellis tamen Generalis, aut alterius Superioris, ac Prædicatoris exceptis.

30. Conventus fenestræ omnes, quæ in vias publicas, aut in vicinas laicorum sedes propiciunt, muro ita obstruantur, ut omnino is prospectus impeditatur.

31. Valetudinarium in singulis Conventibus certo, ac salubriori loco constitutatur, quod pro loci situ, ac Fratrum numero, quoad fieri poterit, commodissimum esse possit, in quo Fratres omnes, cum ægrotabunt, curen- tur, nec inde nisi recuperata sanitate, abiit permittantur. Qui vero infirmorum curæ præpositi sunt, omni sedulitate, ac charitate operam suam præstibunt, ac curabunt, ne quid ægrotis omnino desit, quod ad sanitatem recuperandam pertinet.

32. Ineatur ratio, qua sublati licentiis, ac facultati bus hactenus quibuscumque concessis, degentes extra Conventus claustra ad ea quamprimum revocentur, nec de cetero, nisi ex gravissima causa à Sede Apostolica probanda, hujusmodi facultates concedi possint.

33. Nulli imposterum ad habitum, aut professionem admittantur, nisi in Conventibus per Sedem Apostolicam in qualibet Provincia deputatis.

34. Curent Superiores, ut constitutio interdicens latitaciones munerum, & præscribens hospitalitatis formam, ab omnibus in qualibet Conventu inviolabiliter observeretur.

35. Ut omnis officiorum ambitus occasio precludatur, caveant omnes à directa, vel indirecta vocum, seu suffragiorum procurazione, tam pro se ipsis, quam pro aliis, tum in Capitulis locorum, tum in ceteris præteritem generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi. Quicumque fecerit, præter alias penas, & censuras hactenus contra hujusmodi ambientes in filias, quas in suo robore permanere voluntus, in penam privationis officiorum, quæ obtinent, eo ipso incident, & ad futura quæcumque pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, vel successoribus nostris, & pro qualitate culparum gravius etiam plectantur. Porro supradictas omnes penas ad complices, ac simpliciter scientes, & non revelantes extendimus.

36. In Superiorum, & Officialium omnium electionibus forma præscripta à sacro Concilio Tridentino, & Ordinis Constitutionibus inviolabiliter servetur, jureisque Electores secundum veritatem cuiusque conscientie probiores, ac magis idoneos se electuros, ac propteræ priusquam ad electionem deveniantur, in primis, & ante omnia prælegantur Constitutiones de qualitate, & requisitis eligendorum. Ad officia, gradus, & prælaturas illi præcipue eligantur, qui possint, & consueverint regulas Ordinis, & Constitutiones observare, præsentim quæ pertinent ad servitium Chori, ac vestitum, & viatum communem.

37. Eligantur in Capitulo generali, vel provinciali aliquot

URBANUS OCTAVUS.

67

aliquid graves, & periti ex Fratribus cuiuslibet Provincie, altem tres, qui admittendos ad predicationem verbis Dei, vel audiendas confessiones etiam ipsorum Fratrum, & Lecturas publicas diligenter simul examinent, prius quam probentur, & ad hujusmodi ministeria admittantur. Horum etiam curæ sit examinare, & probare, tam quod doctrinam, quam quoad mores, promovendos ad quoscumque Ordines, in quo servetur decretum Congregationis Interpretum Sacri Concilii. Trid. hac de causa nuper editum, & promulgatum.

38. Illud porrò Superiores omnes in Domino admoneamus, ut memores sint rationis, quam in novissimo die reddituri sunt pro grege sibi commiso, ac propterea omnini studio invigilent, ut quæ in eorundem Ordinum regulis, & constitutionibus de oratione mentali, silentio, jejuniis & capitulo culparum, aliisque spiritualibus exercitiis prudenter, ac piè fancita sunt, ea omnia, & singula ad unguem obseruentur, intelligantque super his veluti fundamentis omnium Religionum ædificia construenda, & amplianda esse, quæ ut faciliorem exitum fortiantur & fructus uberiores in animis Fratrum producant, valde opportunum erit, si in quolibet Conventu singulis hebdomadis habeatur sermo de religiosa disciplina, regulique observantia.

39. Quo verò omnia ordinatè peragantur, appendatur tabella in loco conspicuo uniuscunque Conventus, in qua distinctè adnotetur quid singulis horis cuiusque dì quilibet Frater præstare debeat, ut certo quoque signo præmonitus, majore animi præparatione suo munere satisfacere possit. Quæ Ordinis Constitutiones his Decretis non adversantur, haec inviolatè custodienda erunt.

40. Quibus horum Decretorum capitibus certa pena præscripta non est, arbitrio Generalis, vel alterius immediati superioris infingatur. Ut autem hæc Decreta (donec alia quæ pleniorum reformationem facient, edantur) ab omnibus observari possint, distinctè præcipimus Generibus, ac omnibus aliis quibuscumque Superioribus, ad quos hoc spectat, ut carent, ac efficiant ea omnia inter eorundem Constitutiones perpetuò valituras redigi, interdicta omnino eorum singulis facultate illas declarandi, & adversus eas unquam dispensandi. Alioquin sciant se in penam Generalatus, & officiorum privationis, ac inhabilitatis perpetuae ad alia quoque munera ipso facto, & sine illa exceptione respektive incidisse.

41. Ne verò prætextu dilatae publicationis eorum observatio quoquo modo differri possit, aut impediri, volumus, ut post illorum publicationem in Conventu, vel Monasterio cuiuslibet Ordinis de Urbe factam, Generalem, aliasque Ordinum Superiorum, ceterosque quoscumque fratres præsentes statim, reliquos verò absentes circa montes, unius mensis, ultra montes trium mensium spatio ita attingent, ac si eorum singulis personaliter intima ra fuissent.

42. Insuper mandamus, quod Generales in Conventibus circa montes unius mensis, ultra verò montes, trium mensium cursu Decreta supradicta publicari faciant, sub pena privationis Generalatus, aliisque arbitrio nostro imponendis.

Datum Romæ apud S. Petrum, die 25. mensis Junii 1599.

Aliquid Decretum de licentia obtainenda à Fratribus Romanis.

Decretum illud, quo Fratres Romani petere cum Generali, & Protectoris licentia dumtaxat permisum est, sanctitas sua extendi ad Provincialiem decrevit, ita ut Provincialis ipse ex causa communis totius Provincie dumtaxat facultatem hujusmodi facere valeat, declaravitque penam privationis vocis activæ, & passive contrafacentibus inflictam Sanctitati Sua refervatam esse, interdicta omnino eorum Superioribus singulis, etiam Generali, ac Protectori, facultate illam moderandi, ac relaxandi.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 10. Martii 1601.

Aliquid Decretum super casuum reservationis ab omnibus Regulariis Superioribus observandum.

Sanctissimus Dominus noster qui jampridem auctoritate perpendit, ac te ipsa comperit, quod reservatio suæ cultus absolvendi Religiosos parentes à peccatis quibusdam gravioribus, nisi Superiorum admodum prudenter, ac moderatè illa urantur, nonnullos infirmiores, qui interdum Superiori suo conscientia maculata deteguntur, adducere possit in aeternam damnationis periculum, & spiritualis remedii desperationem.

§. 1. Ideo ut huic malo Sanctitas Sua opportune prospiceret, decretivit, ut nemo ex Regularium Superioribus peccatorum absolutiones sibi referet, exceptus iis, quæ sequuntur, aut omnibus, aut eorum aliquot, prout subditorum utilitati expedire prudenter in Domino judicas vertantur.

1. Veneficia, Incantationes, Sortilegia.

2. Apostasia à Religione, sive habitu dimisso, sive retenso, quando ed perversit, ut extra septa Monasterii, seu Conventus fiat egressio. Nocturna, ac furtiva è Monasterio, seu Conventu egressio, etiam non animo apostataendi facta.

3. Proprietas contra vetum pauperum, quæ sit peccatum mortale. Juramentum fallum in judicio regulari, seu legitimo.

4. Procuratio, auxilium, seu consilium ad abortum faciendum post animatum foetum, etiam effectu non sequutu.

5. Falsificatio manus, aut sigilli Officialium Monasterii, aut Conventus: Furtum de rebus Monasterii, seu Conventus in ea quantitate, quæ sit peccatum mortale.

6. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus.

7. Occisio, aut vulneratio, seu gravis percussio cuiuscumque personæ.

8. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut aperiatio literarum à Superioribus ad inferiores, & ab inferioribus ad Superiorum.

9. Si quod aliud præterea peccatum grave pro Religionis conservatione, aut pro conscientia puritate reservandum videbitur, id non aliter fiat, quam generalis Capituli in toto Ordine, aut Provincialis in Provincia, matrura discussione, & consensu.

§. 2. Non licet Superioribus Regularium confessiones subditorum audire, nisi quando peccatum aliquod reservatum admiserint, aut ipsum subditi sponte, ac proprio motu id ab iis petierint.

§. 3. Superiores in singulis dominibus deputent duos, tres, aut plures Confessarios, pro subditorum numero majori, vel minori, illeque sint docti, prudentes, ac charitate prædicti, qui à non reservatis eos absolvant, & quiibus etiam reservatorum absolutione committantur, quando casus occurrit, in quibus eam debere committi ipse in primis Confessarius judicaverit.

§. 4. Tam superiores pro tempore existentes, quam Confessarii, qui ad superioritatis gradum fierint promoti, caveant diligentissime, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confessione habuerunt, ad exteriorem gubernationem utantur.

§. 5. Licebit tamen Superioribus determinare penitentias graves quibusdam peccatis, etiam non reservatis, à Confessariis imponendas, quæ subditos ab hujusmodi perpetrando cohibent possint.

§. 6. Atque ita per quoscumque Regularium Superioribus, quicumque illi sint, observati mandavit. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ejusvis Concilii, etiam generalis decretis, necnon consuetudinibus, etiam ab immemorabili tempore observatis, aut regulis in generalibus, seu provincialibus capitulis editis, statutis, & constitutionibus etiam Apostolæ autoritate confirmatis, privilegiis, indultis, & concessionibus quorumcumque: quorum tenores hic pro expressis haberi voluit, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 26. mensis Maii, Anno Domini 1593.

F 4 Sanctitas

Sanctitas Sua deinceps declaravit, & declarat, ut si hujusmodi Regularium Confessariis casus aliquius reservati facultatem potestibus Superior dare noluerit, possint nihilominus Confessari illa vice paenitentes Regulares, etiam non obtenta à Superiori facultate absolvere.

Mind de Formula concedendi facultatem pro novitiis ad regularem habuum recipiendis in Monasteriis, & facis desiderio.

*Nunc est in
Bullario im-
positum.*

Sanctissimus in Christo Pater, D. N. D. Clemens di-
svina providentia Papa VIII. cum regularem discipli-
nam restituere, atque in pristinum statum revocare maxi-
me cuperet, regularesque omnes vitam moresque suos ad
rationem ejus instituti, quod quisque professus esset, ita
componere, ut quae ad votorum vim, habitum vi &unque
communem pertinent, ea potissimum singuli religiosissi-
mè observarent, generali decreto, quod de mente Julii
editum, tertia Julii anni 1599. promulgatum fuit, Ordini-
num Religiosorum Superioribus, (nonnullis exceptis)
prohibuit ne aut Novitos recipierent, aut quemquam ad
professionem ante admitterent, quam à Sanctitate Sua
Monasteria aliquot ad eam rem prescripta essent, in qui-
bus observantia regularis vigeret.

*Et vide etid
in decreto
subsequenti.*

Nunc verò eadem Sanctitas Sua à locorum etiam
Ordinariis, quibus id munera demandaverat, certior
facta, infra scriptis Monasteriis, & Conventibus Ordinis
N. præfinitum esse numerum dumtaxat eorum, qui vel
ipsius Monasterii censibus, vel confutis eleemosynis
sustentari ibi commode possent, atque in iis omnia si-
deliter observari, quae sunt cum illorum professionis
perfectione conjuncta, nempe castitatis, paupertatis, &
obedientie vota, una cum ceteris decretis particulari-
bus, vel Instituti ipsius, vel Pontificis, etiam ad viatum,
vestitumque communem spectantibus (ipso decreto, ut
suprà edito, & promulgato, nequaquam obstante) pote-
statem facit Superiori ejusdem Ordinis Novitiatu in
infra scriptis Monasteriis, & Conventibus erigendi, &
Novitos recipiendi, educandi, atque ad professionem ad-
mittendi, modò tamen id ad prescriptum instructionis,
jussi Sue Sanctitatis editum, neque alio modo fiat.
Quoniam verò ea est Sue Sanctitatis mens, & voluntas,
ut in Monasteriis, & Conventibus ad alendos Novitos
præfinitis, regularis observantia perpetuò retineatur,
mandat, & præcipit, ut in ipsius prescriptus jam perso-
narum numerus in posterum servetur, nullusque omni-
no Superior cuiusvis conditionis, personarum, & Novi-
tiorum numerum augere præsumat, ea pena proposita,
ut in omnibus privatis officiis, vocis activæ, & passiva
juvonne amittat. Vult denique Sanctitas Sua, hujusmodi
facultatem per Congregationem Reformationis Apostoli-
hoe Decreto Secretarii manu subscripto concedi, non
obstante Decreto ut suprà promulgato.

Dat. Roma die, &c. Prescribitur verò numerus Sa-
cerdotum . . . Clericorum . . . Novitiorum . . . Con-
versorum autem . . .

N. V'fiationis, & Reformationis Apostolica Sacr.

*Allud Decretum super forma recipiendi Novitos Regularium
ad habuum, & professionem.*

*Sedis An. D.
1601. die 19.
Et sap. in
Bul. in fine
1.3 ubi sum
nihil in man-
gine Apofili-
li, que pro-
priae sibi
ambivit.*

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus Noster Do-
minus Clemens divina providentia Papa Octavianus,
qui alias pro regularis discipline restituzione, singulis
Regularium Ordinibus (quibusdam exceptis) prohibuit,
ne ad regularem habitum Novitos in posterum recipie-
rent, receperovit ad professionem admitterent, quoque
in aliquibus cuiusvis Ordinibus Monasteriis, seu Con-
ventibus (in quibus Novitiam pro recipiendis, & edu-
candis Novitos designarentur, & approbarerent) ad ejus
quæ professi sunt, regulæ prescriptum, vitam moresque
restituente, & componente, certior deinde factus, quod-
dam omnium ferè Ordinum Conventus, seu Monasteria
ad pristinam illam regularem vivendi formam & disci-
plinam, quam diutius desideraverat, fuisse redacta, in

isdem Monasteriis, & Conventibus, ut Novitatus eri-
gi, & Noviti recipi possent, (sub certis tamen legibus,
ac ea præsertim, ut licentia à Congregatione Reforma-
tionis Apostolica prædicta obtenta esset) concilie, & ad illa
designavit, & approbavit. Nunc volens, ut ea quæ pro
Novitorum receptione de mandato Sanctitatis Sue
prescripta fuerunt, in posterum accuratis, & exactius
observentur, ultra formam traditam in Constitutionibus
fel. record. Sixti Pape V. & etiam Sanctitatis Sue super
receptione Novitorum, decrevit, ac præsentis Decreti
virtute mandavit, ne in Conventibus, seu Monasteriis ad
Novitos recipiendos de Sanctitatis Sue, seu dictæ Congre-
gationis Reformationis licentia hacenus designan-
dit, & approbandis.

Noviti ad habitum recipi nullatenus possint, vel ad-
mitti, nisi prius ab ipsa Congregatione, vel à propriis
locorum Ordinariis, aut ab illis in quorum diecesi No-
vitatus existunt, in quibus Noviti recipiendi fuerint,
expresæ, & nominatis Noviti ipsi recipiendi approbati
fuerint, & ut recipi, & admitti possint, licentiam in scri-
ptis (gratis tamen in omnibus, etiam quoad scripturam
concedendam) obtinuerint. Monet autem Sanctitas Sue
eisdem Ordinariis, omnem curam, & diligentiam adhi-
bere, ut circa statem, conditionem, educationem, scien-
tiam, vitam, & mores, ceteraque qualitates in ipsis No-
vitatis requisitas, observentur institutiones pro illis reci-
pientes ab eadem Congregatione Reformationis fide &
publicate, neque alter, nec alio modo aliquem ad habi-
tum recipi permittant. Ordinariorum ipsorum conscienti-
am onerando, si quempiam approbaverint, vel admitti
permiserint, qui non sit idoneus, & juxta constitutions
prædictas approbatus, & admittendus. Firmis nihilomi-
nis remanentibus penitus omnibus contra Superiores
quorumcumque Ordinum, qui in admittendis ad habi-
tum, & professionem Novitiis formam constitutionum,
& institutionum prædictarum non servaverint, aut Noviti-
um aliquem, quantumvis idoneum, & approbatum, in
quovis alio Convento, & loco, seu Monasterio, præter-
quam in hacenus à Sua Sanctitate, vel à dicta Congre-
gatione designatis, & approbatis, seu imposterum designan-
dis, & approbandis, vel ultra numerum in eorum singulis
prescriptum, seu prescribendum receperint, vel admitten-
t, se aliis premissis quovis modo contrafecerint,
irritum ex nunc, & inane decernens quicquid fecus, vel
aliis quavis auctoritate à quovis gestum, vel attentatum
fuerit. Non obstantibus quibuscumque, &c.

Dat. Romæ apud S. Petrum, die 10. Maii 1602. Pont. Dat. P. A.
ejusdem S. D. N. anno 11.

*Ad hoc
orientem pri-
dens domi-*

die 29. M.

*Allud de institutionibus super receptione, & educatione
Novitorum Religiosorum in Monasteriis, & Conven-
tibus designatis, vel designandis, Clementis ejusdem iussu
editum.*

Cum ad regularem disciplinam in singulis Religio-
sorum Monasteriis propagandam, Novitorum in-
stitutio maximè utilis sit, ac necessaria, & nihil ad gra-
vem illam, ac laudissimam prædictorum Patrum vivendi
rationem relaxandam maiorem vim habuisse compertum
sit, quoniam vel nimiam in recipiendis Novitiis facilitatem
supra numerum, quem capere, atque alere Monasteria
ipsa possent, vel negligientiam in probando, & examinan-
do eorum spirituan verè efficiunt Deo, atque ex præcipuo
desiderio illi inserviunt; vel denique incuriam in eis
educandis, atque instituendis. Idcirco, ut hujusmodi in-
commode deinceps occurrit, præcipitur omnibus, &
singulis ad quos spectat, ut in recipiendis Novitiis, &
in eorum institutione, atque educatione, non in ma-
gistro, & aliorum ministrorum electione, præter alia, quæ
in sacris Canonibus, ac Decretis, presertim Concil. Trid.
Pontificiis, & cuiuscumque Ordinibus, aut Instituti con-
stitutionibus continentur, tam in aliis designatia, quoniam
nunc, & imposterum ad hoc designandis Monasteriis, &
Conventibus, hæc quæ sequuntur, inviolatè observari,
& exequi perpetuò current.

*Ego sup
Bulliar. rom.
P. 95. ubi
est in na-
tione Apo-
stoli, gau-
pera hi-
erarchia
emittimus.*

Primum, quod attinet ad Novitorum recipiendo-
rum formam, ultra diligentem perquisitionem, quæ ha-
benda

URBANUS OCTAVUS.

69

benda erit de uniuscujusque natalibus, corporis habitudine, moribus, & vita anteacta, ac praecipue eorum, qui sextumdecimum etatis sue annum excedent, an criminosis, an vero alieno gravati, vel rededenda aliquis administrationis ratione obnoxii sunt, iuxta formam constitutions rec. Sixti V. & Moderationum subsecutarum, illud etiam Superiorum, ad quos spectabit, sedulò perquirant, ut quibus in Monasteriis, & Conventibus, ex Apostolica facultate Novitiatus fuerint instituti, in iis ad Religionem nullus in posterum admittatur, qui & ex honestis parentibus natus non sit, & conditiones sacris Canonibus, Summorumque Pontificum constitutionibus prescriptas non habeat, iuxta Decretum super forma recipiendi Novitios die 19. Maii 1602. editum.

Quisque recipiendus in aliquo Ordine regulari, etiam Mendicantium, in ea si etate constitutus, quam ejus Ordinis, in quo recipietur, regularia instituta, & ordinaciones requirunt, eam verò literarum scientiam calleat, aut illius addiscenda spem indubiam præferat, ut minores, & suis temporibus maiores Ordines, juxta decreta Sacri Conc. Trid. fuscipere valeat. Sed si quis annum vigesimum quintum excedens, ad habitum regularem admitti postulaverit, & talis eruditio in expensis inventus fuerit, in Conversorum tantum, quibus literarum scientia non est necessaria, numerum referatur, ipsi autem Conversi non recipiantur ante vigesimum etatis sue annum, & nisi saltem præcipua Doctrinae Christianæ capita novent.

Demum Superiorum diligenter exquirant, quo spiritu, qua mente, ac voluntate id regularis vita genus elegerint, quem libi finem proposuerint, num zelo melioris frugis, ac perfectioris vita, & ut Deo liberius famulari possint, an potius levitate, vel humano aliquo affectu, aut inordinato animi ducantur, & an eorum parentes ope, & subdio ipsorum indigentes destituantur.

Providant quoque, ut omnes etiam Conversi recipiendi, priusquam ad habitum regularem admittantur, ab iis, quibus munus hoc incumbit, de regula, quam professuri sunt, tribus votis essentialibus, statuque regulari, & aliis cuiusque Ordinis peculiaribus institutis, & constitutibus diligenter instruantur. Et quia quarundam Religionum moris est nudum Conversos ad professionem admittendos, verum & oblatos, ut vocant, recipere, circa ipsorum oblatorum receptionem unaquaque Religio suas peculiares Constitutiones, specialiaque instituta observare tenetur.

Statim atque Novitii ad habitum recepti, & in locum Novitiatus introduci fuerint, per generalem omnium peccatorum confessionem totius anteactæ vita conscientiam discutiant, & expurgent.

Quod verò ad loci qualitatem uniuscujusque Novitiatus spectat, locus hujusmodi propria clausura ab ea parte Conventus, & Monasterii, in qua degunt professi, segregatus sit, atque distinctus, habeatque tot ad dormientium cellulas separatas, quot erunt numero Novitii, vel dormitorium ita capax, ut pro singulis singuli lectuli commode sterni possint, in quo etiam cellula, vel certus, ac determinatus locus pro Magistro, ejusque socio reperiatur.

In eo etiam, præter alias communes commoditates, apertus locus adspirituales collationes, seu conferencias faciendas, ac lectiones, instructionesque Magistri audiendas, & in quem hyemis tempore ad calefaciendum seigne communis recipiant.

Oratorium infuper, seu Capella, si commode fieri poterit, ad Novitios in spiritualibus, præfertim in cælestiis, Ecclesiasticisque functionibus exercendos.

Hortus quoque peculiaris ad honestam recreationem bene conclusus, atque munitus adit, sin minus hortum cæteris Fratribus communem recreationis tempore ingrediantur. Ipsiis verò novitiis ibi commorantibus, curabit Magister cum loci Superioris auctoritate (si opus fuerit) ne in eundem quisquam alius ingrediatur.

Ad hujusmodi locum Novitiatus nemini ejusdem, vel alterius ordinis Regulari, etiam Conventus, & Monasterii Officiali, ullo unquam tempore sub quovis prætextu aditus pateat, præterquam Magistro, ejusque socio, ac etiam

Monasterii, aut Conventus Superiori, & quandocumque ingrediendum sibi necessarium existimaverit, & quo tamen calu aliquem semper ex senioribus Conventus, & Monasterii Patribus socium assimat.

Hujus loci clausure clavis apud Magistrum semper asseretur, illique soli licet ex gravi tantum causa ingressum illuc alicui permittere: si quis autem Novitiorum quæcumque alloqui voluerit, Magistro præfente, & non aliter alloquatur.

Novitiorum Magistro socius, si per Novitiotum instruendorum multitudinem necessarius fuerit, vita, & moribus (quoad fieri poterit) consimilis deputetur, qui in his, quæ ad Novitiatum regimen spectant, dicto Magistro immediate subiectus existat, eliganturque tam Magister, quam socius per provinciale Capitulum, per triennium ad minus onus hujusmodi subituri. Quod si aliquo casu extra tempus capitulare nova loca Novitiatus concedi contingat, tunc electionem Magistri Novitiorum & socii hujusmodi in his novis locis per Generalem, seu Ministrum, aut eorum Visitatores seu Vicarios, de Definitorum tamen, vel graviorum aliorum Patrium consensu fieri permittratur, idemque servetur, si intra triennium, alterum, vel utrumque urgenti aliqua de causa ex illis locis amoveri vel moti contigerit, in eis, vel quorum locutis alii consimiles subrogari debeant.

Tam Novitiorum Magister, quam socius ab iis omnibus officiis, oneribusque vacationem habent, que Novitiorum curam, & regimen impeditre valeant. Ipse Magister sacerdotali ordine sit initatus, ac in quinto saltene supra trigesimum etatis sue anno constitutus, & per decennium à professione emissa in Religione persistenter. Socius verò trigesimum annum excedat, siueque ambo doctrina, & quantum per Superiorum diligentiam, & vires fieri poterit, vita etiam anteactæ exemplo præstantes, orationis præterea, & mortificationis operibus addicti, prudenter, charitatèque referti, non sine affabilitate graves, zeulum Dei cum manu eruditione præferentes, ab omni cordis, ac animi perturbatione, ab ira præsertim & indignatione, quæ in se & erga alios charitatem impeditre conseruerunt, quamlongi simè alieni, & tales demum, qui in omnibus scipios bonorum operum exemplum præbeant, ut ii, qui eorum curæ subsunt, illos non tam meruant, quæ reverantur, nec illis unquam detrahere quicquam possint.

Habet etiam Magister plenam & absolutam potestatem circa Novitiorum instructionem, ac Novitiatus regimen, ut in illis nemini (Visitatoribus, ac Superioribus majoribus, vel etiam localibus exceptis) quovis colore se ingerere liceat.

Curam adhibeat diligenter, ut Novitii omnes in regulari disciplina sedulò exerceantur, agnoscantque præcipue divinæ, qua digni facti sunt, vocationis præstantiam, & excellentiam, quæ vera sit atque perfecta votorum solemnium, & quam necessaria cujusque Ordinis Constitutionem observantia: modum in oratione, tum vocali, tum mentali fructuose persistendi, illicitas passiones, & vitia ad quæ natura per peccatum labefactata, omni tempore prona est, atque proclivis, per sensuum custodiam & mortificationem cohibendi, austritatem, jejunia, cilicias, disciplinas, conscientias puritatem, crebram illius discussiōnem, Sacramentorum frequentiam, confessionis præsertim, quæ bis saltem singulis mensibus fiat, per apertōrem quotidianam motuum internorum, cordis, & tentationem manifestationem, per exercitium humilitatis, circa viliora ministeria, per modestiam in omnibus actionibus, diuturnumque silentium.

Quilibet Novitus bis quotidie orationi mentali, & vocali incumbat, unusquisque secundum propriam capacitatem, & ordinem sibi à Magistro præscriptum, ac plures in die propriam conscientiam unusquisque examinare contendat. Ipsi autem Magistro soli Novitiorum confessiones audiendi cura committatur. Licet tamen Superiori, etiam locali, si ita expedire judicaverit, vel per scipsum, vel per alium ab eo deputandum, semel aut bis in anno eundem Novitiorum confessiones audire.

Quotidie Missæ sacrificio inter sint, & statuti horis in Choro, nocturnis, diurnisque divinis Officiis assistant.

Exceret

Exercitationibus etiam corporalibus vacent, legant, vel scribant res spirituales, modestam animi recreationem interponant, quae in solitario loco, & commodo extra Novitatum tempore in hebdomada, vel in alterius saltem hebdomadibus longior statuatur, sicutque semper Magistro presente, vel socio, qui multum invigilat, ne duo ab aliis commoretur disjuncti, atque eo tempore, cujusque in quam natura feratur, propensionem scrutatur.

Non licet eis, durante Novitatus, & Probationis tempore, una cum Professis, nisi in Choro & in Ecclesia tempore officiorum, in processionibus, aut in cœnaculo, causa refectionis commorari, nec permittatur eis Professos domos exentes comitari.

Pro communibus, & propriis cujusque necessitatibus, quæ accidere possunt, unus ex Novitiis ipsis ætate, moribusque prosector deputetur, qui absente socio, Magistro permittente, omnia prout opus fuerit, agat, cui etiam janius custodia, & rerum levioris momenti provisio intra Novitatum committi poterit.

Cum autem, licet Clericorum bene instituendorum cura debat esse præcipua, Conversorum tamen religiosa instrucción non sit prætermittenda, quin potius æquanimiter amplexanda, quandoquidem satis exploratum est, istorum etiam, cum regulam profiteantur eandem, perferam educationem tum Religiōni decorēm, & ornamenti, tum aliis Christi fidelibus edificationem, exemplum atque utilitatem afferre, Conversus ipsis à Clericorum Novitatu separatus ad dormendum locus (quantum commodè fieri poterit) assignati præcipitur. Illi tamen, hac separatione non obstante, Magistro Novitiorum, seu Superioribus Monasteriorum, & Conventuum juxta cujusque Ordinis Statuta, & Constitutiones subditi esse & obedientiam præstat debent, a quo non tantum circa corporalia obsequia probandi, & exercendi, verū etiam pro eorum capacitate, & commoditate, de spiritualibus, præsertim de modo mentaliter orandi, diligenter instruendi erunt, quod ut commodius fiat, ad Capitula, & spirituiles Conciones, quæ per Magistros Novitii fieri solent, accessiri debeant, & in Ecclesiis statutis horis convenienti, nisi tunc in suis officiis actualiter occupati fuerint.

Tempore vero probationis elapsō, ii tantum, qui non solum religiose perfectionis capaces, sed ad laborem corporalem apti novo, ac diligent examine reperti fuerint (cummodo ætatis sua annum quoad Clericos decimquartum, quo vero ad Conversos, vigesimumprimum excesserint) ad professionem admittantur. Sed qui ad Conversorum habitum recepti fuerint, ad Clericorum statutum transire etiam durante tempore probationis, non possint.

Superior cuiuslibet Conventus, in quo Novitatus fuerit constitutus, particularem librum habeat, in quo Novitii professio registretur, illamque Novitus professoris propria manu, & duo testes qui præsentes fuerint, subscriptient.

Conversus vero litterarum ignarus professoris, in eorumdem testium qui se subscripterint, prætentia propria manu signum Crucis apponat, a serveturque liber, & custodiatur in Archivio, ubi scriptura ad Monasterium, seu Conventum pertinentes reponi consueverunt.

Quia vero in quibusdam Ordinibus filiationis usus est receptus, declaratur, quod licet decretum sit, ut Novitius educandis certa Monasteria, aut Conventus hujusmodi Ordinum, in quibus filiationis usus est, eos quos prænarratis qualitatibus suffultos repererint, in suorum locorum filios, juxta cujusque Ordinis constitutiones adscribere, sicque adscriptos, cum juxta præsentes Institutiones, & alijs ferratis servandis ad Ordinem recepti fuerint, ad loca Novitiatum cum testimonialibus literis transmittere, ubi tanquam dictorum Conventuum, seu Monasteriorum filii, corundem nomine, & instantia recipi, ac in Novitatu probari, & deinde antequam ad eadem Monasteria, seu Conventus filiationis hujusmodi remittantur, in professorio ad perfectionem, ut præmissum est, exerceri debent.

Porrò, ne loca unius Monasterii, seu Conventus ab alio preoccupentur, Capituli generalis, aut Provincialis partes erunt numerum præscribere pro oīsibus, & eam simili ratione circa alimentorum contributionem (si opus fuerit) inire, ac singulis Conventibus, & Monasteriis præscribere que magis expedite videbitur.

Ut autem Novitii jam in Professorum numerum (sicut præmittitur) recepti, melius in bono spiritu, regulariisque disciplina observantia stabiliantur, & confirmantur, mandatur ut statim post professionem emissam, si in Conventibus, aut Monasteriis pro Novitiatibus assignatis locus aderit secundi Novitiatum, sive Professorum, ab ea, quæ Novitiorum est, atque antiquorum Professorum habitatione distinguitur, & segregatis, ibi collocentur, si Monasterium aut Conventus eos alere queat, sin minus, in aliud commodiorem Conventum, aut Monasterium transferantur, in quo is locus cum requisitis ad Novitatum supranarratis reperiatur, vel accommodetur, aut de novo construantur.

Ab hoc tamen illas Religiones excipiuntur, quæ suarum Constitutionum, seu institutorum vigore majoris temporis cursu novos professos intra Novitatum detinere consuecent, quibus in hac parte non derogatur, illis tamen præmittitur, ut prædictis earum Constitutionibus non obstantibus, id ipsum facere possint, si id ratione, ac Religiōni magis expedite judicaverint, quibus in locis degant sub regulis, & modo vivendi adhuc anteriori, quam servent antiquiores professi, ita quod in negotiis Monasteriorum, aut Conventuum non se intromittere, nec communibus tractatibus interesse, neque alicuius exterioris obedientiæ officium exercere debent, ibique permaneant, quoque ad ætatem Sacris Ordinibus suscipiens sufficienter devenient, vel saltem per triennium post professionem, quo etiam tempore poterunt, quin immo & debebunt litterarum studiis operam navare sub directione, ac regimine Superioris, qui eas qualitates habeat, qui bus Novitiorum Magistrum prædictum esse oportere dicunt est.

Declaratur tamen quod propter præmissa non censeatur concessa licentia recipiendi Novitos in locis, nisi Novitiatibus designatis, aut imposterum designandis, & pro numero dumtaxat in eorum singulis præscripto, vel præscribendo.

Denique si illi, qui inter Religiosos gradu, & ordine superioribus sunt, & alii, ad quos spectat, in prædictis omnibus, vel eorum aliquo deliquerint, seu quovis modo contrafecerint, officiorum omnium que tunc obtinebunt privationem, gravioresque pro modo admissæ culpe penas se subiituros certi sciant.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, die 19. Martii 1603. Ant. Seneca Reformationis Apost. Sec.

Anno 1624. Indictione 7. Pont. auctum Sanctiss. Domini Publicatio N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus Secundo, die vero vigesima sexta mensis Octobris, supradicta Decreta, tam Sacra Congregationis Concilii, quam San. mem. Clem. VII. affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basiliacarum Sancti Iohannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, necnon in aie Campi Flora, ut moris est, per nos Camiliū Fundatum, & Julianum Marcielium Curioses Sanctissimi.

Brandimartes Latinus Pro Magistro DD. Curs.

Deputatio Francisci Ubaldi Sac. Rotæ Auditoris in Præsidentem & Judicem Probationum Equitum Religionis Militia Christianæ. XXIX.

Erexit hic Pont. Militiam istam in sua constitutio. Imperscrutabilis, hic sap. ubi notavi. Hanc autem deputationem posui ad cognoscendum defensate Indicis hujus Militia.

VRBANVS

URBANUS OCTAVIUS.

71

*Educa An.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1624. Dilecto fili Salvi, & Apostolicam benedictionem.*

*propositum
opus militis
glorie.*
§.1. Cum Nos super supplicationibus dilectorum filiorum nobilium virorum Ferdinandi Mantus, ac Catoli Niverni. Ducum, necnon Adolphi Comitis de Althan Nobis humiliter porrectis inclinati, unam militiam Christianam nuncupandam sub titulo Conceptio-nis B. Marie Virginis Immaculatae, sub certis modo, & forma tunc exprellis, Apostol. auctoritate exerimus, & instituerimus, prout in nostris sub plumbō desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis habeti volumps, plenius continetur.

Judicis deputatio, de quo in rubr.
§.2. Idcirco, ut eorum, qui habitum per dicta Militia Fratres Milites gestari solitum suscepimus, professionem per eosdem consuetam expresse emittere voluerint, regulares nobilitatis, & aliorum requisitorum probationes regete, & juxta ejusdem Militia Statuta Apost. auctoritate confirmata hant, quantum cum Domino possumus, providere volentes, ac de tua fide, prudentia, integritate, doctrina, rerumque experientia plurimam in Domino confisi, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apost. potestatis plenitude, Te in praesidentem, seu Judicem probacionum praedictarum, cum omnibus, & singulis honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis solitis, & consuetis, ad nostrum beneplacitum tenore praesentium facimus, & constitutus & deputamus, tibique ut probaciones praedictas, sufficietes, vel non sufficietes iuxta ejusdem Militia Statuta, seu stabilimenta eadem auctoritate confirmata decernere, & declarare in actis Notacii per te eligendi, & nominandi, aliaque omnia, & singula in praemissis, & circa ea necessaria, & opportuna facere, gerere, & exequi liberè & libite possis, & valeas, auctoritate, & tenore praesentium plenam, liberam, & amplam facultatem, & auctoritatē concedimus, & impartimur.

*Contrariis derogat.
Dat. P. An. 2.
die 26. Sept.*
§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatiobibus Apost. ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romae apud S. Mariam Majorum, sub annulo Piscatoris, die 26. Sept. 1624. Pont. nostri anno 2.

XXX. Revocatio concessionum diversorum Officiorum, ac Privilegiorum, Exemptionum, Gratiarum & Indultorum, in præjudicium Sedis & Cam. Apost. emanatarum.

Ad hujusmodi materiam plures extant Pontificia Constitutiones, quarum principia sunt à me indicata hic in Apostillis.

*Educa An.D. V R B A N V S E P I S C O P V S,
1624. Servus Servorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam.*

Causa hujus. Superne benignitas Conditoris, cuius admirabilis præreverendissima gaudia reguntur, cum nullis nostris suffragantibus meritis, Nos ad sublime everxit Apostolica dignitatis fastigium, universam Reipublicam curam ad ipsius Dei laudem amplectentes, ad hoc inter alia nostra Pastoralis vigilantis studium duximus adhibendum, ut officia tam Romanæ Curie, quam alia ad Sedem Apostolicam pertinentia à probatis viris exerceantur, ac illa personis idoneis, modoque debito conferantur, Cam. Apostolicæ, quam ob variis superiorum temporum causas magno ære alieno constato, & ejus æratio exhausto, in maximis reddituum, & pecuniariatum angustias incidisse compertimus, ab ære alieno, ac angustiis hujusmodi, quantum in Nobis est sublevetur, frumentorum, & aliarum rerum ad communem vitæ usum pertinentium copia in hac Urbe nostra, & reliquo Stato Ecclesiastico conservetur, & vigeat, ejusdem Sedis auctoritas, & Romanæ Curie dignitas eluceat, ac per debitam reformationis, & provisionis occursum, impedimentis quibuscumque sublati, omnia prosperè dirigantur, ac justitia duce, quod

suum est unicuique tributatur, felicique profectu virtus undique sufficiat incrementum.

§.1. Cū itaque inter cetera, que mentem nostram non modice perturbarunt atque perturbant, invenimus pleraque Sedis, & Camere prædictarum officia seu munera, præsertim administrationem habentia, & que amabilitas sunt & esse debent, tam in Urbe, quam extra eam, contra eorum naturam, & consuetudinem, peccatum ambitionem, & importunitatem (ut credimus) impetrantium ad vitam, & non solum unius, verum plurimum etiam personarum concessa fuisse, necnon super illis, & alijs etiam illis, ac aliis Romanæ Curie prædictis officiis, etiam perpetuis, coadjutoriorum cum futura coadjutorum successione factas, & futura conditutas esse: quo sit, ut eadē officia, que anteā personis benemeritis, & idoneis, ac doctrina, prudentia, & consilio prædictis, experientaque, & tate maturis concessa sunt, interdum ad personas minus idoneas, coadjutoriorum nomine devenant, in Sedis, & Curie hujusmodi dignitatis diminutionem, & ipsorum officiorum detrimentum.

§.2. Et licet plerique Romani Pontifices Prædecessores nostri, & novissime fel. record. Paulus Papa Quintus ad inderanigati Camere prædictæ, necnon Communia-tum, & universitatum status Ecclesiastici opportunè consilendum, ac etiam ad ubertatem Annonæ, & Græcie in Urbe, Statuque prædictis conservandam, & augendam, plures constitutiones ediderint.

§.3. Et inter alia idem Paulus Prædecessor per binas in forma Brevis editas constitutiones, in una videlicet omnes & quascumque immunitates, & exemptiones à solutione Gabellarum, Datiorum, Impotionum, & aliorum onerum Cameralium quorumcumque, & que etiam per Communities, & Universitates pro corundem onerum Cameralium solutione, & publicorum munierum supportatione induta & imposta, ac exigī solita erant.

§.4. Necnon assignationes, & provisiores super Cameræ prædictæ redditibus, & juribus, pénarum quoque maleficiorum applications, appropriations, ceteraque illarum, & Cancelleriarum, sive bancharum ci-vilium, & criminalium, ac Secretiarum, & illarum emolumentorum, quam bonorum, & jurium ejusdem Camere, cuiusvis qualitatis, & quantitatis, gratias, & concessiones, in præjudicium ipsius Camere eatenus concessas, & factas.

§.5. Et in altera omnia, & singula ac quæcumque pri-vilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumi-na, animalia, oleum & alia, tam Annonam, quam Græciam concernentia, etiam in propriis eorum prædiis, posse-sionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, ex quibuscumque status nostri Ecclesiastici temporalis ro-vincis, ac Civitatibus, terris, Castris, & Locis, eorumque territoriis & districribus Nobis & S. R. E. mediatè vel immediate quomodolibet subiectis extrahendi, simili-ter eatenus concessa, præterquam quoad aliqua tunc expressa, ac alias modo, & forma eisdem constitutionibus, & literis desuper expeditis contentis revocaverit, & Prædecessorum suorum prædictorum constitutiones, & literas desuper expeditas, & omnia in eis contenta perpetuè approbando, confirmando, & innovando, illas, & illa, ex tunc de cetero observari man-daverit, ac frumenta, blada, legumina, oleum, animalia, & alia prædicta extra Statum Ecclesiasticum extrahi sub excommunicatione, & aliis gravissimis penis de novo expressè prohibuerit.

§.6. Et postrem idem Paulus prædecessor ad tollendam omnem dubitationem super ultimè dicta constitu-tione excitatam, per suam Motus proprii cedula dicte vi-gesima sexta Augusti anni Domini 1626. publicatam sub ultima dicta ejus constitutione quæcumque loca S. R. E. mediatè subiecta comprehendit, & comprehensa fuisse, & esse declaraverit, & quatenus opus sit, illam cum omnibus in ea contentis ad loca prædicta extenderit, & ampliaverit, prout in eisdem constitutionibus, & cedula la-tius continetur.

§.7. Nihilominus cum acceptimus nonnullos contra dictas constitutiones & literas eisdem immunitates, exemptiones, privilegia, extrahendique facultates, & gratias que

que antea ei concessa fuerant, confirmari, & innovari, ac dñm concessiones, extensiones, & prorogationes quā in pristinum statum restituī, ac respectivē tam ipsos, quam oīmū hujusmodi, tanquam apprīmē prejudiciale, ac alios, etiam Communitates, Universitatis, Collegia, & Reipublice, bonoque gubernio damnosas reprobamus, loca diversa forsan majora, & etiam quod in quibusdam Provinciis, Civitatibus, & locis spolia Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum meri, & colligi non possint, & alia privilegia Sedi, & Camerae prædictis, Romanique Pont. supremi potestati, ac ejusdem, & Sedis, & Rom. Curie dignitatis, & auctoritati prejudiciale sibi dari, & concedi impretrasse, & obtinuisse, seu potius extortissse.

Hic illud P. 1.
expansus e. r.
reputates, &
projiciunt
colligere volentes,
tidic augentur, & hunc, ē medio tollere volentes, Motu
proprio, non ad alienius super hoc Nobis oblate peti-
tions instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione
noscit, ac de A. post. potestatis plenitudine, hac perpetuā
valitura constitutione in primis omnes, & quascumque
ad quævis officia, & munera etiam collegiata, etiam mi-
litaria, et etiam venalia, tam perpetua, quā tempora-
lia Sedis, & Cam. Apost. ac Rom. Cur. & tam in Urbe
dum apud, ut
veneris ad id
pum virem it-
tas obri-
stionem, aut
a tunc vaca-
tum, offi-
cium foris
non pos-
sunt perpe-
rat, O pro
regulationes re-
veras.
Vide etiam
inf. §. 10.

outique hujusmodi, tanquam apprīmē prejudiciale, ac

Reipublice, bonoque gubernio damnosas reprobamus,

ac in posterum fieri prohibemus.

§. 9. Quinimum omnia etiam & singula officia, seu munera, tam in dicta Urbe, quam extra eam, & in quibus Regnis & Dominiis consistentia, pro quibus servaria de pecunia Camerae nostre predicta perolvuntur, seu que negotiorum, vel pecuniarum Camerae predicta administrationem, vel caularum tam civilium, quam criminalium cognitionem, advocationem, defensionem, procurationem, seu sollicitationem habent, per quosvis etiam Sedis Apostolicæ, & Romanae Ecclesiæ officiales, & ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos conferti, seu concedi solita (non tam ea, que ab initio venalia, vacabili, & perpetua legitimè creta ratione officiorum majorum, quæ obtinent, eis specialiter assignata, seu concessa sunt, in quibus aliquid innovare non intenduntur) nostræ, Romanorumque Pontificum successorum nostrorum dispositioni ita reservamus, ut ex nunc in perpetuum, & quandocumque illa à nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutum quibus libuerit, quibuscumque deputationibus, & concessionibus per officiales etiam Cardinales, & Legatos prædictos quibusvis personis quomodo libet hactenus factis, & in posterum forsan faciendis minimè obstantibus, dari, & concedi possint.

Officiale
etiam . pro
quibus se-
rvia de per-
nit. Camerae
predicta
administrationem
vel que illi
er. ministerium
defensionem
vel sollicitio
sionem habet
(aliquibus
hic exceptis)
fieri, & sec
cofervias p.
refrigerat.

§. 8. Nos pro debito pastoralis officii hos, & alios abu-

sus & corruptelas, necnon damnæ, & prejudicia, que

circa premittit hactenus irreperuntur, & facta sunt, ac quo-

collere volunt, tunc augentur, & hanc, ē medio tollere volentes, Motu

proprio, non ad alienius super hoc Nobis oblate peti-

tions instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione

noscit, ac de A. post. potestatis plenitudine, hac perpetuā

valitura constitutione in primis omnes, & quascumque

ad quævis officia, & munera etiam collegiata, etiam mi-

litaria, et etiam venalia, tam perpetua, quā tempora-

lia Sedis, & Cam. Apost. ac Rom. Cur. & tam in Urbe

dum apud, ut
veneris ad id
pum virem it-
tas obri-
stionem, aut
a tunc vaca-
tum, offi-
cium foris
non pos-
sunt perpe-
rat, O pro
regulationes re-
veras.
Vide etiam
inf. §. 10.

aliquid innovare non intenduntur) nostræ, Romanorumque Pontificum successorum nostrorum dispositioni ita reservamus, ut ex nunc in perpetuum, & quandocumque illa à nobis, & successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutum quibus libuerit, quibuscumque deputationibus, & concessionibus per officiales etiam Cardinales, & Legatos prædictos quibusvis personis quomodo libet hactenus factis, & in posterum forsan faciendis minimè obstantibus, dari, & concedi possint.

§. 10. Cum Nos ab omnibus officiorum coadjutoriis, Coadjutoria
& coadjutorum deputationibus hujusmodi, necnon ab & supradic-
corundem officiorum, & munera ad vitam plurium personarum, seu & officiorum
personarum, five etiam unius, contra eorum primævam
institutionem, seu antiquam consuetudinem concessio-
nibus, deputationibus, confirmationibus, & proroga-
tionibus de cetero abstineremus intendimus, & que Nobis
licere non patimur, ac videntur incongrui, & prejudiciale, successoribus nostris Romanis Pontificibus
etiam indicamus, & sic neque eosdem successores no-
stros Rom. Pont. similia concessuros esse arbitremur, ob
id omnes, & quascumque similares, vel dissimiles conce-
ssiones, deputationes, confirmationes, extensiones, & pro-
rogationes, que contra præsentium formam, & tenorem
etiam in remunerationem laborum, metitorum, ac etiam
prætextu expensarum factarum, dannorum passorum, ac
illorum intuitu, aut ex quavis alia causa, per quovis
Prædecessores nostros Rom. Pont. Sedemque prædictam,
& illius officiales, etiam Motu simili, & cum quibusvis
decretis, & clausulis etiam derogatoriarum derogatoriis,
& alijs quomodolibet ad favorem quarumcumque per-
sonarum factas, & concessas, veluti quandam imagi-
nem hæreditaria successionis representantes, ac dictæ
Sedi, bono publico, ac ipsis officiis perniciose, &
quascumque literas etiam sub plumbo, & in alia quavis
forma expeditas, cum omnibus inde sequutis, que hacte-
nus tamen per obitum illa obtinendum, aut aliam quam-
cumque vacationem effectum sortita non sunt, necnon
quod illarum perpetuitatem quascumque concessiones,
confirmationes, extensiones, seu prorogationes ad vitam
officiorum & munera quorūcumque, præsertim ne-
gotiorum, & pecuniarum dictæ Camerae administratio-
nem, vel caularum civilium, seu criminalium cogni-
tionem, advocationem, defensionem, seu etiam procu-
rationem, & sollicitationem concernentem, ad colla-
tionem, concessionem, & deputationem scilicet pro
tempore Romani Pontificis, Sedisque prædictæ spectan-
tium, quæ primævæ eorum erectione, seu ex inveniente
confuetudine perpetua, & ad vitam concedi solita, seu
collegialia non sunt, ac etiam ea que extra Romanam
curiam exercentur per quoscumque Prædecessores no-
stros Romanos Pontifices, ac Nos, Sedemque prædictam
ex quavis causa, etiam Motu simili, & ex certa scientia,
& de simili potestatis plenitudine in favorem quoru-
vis personarum, cum quibusvis decretis, & clausulis,
etiam insolitis, & derogatoriarum derogatoriis, & alijs
quomodolibet factas revocamus, ac irritas declaramus,
irrit in re, vel ad rem, five in possessorio, five in peti-
torio, etiam ad plures actus positivos, & possessarios
deventum fuerit, coadjutoribus, & deputatis acquisitum
jus dici aut censeri non possit, sed officia, & munera pre-
dictæ libera sint, & remaneant, ac ut prius liberè conferri,
& concedi possint, & quæ ac si coadjutoris & coadjuto-
rum deputationes, & constitutiones, ac corundem offi-
ciorum concessiones, extensiones, & prorogationes mi-
nimè facta suissent, ac in futurum coadjutorias, & coad-
jutorum deputationes, & constitutiones, ac officiorum, &
munerum prædictorum, ad plurimum, vel unius vitam con-
tra primævam eorum naturam, & antiquam consuetu-

minime

obstat.

etiam . pro
quibus se-
rvia de per-
nit. Camerae
predicta
administrationem
vel que illi
er. ministerium
defensionem
vel sollicitio
sionem habet
(aliquibus
hic exceptis)
fieri, & sec
cofervias p.
refrigerat.

§. 11. Præterea pro indemnitate Camerae nostre, ac

ubertate Annong, & Grascie, tam in Urbe, quam toto

Stato Ecclesiastico conservanda, prædictorum Pauli V.

& aliorum Romanorum Pontificum prædecessorum no-

strorum vestigiis inharentes, illorumque constitutiones

etiam opportuna extendentes, Motu, scientia, & po-

state similibus omnibus, & quascumque immunitates, &

exemptiones à solutione subsidii triennalis, quatuorreni car-

nis, taxarum equorum, tallearum, censuum, Archivii, fo-

gliettæ, tritemon, utenfilium, necnon Dohanarum, Ga-

bellarum, Datiorum, taxa portus Ancone, quatuoren-

rum, tractarum, & aliarum impositionum, & onerum

Camerarium, & etiam eorum, que per Communitates,

& Universitates pro corundem onerum Cameralium so-

lutione, & publicorum munerum suppertatione, ac pro

viis, & pontibus construendis, & manutenendis, seu alias

indicta, & imposita, ac exigunt solita sunt, ac etiam reci-

piendi, & hospitanti milites, & Sedis Apost. officiales,

barigelles, executores, aliosque justitie ministros, eisque

utensilia alia necessaria subministrandi, ac aliorum quo-

rūcumque, tam realium, quam personalium, seu mix-

torum, ordinariorumque & extraordinariorum quoru-

mque.

Exemptione
à solutione
morti Camer-
ariorum om-
ni abrogat.

Huius Pauli
empti. s. 1.
1. tom. 3.

Tu vide mo-
derationis illi
& hæc insi-
gna.

S. 18. & sig.

ibidem in-
dicavit alia
huiusmodi
revocatione.

1. tom. 3.

URBANUS OCTAVUS.

73

constitutionis ejusdem Pauli predecessoris in favorem Curialium, & Incolarum dictæ Urbis editæ, quæ suo labore permanere, & omnino servari volumus / & cliepiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum spolia hant, & colligantur. Commissarii & Collectores spoliorum, & jurium dictæ Cameræ debitorum in eis non retineantur, vel ad ea non transmittantur, seu in illicet negotiacionis dispositionem contra constitutiones pia mem. Pii V. etiam predecessoris nostri in illegitimos factarium, apostatarum, & clericorum extra residuum decadentium, seu aliis causis non procedatur.

§. 13. Ac omnes etiam, & singulas provisiones, assignationes super Cameræ predictæ redditibus, & juribus, pecuniarum quoque maleficiorum, & introitu applicaciones, appropriations, necnon Cancellariarum, Notariatum, seu Bancharum civilium, & criminalium Secretariorum, & illarum emolumentorum, allorumque iurium, & honorum stabilium Cameræ, & Communiatum prædictarum, cuiusvis qualitatæ & quantitatæ gratias, concessiones, & alienationes quæcumque in præjudicium earundem Cameræ, & Communiatum.

§. 14. Necnon indulta de bonis stabilibus, & juribus ejusdem Cameræ in civitate nostra & districtu Ferrarensi, seu alibi consistenter, certis personis tantum inseparabili, per Pia mem. Greg. PP. XV. etiam predecessorem nostrum concessa.

§. 15. Ac omnia, & singula privilegia, licentias, & facultates, frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, olivas, & alia quæcumque, tam Annanam, quam Graciam concernientia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore récolecta, tam ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quam etiam ad loca mediata, vel immediata Sedi Apostolice subjecta, præterquam ad Urbem prædictam asportandi, etiam tempore Annona difficultas, & pro usu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibusvis Molendinis molendi, sive terra, sive mari, vel per aquam dulcem, ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporaliis Provinciis, & etiam à dictæ Urbe, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territoriis, & districtibus, Nobis & dictæ Sanctæ Romane Ecclesiæ mediata, vel immediata subiectis extrahendi, aut illa ultra usum contra tamen formam constitutionum, & ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum desuper editorum, & edendorum emendi, ac ut dicitur, etiam incertandi, per quocumque Predecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam Motu proprio & consistorialiter, ac Sanctæ Romane Ecclesiæ Camerarium, & Cameram prædictam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gouvernatores, Officiales, & Ministros, quibusvis etiam Avenionen, Ferrarensi, Beneventani, & alijs etiam speciali nota dignis Civitatibus, & illarum Regiminibus, Communatibus, & Universitatibus, necnon familiis, nobilibus, Principibus, Ducibus, & Marchionibus, Baronibus, Domicellis, & quibusvis alijs personis quacumque, etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tam seculari, quam Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam professe, & filiis, eorumque hæreditibus, & descendenter, necnon familiaribus, & inferuentibus, coloniis etiam paratiis, laboratoribus, & affidatiis, ac pro eorum Civitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, Prædiis, Vineis, & alijs bonis stabilibus, fructibus, juribus, & actionibus perpetuis, vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, & etiam causa emporiorum, seu nundinarum, etiam publicarum, aut alijs, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, dannorum passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in appaltatum, seu locationum instrumentis provisum, & cautum sit, illas observari debere. Appaltatoresque, & Conductores ad illatum observationem teneri, ac illas quomodocumque, & qualitercumque hæstanus, in genere, vel in specie, tam

Bullar. Mag. Tom. IV.

ante, quam post ejusdem Pauli V. & aliorum Predecessorum predicatorum, & quæcumque data, factæ, seu confirmatas, restitutas, restitutæ, aut alijs concessas, & hanc, etiam auctoritate Juslicis securi quæcumque, etiam perpetuæ Motu, scientia, & potestate similibus revocari, & abrogamus.

§. 16. Necnon similis memorie Pauli III. & Iulii Confessionis Pontificum hiemantorum prædecessorum contra sapientiam dicitur.

V. 1. Emilior Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & quæ incipit: In maximis rerum dif-

ficultatibus, per predicationem Paulum V. prædecessorem, extrahentes sub Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub Annulo

Piscatoris, die 23. Decemboris 1605. Pontificatus sui

Anno 1. editus constitutiones exemptionum, imuni-

tationum, concessionum, & gratiarum predicatorum revo-

catoriæ, & rec. mem. Pii IV. super revocatione simi-

lium licentiarum, & facultatum extrahendi frumenta,

blada, & legumina ex Provinciis, Terris, & locis dictæ

Sanctæ Romanae Ecclesiæ mediata, vel immediate sub

jectis, quibusvis concessarum, ac prohibitione ne à dicti

Provinciis, Civitatibus, Terris, locis frumenta, blada,

& legumina predicta quicunque extraherent, ac dicti

Pii V. per quam revocationem, & prohibitionem ejus-

dem Pii Papæ IV. ad licentias, facultates quocumque

genus Graicæ, etiam in carnis, ovibus, agnis, & alijs

animalibus, necnon oleo, ac rebus alijs quibuscumque

consistenter extendit, & ampliavit, & Gregorii X III.

pariter Romanorum Pontificum prædecessorum nostro-

rum, per quam omnibus, & singulis Communitatibus,

Universitatibus, & quibuscumque personis inhibuit, ne

quovis prætextu, directe, vel indirecte, cujusvis generis

frumenta, blada, legumina, atque animalia quæcumque

extra Statum Ecclesiasticum extrahere, & a portare au-

derent, seu præsumerent, & ejusdem Gregorii X III.

sub Datum die prima Maii 1578. sub Pontificatus anno

Clem. VIII. 49. sexto, per quam quod nulli, sibi, & Sanctæ Romanae confit. 103.

Ecclesiæ mediata, vel immediate subiecti, cujuscumque

status, gradus, ordinis, & conditionis existenter, etiam si

Barones, Domicelli, Comites, Marchiones, vel Duces, &

Pauli V. eff. Domini in temporalibus existenter, sub excommuni-

cationis majoris, & illæ Majestatis criminis, dominio-

rum, & bonorum suorum confiscationis, feudorum

amissionis, & quorumvis privilegiorum suspensionis, eff. conf. 50.

ac alijs etiam pecuniariis arbitrio suo imponendis, &

applicandis, ac etiam in publicis editiis, & proclama-

tibus per Annos. Præfectos pro tempore tam eatus

Credo auere præfuerunt off. conf. Greg. XI. Ro-

mank. sup. ubi. legumina, ac omnis generis frumenta, & fruges, à ter-

ris, & locis dicti Status Ecclesiastici, abique expressa

ipius Gregorii prædecessoris, & ab eo obtenta in scri-

ptis, & ejus manu signata licentia extrahere, vel extra-

hi facere, nullique ex prædictis eorum Subditos, &

Vassallos, aut alias quascumque personas, quominus

triticum, hordeum, legumina, frumenta, & fruges præ-

dictis in quibusvis locis eis subiectis, quovis prætextu,

etiam moliitura, aut cujusvis alterius oneris solutionis ad

Altam Urbem afferrent prohibere, aut per se, vel alium,

seu alios, directe, vel indirecte impeditre auderent, quin

potius illis sic afferentibus omnem opem, & favorem

præstant, ac insuper nulli quilibet tritici, hordei,

& leguminis, omnisque generis frumentorum, & fru-

gium quantitatem, nili pro suo, suarumque familia-

tum unius anni dumtaxat usu emere valerent, & con-

trafacientes peccas prædictas incurrisse declararentur,

& aggravarentur ipso facto, non obstantibus

Ecclesiæ priviligiis, indultis, literis, & gratis Apostolicis

quibusvis personis, Civitatibus, Terris, & locis in

genere, vel in specie, etiam ex causa onerosa concessis,

statuit, atque decrevit, ac dicti Clementis, per quam

prædicta omnia, dempta ex illis excommunicationis

peccata, approbavit, & confirmavit, necnon ejusdem

Pauli Quinti, per quam omnes, & singulas Pii Quarti,

Pii Quinti, Gregorii Decimiertii, & Clementis Octavi

prædecessorum suorum constitutiones, & literas in qui-

buslibet eorum partibus, quoad excommunicationis,

& alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad

G frumenta

ea confit.

nox sup. in-

teat. f. 10.

frumentorum, bisorum, leguminum; & olei extractio-
nem innovavit, ac privilegia licentias, & facultates
extrahendi predicta revocavit, ac frumenta, hordeum, le-
gumina, & alia Annonam, & Graeciam concessionata,
sunt excommunicationis, & alias censuris Ecclesiasticis,
& poenis temporalibus supradictis extra Statutum Eccle-
siasticum extracti prohibuit, ac illam per quam ultimam
dictam ipsius constitutionem, innovationem, prohibi-
tionem, & revocationem ad loca immediate Sedi Apo-
stolica subjecta extendit, & ampliavit, in quibuslibet
carum partibus, demptis tamen ex illis poena excom-
municationis, & alias censuris Ecclesiasticis, præterquam
in casib[us], in quibus extra Statutum nostrum Ecclesiasti-
cum, vel ad loca Principium, Ducum, Marchionum. Co-
mitum, Baronum, & aliorum quorum dominia in con-
finibus dicti Statutum nostrum Ecclesiastici existant, extractio
meritimonii causa fiet. Motu, scientia, & potestate paribus
similiter perpetuo approbamus, confirmamus, & innova-
mus, illaque adversus quacumque revocationes, suspen-
siones, limitationes, & moderations in pristinum, & cum
in quo antequam illa emanarent erant, statuta restitu-
mus, reponimus, & plenarie reintegramus, illaque & ea-
rum singulis ab omnibus, & singulis ad quos spectat, sub
temporalibus poenis praedictis in illis contentis, inviola-
biliter de cetero obliterari debere.

*Affirmatio
ne. C. de
quibus in §.
12. ad Cam-
eram, & ad
universitas
reprobato
permissu de-
cendit.*

§. 17. Ac provisiones, assignationes, poenas maleficio-
rum, emolumenta, impositiones, gabellas, vexigalia, &
alias res, bona, & jura predicta ex hujusmodi revocatione,
prohibitione, & constitutione, restituenda eidem Camer-
a, & respectivè Communitatibus praeditis, & non aliis,
quibus forsitan illarum redditus, & proventus locati, &
appaltati reperiuntur, licet antequam exemptiones, con-
cessiones, assignationes, & alia predicta emanassent, aliter
dispositum fuerit, omnino debet, ac ad illa omnia, &
singula Camera ipsam, necnon Communitates, & Uni-
versitates eo ipso, absque alia adepta seu recuperata pos-
sessione restitutas, & reintegratas fore, & esse præcipimus,
statuimus, & ordinamus.

*Eiusdem cam-
eram, & re-
probato per
missu de-
cendit.*

§. 18. Per predicta a se non intendimus revocare
exemptiones, & immunitates quibuscumque personis
Ecclesiasticis, tam secularibus, quam regularibus de
jure competentes, minusque immunitates, & exemptiones,
ac extrahendi, & alias facultates, applicationes, &
permessus, & assignationes quibusvis Communitatibus, Uni-
versitatibus, & aliis quibuscumque data, facta, & respec-
tive concessio-
nes, & ceteris officiis, & agentibus, & conductoriis
bonorum, introituum, & iurium Camere nostre ab ipsa
Camera, seu aliis illius nomine in appaltum, &
locationum instrumentis, & illorum ratione con-
cessa.

*Eiusdem cam-
eram, & re-
probato per
missu de-
cendit.*

§. 19. Et insuper à revocationibus omnibus, & singu-
lis supradictis excipimus, & exceptas esse volumus, &
declaramus immunitates, exemptiones, confirmationes,
extensiones, prorogationes, facultates, privilegia, conces-
siones, & alienationes quibusvis Communitatibus, Uni-
versitatibus, & aliis quibuscumque data, facta, & respec-
tive concessio-
nes, in vim contraria ex causa vere onerosa, vi-
delicit congrua, & effectuatis Camera Apostolica, vel ip-
sis Communitatibus legitime facta pecuniarum solutio-
nis, vel ex aliis causis rationabilibus per Nos cognoscen-
dis, & approbadis, & etiam declarandis, quas causas om-
nes onerosas, non nisi legitimas, ac licitas, & honestas,
prout de jure, approbare intendimus, & propterea illa ob-
tinentes, quicunque in eadem Camera, citato dilecto
filio ipsius Camere Commissario generali, illas verifica-
re, in ipsa Camera examinari, & admitti facere tenean-
tur, etiam gratie, concessiones, privilegia, litera, instrumen-
ta, ceteraque predicta aliis in eadem Camera adminis-
tra, & in ea, sive libris fuerint, & sint registrata, quatenus
tamen causa onerosa predicta pro verò onerosa, &
legitimis, ut supra, aliis in eadem Camera verificate, ac
approbatæ, & judicate non sint, quo casu ad indicatio-
nem tantum, non autem ad aliam verificationem eodem
obtinentes teneri volumus.

*Eiusdem cam-
eram, & re-
probato per
missu de-
cendit.*

§. 20. Excipimus etiam immunitates, & exemptiones
dictæ S.R.E. Cardinalibus, ratione dignitatis Cardina-
latus, & Cameralibus, qui in eadem Camera sedent, &
sedent, concedi solitas, ac etiam exemptiones, quibus
datur, qui in se ad presentes Prelati, & Officiales Romanas Catiae, ac Pre-

lati domestici, Cubiculari, & Secretarii, ac aliis fiduciarum,
familiares, & continuū Commensales nostri, & successo-
rum nostrorum Romanorum Pontificum in rotulo
descripti.

§. 21. Necnon facultates testandi de quibusvis bonis,
etiam ubique sunt, & in illis eis ab intestato succe-
dendi dictis Cardinalibus, ac nostris, & Romanorum
Pontificum Praedecessorum nostrorum familiaribus, &
continuis Commensalibus, etiam illi familiares post-
modum oīa defierint, vel defiant, & aliis quibusvis
etiam gratuito, & quomodolibet tam per eosdem Praede-
cessores, quam etiam per Nos concessas, & alias in omnibus,
& per omnia iuxta earundem facultatum, & liberta-
rum defup expeditarum formam, ac tenorem, quem pro
latissime expresso habeti volumus.

§. 22. Necnon exemptiones, immunitates, & privilegia
quecumque, quibus Fratres, Nepotes, & Consanguinei
nostris, & pro tempore existentis Romani Pontificis vi-
tis fruuntur, potiuntur, & gaudent.

§. 23. Ac demum illas ob numerum duodecim filio-
rum concessas, quas temet ad terminos ejusdem Pii
Pape IV. & aliarum Apostolicarum constitutionum
super similium exemptionum declaratione editarum, &
ad illas tantum, & pro tempore, & personis, ac eo modo,
& forma, quibus de jure communis illi competit, ac aliis
juxta ipsius juris communis, & supradictarum, & alia-
rum Apostolicarum constitutionum dispositionem re-
ducimus, neque aliter, quam ut prefertur, illis five in
petitorio, five in possessorio suffragari volumus, & de-
cernimus.

§. 24. Nostra autem mentis fuisse, & esse declaramus
Regule Cancellaria super revocatione Indultorum su-
perviventis per Nos editi nullatenus præjudicare, quin-
indem quoad omnia illa comprehendens, ac omnes, &
quacumque personas quavis dignitate etiam Cardinali-
tum fulgentes confirmamus, & quacumque opus sit, innova-
mus, & extendimus.

§. 25. Ceterum Legatis, & aliis omnibus Officialibus
praeditis ad quos spectat, seu in futurum quomodolibet
spectabit, quatenus constitutionem Sixti V. Praedecessoris
praediti circa poenas maleficiorum editam, quam in om-
nibus, & quoad omnia, cum suis declarationibus postea
factis innovamus, omnino observent.

§. 26. Omnibusque, & singulis Sedis praeditis Feuda-
taris, Baronibus ei mediata subiectis, ne reos ad alias
quam ad tritemes Sedis Apost. transmittere audeant, seu
presumant, præcipimus, & inhibemus.

§. 27. Appaltatoribus vero, Thesaurariis, Depositariis,
Commissariis, Exactoriis, & ceteris Agentibus, & Mi-
nistris Camere, & Communitatibus praedictarum, ne con-
tra presentium formam provisiones, concessiones, affi-
gnationesque predictas cetero solvant, aut exem-
ptiones, gratias, & immunitates, nisi ut prefertur exce-
ptas, & eas quas in eadem Camera ex causa onerosa præ-
dicta, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos, ut pre-
fertur cognoscendis, & approbadis, & seu etiam decla-
randis, illas concessas fuisse, citato Commissario praedito
verificata, & pro talibus in eadem Camera admisisse fue-
rint, admittant, expresse prohibemus, & si secus solverint,
vel admiserint, solutiones hujusmodi, ac exemptiones il-
las nullatenus in eorum computis admitti volumus, sed
eorum damno cessuras esse, quinimò eos ad refectionem
damni teneri declaramus.

§. 28. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus nul-
los licentiarum, facultatum, & privilegiorum quorum-
cumque, etiam ex causa onerosa, ut prefertur, conce-
ssorum, vel concedendorum vigore, etiam extra-
dictum propriæ auctoritate fieri posse illis permisum fit, ex-
tractiones frumentorum, & aliorum predictorum extra-
Statutum nostrum praeditum, vel etiam ad loca mediata
subjecta, & etiam à dictis locis mediata subiectis extra di-
ctum Statutum aliquo pacto facere, nec etiam similes extra-
hendi licentias, & facultates in posterum concedi posse,
aut debere, nisi chirographo manu nostra, aut Romani
Pontificis pro tempore existentis, quoties extractione
facienda erit, sublignato, precedente aliquo licen-
tias, & facultates hujusmodi, aliis quam chirographo
praedito

URBANUS OCTAVUS.

prædicto precedente, pro tempore concedendas, & extra-
ditiones facendas, nullas, nulliusque roboria, & momenti
fore, & esse, ac ipsos extrahentes in peccatis supradictis in-
cidere, & ad illarum executionem contra illos irremissi-
bilitate procedi posse, & debere volumus pariter, & de-
claramus.

§. 29. Postremd omnia, & quæcumque privilegia, fa-
cultates & indulcta Nobis, & Romano Pontifici pro tem-
pore existentia in Statu temporali, ratione supra dicta potestatia
à jure, vel per quavis Apostolicas constitutiones
competentia, seu reservata exercendi, aut eidem supra dicta
potestat, ac superioritati nostra, & nostrorum tribuna-
lium, Officialium, & Judicium Romane Curie jurisdic-
tioni, & autoritati prejudicialia, omnibus, & singulis
supranominatis, etiam ut praefertur qualificatis, ac etiam
ut suprà, & alijs quonamodolibet concessa quæcumque, ex-
ceptis tamen iis, quæ concessa sunt ex causa vere onerosa,
scilicet congrue solutionis pecuniarum dictæ Camerae
factæ, aut ex investitura, vel immemorabili consuetudine
inviolabilitatem observata, vel ex aliis rationabilibus causis
per Nos, vel Successores nostros cognoscendis, approban-
dis, seu etiam declarandis competentibus, quæ etiam licet
tollere non intendaqus, tamen nostram, & Romani Pon-
tificis supremam potestatem, superioritatem, nostramque
& ejusdem Romani Pontificis, nostrorumque Romane
Curie Tribunalium, Officialium, & Judicium Jurisdic-
tionem prædictam impedire, aut illi, præterquam in casu-
bus à jure permisiss, suffragari posse, vel debere nolumus,
nisi prius causa onerosa, vel investitura, seu immemor-
abili prædicta in eadem Camera, citato Commissario præ-
dicto, legitimè probata, verificata, & justificata, alij vero
causæ rationabiles prædictæ à Nobis, seu Successoribus
prædictis pro talibus cognitis, approbaræ, & seu declara-
te fuerint, revocamus pariter, & abrogamus.

§. 30. Irritum, & inane etiam decernentes quic-
quid secus super his à quoquam quovis prætextu, oc-
casione, vel causa, scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§. 31. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit,
nostra de non tollendo jure que sit, ac quibusvis consti-
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon statu-
tis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptioni-
bus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputatio-
nibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationi-
bus, & literis Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis,
etiam ut prefetur, seu alijs qualificatis, & speciali nota,
& mentione dignis, etiam Motu, scientia, & potestate
paribus, & etiam Consistorialiter, & de eorundem Cardi-
nalium consilio, & assensu, sub quibuscumque verbo-
rum formis, & tenoribus, & cum quibusvis etiam deroga-
toriariorum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insi-
litis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam in-
excitabilibus, & necessariò exprimendis, etiam in vim
contractus jurati, Cameralique obligatione vallati, &
quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, & seu fa-
ctis, ac alijs quonamodolibet in contrarium præmissorum
concessis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, ap-
probatis, & innovatis.

Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur
expresæ, quod nullo unquam tempore sub similiūm, vel
dissimiliūm exemptionum, immunitatum, facultatum,
licentiarum, concessionum, deputationum, confirmationi-
um, extensionum, prorogationum, gratiarum, privi-
legiorum, & alienationum revocationibus, suspensioni-
bus, limitationibus, aut aliis quibuscumque contra-
riis dispositionibus pro tempore edendis, comprehen-
dantur, sed semper ab illis exceptæ, & quoties illæ ema-
narent, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam
sub posteriori data per eos, quibus concessa sunt eligen-
da, restituta, reposita, plenariè reintegrata, & de novo
concessa sint, & esse censeantur, necnon pro illorum suf-
ficienzi derogatione de illis, eorumque totis tenoribus
speciali, specifica, expressa, & individua, non autem per
clausulas generales idem importantes mentio, seu quæ-
vis alia expressis habenda, aut aliqua alia exquisita for-
ma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi, ac si
de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma

Bullar. Mag. Tom. IV.

in illis tradita obseruant, inferunt, presentibus pro-
plenè, & sufficienter expressis habent, specialiter, & ex-
presæ, & latissimè derogamus, & derogatum esse volu-
mus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 32. Ut autem presentes literæ ad omnium notitiam *Hujus Conf.*
facilius deveniant, volumus, & Apostolica suæ oratione de- *Publicationem*
cernimus, easdem presentes ad valvas Basiliæ Principis *in Urbe personam*
Apostolorum & Cancellarie Apostolice, ac in acie Cam- *natus omnibus*
pi Flora per aliquem ex Curforibus nostris publicari, & *pro ins-*
illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publica- *spora habeat*
re, & affixa, omnes & singulos, quos concernunt, perinde *jubet*
afficiant, & arquent, ac si illorum unicuique personaliter
notificaret, & intimata fuissent.

§. 33. Quæcumque earundem presentium transumptis, *Transumptis*
manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius per- *fidei dard*
sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea- *sone*
dem procul fides in judicio, & extra illud ubique ad- *mandas*
hibeat, quæ ipsi presentibus adhibetur, si forent *ad*
exhibite, vel ostensæ.

§. 34. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi- *Sancti moni-*
nam nostram reprobationis, reservationis, approbationis, *reprobationis*, *adjuncta*
confirmationis, restitutionis, repositionis, reintegrationis, *restitutionis*, *ordinationis*, *exceptionis*, *prohibitionis*, *reductionis*, *inhibitionis*, *revocationis*, *abrogationis*, *reductionis*, *derogationis*, *volumatum*, *& decretorum*, *infingere*, *vel ei ausu temerario*
contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, in-
dignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem, anno Incar- *Dat. P. An. 2.*
nationis Dominicæ 1624. duodecimo Kalend. Novem- *die 21. Octobr.*
bris, Pontificatus nostri Anno 2.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1624. Indictione 7.
die verè 27. mensis Novembri, Pontificatus Sanctissimi in Chri-
stia Patria, & D.N.D. Urbani divina providentia Papa VIII.
anno 2. retrorsum littera Apostolica publicata & affixa fue-
ram ad valvas Basiliæ Principis Apostolorum de Urbe, ac
Cancellarie Apostolice, & in acie Campi Flora, dimissis ibidem
earundem literarum originalibus appensis per aliquod tempori
spatium, exinde amotis, deinde dimissis earundem literarum co-
piæ affixa, ut moris est, per nos Andream Scalmanum, & Fabium
Basilianum prælatis Sanctissimi D.N. Papa Curiosos.

Olivarius Spada Mag. Curs.

Declaratio, quod consensus Monialium, sine
quo mulieres sacerdotes licentias Monasteria
ingrediendi uti non possunt, expresse, capitu-
lariter, & per secreta suffragia de cetero ha-
beri debeat, ut illis valeant uti.

Hujusmodi licentiarum revocationem habes sup. in
Greg. XIII. conf. 28. Vbi gratia, tom. 2. Et postea
contra abentes hujusmodi licentias, & circa il-
larum usum ordinavit nonnulla Paulus V. in conf.

52. Facultatum, sup. tom. 3. Sed deinde idem
Paul. ex causis ibi expressis revocavit omnes licen-
tias mulieribus concessas ingrediendi Monasteria
Monialium, ut in ejusdem Conf. 4. Monasteria,
ubi sup.

V R B A N U S P A P A V I I I . *Edita An. D.*
Ad perpetuam rei memoriam. *1624.*

S Acrostanthum Apostolatus ministerium, quod iusta- *Proximam.*
Sibilis divine sapientie providentia humiliati nostræ,
nullo licet meritorum suffragio, credidit jugiter postu-
lat, ut inter multiplices Pastoralis officii curas, illam fe-
dulò amplectamur, qua sanctimonialium quieti oppor-
tund consularit.

51. Cum itaque plures licentias Monasteria Monia-
lium ingrediendi diversis mulieribus sacerdotibus, sub
certis modo, & forma tunc expressis, à Nobis, & diversis
Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris concessæ
faerint, eademque mulieres in vim licentiarum prædi-
ctorum Monasteria hujusmodi, nonius de expressio-

G 12 eatundem

carundem Monialium, & illorum Superiorum consensu, pandam, que non sit pro hominibus unius specialis artis, sive alicuius praesudicio, Apostolica auctoritate per-

ingredi possint, seu debeat.

§.2. Nos omnem dubitandi materiam, que super modo consensum hujusmodi praestandi forsan oriti posset, è medio tollere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, harum serie decernimus, atque declaramus, consensum dictarum Monialium de cetero per easdem Moniales capitulariter, & per secreta suffragia praestandum esse, & praestari debere, alias licet hujusmodi mulieribus, quibus concessae fuerunt, nullatenus suffragentur.

*Et absque
Notaria
ingredientes
paratur.*

*Prohibiri est
matrium p-
dicandi.*

*Fides tran-
sumptus de-
bet.*

*Dat. P. Ar. a.
die 15.Oct.*

§.3. Et quod sanctimonialium Monasteria vigore licen-

tiarum praedictarum, absque consensu capitulariter, ut

praefertur, praestito ingredi presumperint, sententias, cen-

taras, & penas contra clausuras Monasteriorum Monia-

lium violantes infligas, si noverint incursum.

§.4. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices or-
dinarios, & delegatos, etiam causatum Palati Apostolici
Audidores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alter ju-
dicandi, & interpretandi facultate, judicari, & defini-
ri debere, ac irritum, & inane, si fecerit super his à
quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter
contigerit attentari. In contractum facientibus non ob-
stantibus quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut presentium transumptis,
etiam impressis, manu alienus Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica
constitute munitis eadem prorius fides adhibetur,
que presentibus adhibetur, si forent exhibita, vel
ostenta.

Datum Tusculi sub Annulo Piscatoris, die 27. Octo-
bris 1624. Pont. nostri anno 1.

XXXI.

Institutio Confraternitatis Aulicorum Vrbis in
Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarinos, sub invoca-
tione Confraternitatis Urbanae; cum conces-
sione Ecclesie S. Laurentii in Foce in Re-
gione Montium Vrbis sitæ, eidem Confrater-
nitati, ad pia opera in ipsa exercenda.

De forma aggregandi Confraternitatis lege conf.
115. Clem. VIII. Quacumque, sup. tom. 3.

Edita An. D. V R B A N V S P A P A VIII.
1624.

Ad perpetuum rei memoriam.

Præmissum.

Pastoris æterni, qui pro gregis salute in Ara Crucis immolati voluit, vices quanquam immeriti gerentes in terris, pia Christi fidelium vota, Divini cultus augmentum, & ipsorum fidelium salutem conceruentia ad exauditionis gratiam libenter admittimus, eosdemque fideles ad pia, & devota opera exercenda Indulgentias, & peccatorum remissionibus invitamus, ut per operum hujusmodi exercitium ad æternæ beatitudinis gaudia pervenire meantur.

*Aulicis Vrbis
fugitibus
Populo pro ore.
Roma Cœfra.
e virtutis po-
bini omnes
nando in Ec-
clie S. Nico-
lae ad Cæsa-
rinos.*

*Quam Panis.
severius.*

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Almae Urbis nostræ Aulici Nobis nuper exponi fecerunt, ipsi peculiari devotionis affectu ducti, & ut alios Christi fideles ad ejusdem devotionis studium accendant, in Parochiali Ecclesia S. Nicolai ad Cæsarinos de Urbe, unam corundem Aulicorum Confraternitatem Urbanam nuncupandam, ad Dei gloriam, & honorem, ac animarum ditorum fidelium laudem per Nos erigi sumopere desiderent.

§.2. Nos piis corundem Aulicorum desideriis hujus-

modi benignè annuere, animarumque saluti paterna chari-

tate propicere, eosdemque Aulicos specialibus favori-

bus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulare per-

sonas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, &

interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, &

penitentiis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa

lati, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effe-

cūm presentium domitatæ consequendum, harum serie

absolventes, & absolutas fore sententes, supplicationibus

eorundem nomine Nobis super hoc humiliter p̄t̄reōt̄s

inclinati, in predicitâ Ecclesia unam Christi fidelium Au-

licorum dictâ Urbis Confraternitatem Urbanam nuncu-

perit, sive alicuius praesudicio, Apostolica auctoritate per-

petuā originis, & instauratis.

§.3. Neconon Confratribus dictâ Confraternitatis ḡis que Ca-

pro tempore existentib⁹, ut processionaliter incedere, fratrib⁹

Divina Officia in suo Oratorio recitare, & pro ipsius

Confraternitatis negotiis se congregare, ac quæcumque

Statuta, Capitula, Ordinationes, & Decreta pro salubri

corum, & dictâ Confraternitatis regimine, & admini-

stratione necessaria, & opportuna, licta tamen, & hone-

sta, sacrilegi Canonibus, & Concilii Tridentini Decre-

tos, ac Constitutionibus Apostolicis non contraria, per

dilectionem filium nostrum in dicta Urbe Vicarium in ipi-

ritualibus generaliter examinanda, & approbanda face-

re, & edere, illaque pro tempore, prout eis videbitur, &

expediens fuerit, prævia simili examinatione, & appro-

batatione, mutare, alterare, corrige, & in melius refor-

mare.

§.4. Ac insuper omnia, & singula legata, reliqua, res,

Neconon bona quomodolibet qualificata, mobilia, & immobi-

lia, per quoscumque Christi fideles dictâ Confraterni-

tati per viam testamenti, donationis, aut alias quomodo-

libet pro tempore legitimè elargita, & reliqua recipere,

illaque per eorum Officiales, & Deputatos regere, guber-

nare, & administrare, ac in ipsius Confraternitatis, & ejus

priorum operum usus convertere liberè similiter, & licite

valeant, ita tamen, ut de receptis, & administratis per eis

dem eidem Vicario juxta Decreta Concilii Tridentini

hujusmodi rationem reddere tenentur, auctoritate, &

tenore presentis concedimus, & indulgemus.

§.5. Postremo, ut dictâ Confraternitas majora in dies

fuscipliat incrementa, de Omnipotentis Dei misericordia, &

ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus au-

toritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus,

qui in dictâ Confraternitatem impostorum ingredien-

tur, die primo eorum ingressus, si verè paenitentes, & con-

fessi Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sump-

pli, plenariam.

§.6. Neconon pro tempore describindis in dictâ Con-

fraternitate Confratribus, in cujuslibet eorum articulo,

si verè paenitentes, & confessi, ac sacra Communione re-

feciti, vel quatenus id facere nequierint, saltem contriti

nomen Iesu ore, si potuerint, sin autem corde devotedè

invocaverint, etiam plenariam.

§.7. Ac eisdem pro tempore existentibus Confratti-

bus, etiam verè paenitibus, & confessis, ac eadem sa-

cerda Communione refectis, qui prædictâ Confraterni-

tatis Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium die festo

Exaltationis Sanctæ Crucis à primis Vesperis usque ad

occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devote vi-

sitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concor-

dia, heresum extirpatione, ac Sancte Matris Ecclesie

exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam

similiter omnium peccatorum suorum Indulgentiam, &

remissionem misericorditer in Domino concedimus, &

elargimur.

§.8. Insuper dictis Confratribus, etiam verè paen-

titibus, & confessis, ac sacra Communione refectis,

Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in

Conceptionis B. Marie Virginis, ac S. Urbani Papæ, &

Martyris, & Sanctorum Joannis, & Pauli, ac Sancti An-

tonii festis diebus, ut præfertur, visitantibus, & ibidem

orantibus, quo die prædictorum id egerint, septem An-

nos, & totidem quadragesas.

§.9. Quoties verò ipsi Missis, & aliis Divinis Officiis

in dictâ Ecclesia, vel Capella, seu Oratorio pro tempore

celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publi-

cis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis facien-

dis interfuerint, aut pauperes hospitio suscepserint,

vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi

fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora

defunctorum, tam Confratrum dictâ Confraternitatis,

quæ aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascum-

que Processiones de licentia Ordinarii facandas, Sanctis-

issimumque Eucharistie Sacramentum, tam in Processioni-

bus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicumque, & quo-

modocumque pro tempore defertur, comitati fuerint,

URBANUS OCTAVUS.

aut si impedit; campane ad id agno dato scimel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinques Orationem, & Salutationem predicas pro animabus defunctorum Confratrum dicta Confraternitatis recitaverint, aut peccatorem aliquem ad viam salutis reducerint, & ignorantes Dei precepta, & ea quae ad salutem sunt, docuerint, aut aliud quodcumque pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prefatorum operum sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitibus penitentis in forma Ecclesiae consueta relaxamus, Præsentibus perpetuis futuris temporibus valitus.

§. 10. Volumus autem, quod si dicta Confraternitas alicui Archiconfraternitati aggregetur, vel quavis alia ratione uniat, seu etiam quomodolibet instituatur, præsentes, & quevis alia litera Apostolica illis nullatenus quoad Indulgencias, & remissiones prefatas suffragentur, sed ex tunc eo ipso prouersus nulla sint.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Octobris 1624. Pontificatus nostri anno Secundo.

Sequitur concessio S. Laurentii in Fonte in Regione Montium Vrbis sita, dicta Confraternitati, ad pio opera per ejus Confratres in ipsa exercenda.

Edita An.D. V R B A N V S P A P A VIIII.
1628. Ad perpetuam rei memoriam.

Alias à Nobis emanantur litteræ tenoris subsequentis, videlicet, Urbanus Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoris æterni, &c.

Omittitur residuum, quia est Bulla qua precedit.

Ubide vero postquam de anno proximiè præterito Scupientes providere, ut Ecclesia S. Laurentii in Fonte nuncupata in Regione Montium de Urbe, antiquitate, aliisque pluribus nominibus venerabilis, debitibus non careret obsequiis, prævia revocatione (quatenus opus esset) concessionis Ecclesie præfatæ alias de anno nunc præterito Fratribus Ruthenis per Nos factæ, Ecclesiam præfamat S. Laurentii, simul cum omnibus suis iuribus, bonis, redditibus, proventibus, & emolumentis supradictæ Confraternitati, ad utendum in perpetuum, prout de similibus Ecclesiis Laicorum Confraternitates, seu Congregations ad sacros, & pietatis usus destinatae uti consueverunt, ita tamen, & non alias, ut ipsa Confraternitas Ecclesiam Sancti Laurentii præfatam in necessariis reparare, & manuteneat, sacraque, & sufficienti supellec̄tūlī provideat, Millarque Dominicis, ac festis diebus saltem, in ea celebrari facere teneretur, & quod Ecclesiam præfatam S. Laurentii etiam ad pios usus alias concedere non valeret, & cum Decreto, quod si quandcumque contingeret Confraternitatem præfatam dissolvi, reparaciones, & melioramenta facta, & ad quamcumque summam ascendenter eidem Ecclesie cessisse, & cedere sine aliqua refectione intelligentur, concesseramus.

§. 11. Per Nos accepto, quod occasione concessiotis Ecclesie hujusmodi, inter dictam Confraternitatem ex una, & dilectos filios Priorēm, & Canonicos Regulares Monasterii S. Petri ad Vincula de Urbe Congregationis Sancti Salvatoris Ordinis S. Augustini ex altera partibus orta fuerit controversia, cum nimis Prior, & Canonici prefati prætenderent dictam Ecclesiam Sancti Laurentii à centum & amplius annis Ecclesie eorum Monasterii hujusmodi Apostolica auctoritate unitam fuisse, ob idque concessione præfatam viribus non sustinere, & redditus, seu canone domus annexæ dictæ Ecclesie S. Laurentii singulis annis solvi solitus per quondam Prudentiam Agazinam, & hæc de quondam Sancti Mazzi, neenon dilectum in Christofilium Mitium de Gradibus Ecclesie dicti Monasterii debere.

D. Pont. §. 3. Nos concessione Ecclesie Sancti Laurentii hujusmodi per Nos ut supra factam, suum plenarium effectum sortiri debere, & canonem præsumum dictæ Ecclesie S. Laurentii fore, & esse solvendum decrevimus, op-

positis pro parte prioris, & Canonicorum præfatórum minime obstantibus.

§. 4. Voluimus autem, quod dicta Confraternitas huius anni à die concessione in recognitionem directi gratias solvet Ecclesia dicti Monasterii libras quinque

cere alba die festo ejusdem S. Laurentii.

§. 5. Quodque si continget prædictam Confraternitatem dissolvi, seu à prædicta S. Laurentii recedere, jura

Ecclesie dicti Monasterii de & super Ecclesia Sancti Lau-

rentii hujusmodi illæsa, & illibata remanerent, perinde ac

si concessio ejusdem Ecclesie S. Laurentii per Nos, ut

præfatur, facta non emanasset.

§. 6. Cum autem, sicut pro parte dilectorum filiorum

Officialium, & Confratrum Confraternitatis prædictæ

Nobis nuper expositum fuit, ipsi plurimum cupiant

concessionem dictæ Ecclesie; ac Decretum de super ema-

naturam, & aliaque præmissa Apostolica hōlītā confirma-

tionis robore communiti, ac alias sibi per Nos infra in-

dulgeri.

§. 7. Nos Officialis, & Confratres præfatos speciali-

bous favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque

singularis personas à quibusvis excommunicationis, fus-

tionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,

censuris, & penitis à jure vel ab homine quavis occasio-

ne vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatae exi-

stunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum

harum serie absolventes, & absolutas fore consententes, sup-

plementationibus eorum nomine Nobis super hoc humili-

iter potestis inclinati, concessionem Ecclesie S. Lau-

rentii hujusmodi, necnon Decretum à Nobis desuper

emanatum prædictum, aliaque præmissi cum omnibus

in eis contentis; & inde sequutis Apostolica auctorita-

te tenore præsentium perpetuò approbatas, & confi-

marimus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis ro-

bur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam

facti defectus, si qui desuper quomodolibet interveni-

ent, supplemus.

§. 8. Præterea eandem Confraternitatem cum omnibus, & singulis Indulgenciarum, ac peccatorum remissio-

nibus, & penitentiarum relaxationibus illi per Nos ut

suprà concessis, à prædicta Ecclesia S. Nicolai ad Eccle-

siam S. Laurentii hujusmodi, necnon Indulgenciam se-

ptem Annorum; & totidem quadragenatum in conce-

ptionis Beatæ Mariæ Virginis, & S. Antonii festis diebus

per Nos similiter concessam, ad ejusdem sancti Laurentii,

& sancti Hippolyti festos dies, ita ut dicta Confraterni-

tatis Confratres, præmissa in ipsis festis diebus, ad quos

translatio, ut infra fieri, adimplentes, eandem Indulgenciam

prospero consequantur, auctoritate, & tenore præfatis

transferimus.

§. 9. Decerentes præmissa omnia, & singula; necnon

præsentes literas, & in eis contenta quæcumque validas, preferentes

firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, appositis.

& integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem

Confraternitati in omnibus, & per omnia plenissime

suffragari.

§. 10. Sieque per quoscumque Judices ordinarios, &

delegatos, etiam causarum Palatil Apostolici Auditores

judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane

si fecis super his à quocumque quavis auctoritate scientes,

vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus,

Quibusdam & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, quoniam ob-

Monasterii, & Congregationis hujusmodi, etiam jura-

mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate

alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis

quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium

præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-

novatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omnium te-

nores præsumib; pro plenè & sufficiente expressis ha-

bentes, illis alias in suo robore permanüris, hac vice

dumtaxat specialiter, & exp̄s̄ derogamus, ceterisque

contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo

Piscatoris, die 15. Junii 1628. Pontificatus nostri anno

quinto.

Bullar. Mag. Tom. i. v.

Indulgencia

XXXII. Indultum pro Fratribus Jesuatis S. Hieronymi Ordinis S. Augustini, quod abjecto Capitulo albi coloris, quod hactenus super humeros gestarunt, aliud coloris eorum habitus, ea que forma qua cæteri Mendicantes utuntur, deinceps gestare valeant.

Institutionum bonorum Fratrum habet sap. in Martini V. conf. 11. tom. 1. ubi vide qua indicata sunt, & plenaria in conf. 16. Pauli 5. tom. 3. Et eisdem Fratribus approbatæ à locorum Ordinariis ad audiendas confessiones in Ecclesiis Parochialibus d. Ordinis, ut Parochianorum confessiones audire valeant, concessit Greg. XV. in conf. 35. Ex injuncto, sap. Qui etiam comprehenavit Novitatum in Urbe, ut in eisdem conf. 50. Inter multiplices.

Editio An.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1614. *Ad futuram rpi memoriam.*

Examinatione. **O**nerosa pastoralis officii cura, Nobis licet immensis, ex alto commissa postulat, ut religiosos viros, qui spretis mundi vanitatibus, divini numinis obsequiis se se mancipant, propensis studiis complectamur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Concessio Indul- duli, de quo- in rebus. **9.1.** Hinc est, quod Nos dilectos filios Fratres Jesuitas Sancti Hieronymi Ordinis Sancti Augustini specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latit, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore carentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati. De venerabilium fratum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium factis Ritibus præpositorum consilio, eisdem Fratribus, ut abjecto capitulo albi coloris, quod super humeros hactenus gestarunt, aliud in capite coloris eorumdem pallio similis, atque ea forma, qua cæteri Mendicantes utuntur, gestare libere, & licet valeant, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus, ac licentiam & facultatem impartimur.

Claus. d. Con- siderationis, & authoritate quomodolibet indebet molestati, inquietati, vel perturbati nullatenus posse, neque debere, praesentes verò literas validas, & efficaces esse, & fore, eisdemque Fratribus in omnibus, & per omnia plenissime suffragari.

Decretum In- vici. **9.3.** Sieque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecerit his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Decretatio conseruationis. **9.4.** Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, dictique Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboraria statujs, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo labore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. Anno. die 19. Nov. 1614. Datum Roma apud S. Mariam, sub annulo Piscatoris die 19. Novembris 1614. Pontificatus Nostri Anno secundo.

Approbatio, & Confirmatio Confraternitatis XXXIII. Artis Musice, sub Visitationis B. Marie, S. Gregorii Papæ, & S. Cæcilie invocationibus ante in Ecclesia S. Pauli Decollati de Urbe Institute, cum Indulctorum, ac Indulgentiarum concessione.

V R B A N V S P A P A VIII. *Editio An.D.*
1614. *Ad perpetuam rpi memoriam.*

Pletatis, & Christianæ charitatis opera ubique cum di- vini cultus incremento exerceri cupientes, his que propterea piæ, & providæ facta dicuntur, libenter, cùm à nobis petitur, Apost. muniminis adjiciamus simulatatem, Christique fidèles, ut in corundem piorum operum exercitio magis confoveantur, favoribus, & gratiis prosequimur opportuni.

9.1. Exponi siquidem Nobis super fecerunt dilecti filii Officiales, & Confratres Confraternitatis Musico- rum noviter sub Visitationis Beatae Marie Virginis, ac S. Gregorii Papæ, & S. Cæcilie invocationibus, quod alias Confraternitas predicta in S. Pauli Clerico- rum Regularium Congregationis ejusdem S. Pauli de- collati, seu alia Alme Urbis nostra Ecclesia canonice erecta, & instituta fuit.

9.2. Ac pro felici, prosperaque illius direktione, & gubernio nonnulla statuta condita fuerint, illaque à dilecto filio nostro in dicta Urbe Vicario in spiritualibus generali probata fuerunt, prout in publicis desuper confectis scripturis plenius dicitur contineri.

9.3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, firmiora sint ea, quæ à Sede Apostoli approbantur, & confirmantur, cupiantque propterea Officiales, & Confratres predicti erectionem, & institutionem, statutaque predicta Apostolica confirmationis patrocinio communiri, aliasque sibi per Nos indulgeri.

9.4. Nos corum votis in præmissis, quantum cum Domino possimus, annuere, illosque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationum, suspensionum, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penenis, à jure vel ab homine quavis occasione vel causa latit, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutas fore carentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, erectionem, & institutionem predictas, quatenus canonice factæ fuerint, ut prefertur, necnon statuta predicta, dummodo tamen licita sint, & honesta, sacrisque Canonibus, & Conc. Trident. decretis, ac Constitutionibus Apostolicis non adverterentur, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplemus.

9.5. Eisdemque Officiales, & Confratribus, ut statuta hujusmodi pro temporum varietate, prout eis melius, & expediens videbitur, mutare, alterare, corriger, & in melius reformatre, ac etiam de novo condere, præviamente ejusdem Vicarii examinatione, & probatione, libere, & licet valeant, licentiam, & facultatem concedimus, & impartimur.

9.6. Præterea ut Officiales, & Confratres predicti in pictura operum exercitio magis ascendantur, & confoveantur, nonnullorumque compescatur temeritas, qui nullis, vel saltans incompositis Artis Musice hujusmodi studiis, aut legibus servatis, publicè typis mandare quæcumque musicalis positionis, & libri impressorum, ac Bibliopolis, sub quingentorum ducatorum aucti de Camera pro una Camera nostra Apostolica, ac pro alia eidem Confraternitati, ac pro reliqua tertis partibus accusatori, & Judici exequenti irremissibiliter applicandorum, eo ipso absque ulla declaratione incurrienda poena, de cætero in Urbe quoscumque, tam pri-

URBANUS OCTAVUS.

59.

Urbano petas, quām tēlitas musicales compositiones & modetia
cūjusvis generis, & speciei existentias, jam per quolibet
iusti. ac ejusdem Artis peritos composita, & de cætero compo-
nenda, imprimenda, sive ad ipsam Urbem ad effectum
impressionis transmitenda, absque speciali Correctorum,
seu Revisorum ab ipsa Confraternitate deputatorum li-
centia in scriptis obtinenda, que tamē gratis concedi
debet, imprimere, aut ab alio, vel aliis impressa venderē,
seu venalia habere, vel proponere quoquo modo audeat,
seu presumat, intendimus, & prohibemus.

Nigra ap-
opus ap-
opus scholae
atis, vel
opus publici
atus, nisi
opus libri
opus supra
opus revo-
opus huius
adulti in §.
comit. seq.

§.7. Ad hec, ut ad publicas Artis Musicae hujusmodi scholas in dicta Urbe aperiendas imperiti nullatenus admittantur, dicit Confraternitati, quod de cætero omnes, & singuli, sive clerici, sive laici Artis Musicae, hujusmodi scholas in dicta Urbe aperire, in eisque publicis Musicae docente volentes, licentiam ab ejusdem deputatis in scriptis, & sigillo ejusdem Confraternitis muniamur, que gratis concedantur, petere, & obtinere, auctoritate, & tenore presentium concedimus, & indulgemus.

adulgentia
opus clari-
opus infra-
opus vide-
opus Confr-
eritatem in-
adulteriis
opus prima in-
adulteriis
opus plena-
riam.

§.8. Postrem, ut dicta Confraternitas majora in dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Christi fidelibus, qui d. Confraternitatem imposteriorum ingredientur, die primo eorum ingressus, si verè paenitentes Sanctissimum Euchalistia Sacramentum sumptent, plenariam.

opus articulo
opus etiam
opus deum.

§.9. Necon nunc, & pro tempore descriptis, & describindis in dicta Confraternitate Confratribus, in cuiuslibet eorum mortis articulo, si verè paenitentes, & confessi, ac sacra Communione refecti, vel quatetus id facere nequivent, saltē contriti nomen Iesu ore, si poterint, sin autem corde devoutē invocaverint, etiam plenariam.

Ac pariter
opus articulo
opus Ecclesi-
ius Oratoriū
festo S. Ca-
tholomae.

§.10. Ac eisdem hunc, & pro tempore existentibus Confratribus, etiam verè paenitentibus, & confessis, ac eadem sacra Communione refectis, qui predicat Confraternitatis Ecclesiast, vel Capellam, seu Oratorium die festo Sancte Cæcilie, à primis Vesperris usque ad occasum Solis festi hujusmodi singulis annis devotè visitaverint, & ibi pro Christianorum Principum concordia, Hæreticorum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesie exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & elargimur.

Roman in §.11. Insuper dictis Confratribus, etiam verè paenitentibus, & confessis, ac sacra Communione refectis, die 7. anno Ecclesiam, vel Capellam, seu Oratorium hujusmodi in Visitacionis Beata Maria Virginis, ac Sanctorum Angelorum Custodum, & Sanctorum Gregorii, & Leonis Secundi Romanorum Pontificum festis diebus, ut praesertur, visitantibus, & ibidem orantibus, quo die praedictorum id egerint, septem annos, & totidem quadragenas.

Multo indul-
gencia sex-
opus articulo
opus operis
opus confrater-
nitis magis.

§.12. Quoties verò Missis, & aliis divinis officiis in dicta Ecclesia, vel Capella, vel Oratorio pro tempore diuinorum porto celebrandis, & recitandis, seu Congregationibus publicis, vel privatis ejusdem Confraternitatis ubivis faciendo interfuerint, aut pauperes hospitio suscepint, vel pacem inter inimicos compofuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, necnon etiam qui corpora defunctorum, tam Confratrum, & Consororum dictæ Confraternitatis, quām aliorum ad sepulturam associaverint, ac quacumque processiones de liceitia Ordinatii faciendas, Sanctissimum Euchalistia Sacramentum, tam in processionibus, quām cum ad infirmos, aut alijs ubicunque, & quomodo cumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si impediti, campane ad id signo dato, semel Orationem Dominicam, & Salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinque Orationem, & Salutationem easdem pro animabus defunctorum Confratrum, & Consororum dictæ Confraternitatis recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, & ignorantes precepta Dei, & quā ad salutem sunt, docuerint, aut quocumque aliud pleta-

tis, vel charitatis opus exercuerint, totidē pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis suis, seu alijs quomodo liber debitis paenitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus, præsentibus perpetuis futuris temporibus valuturis.

§.13. Volumus autem, ut si dictis Confratribus premissa peragentibus aliquam Indulgiam perpetuam, vel ad tempus nondum clapsum duraturam concesserimus, præsentes nullæ sint.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 20. Novembbris 1614. Pontificatus no-

stra, vel ad

tempus non-

dum clapsu

emissi fu-

erint.

Dat. P. An. 2.

die 20. Noe-

Sequitur revocatio prohibitionis, de qua in §. 8. ac
Indulxi, de quo in §. 7. Constitutionis
præcedepis.

V R B A N V S P A P A VII. Edit. An. B.
Ad perpetuam rei memoriam.

Humanarum rerum ea est incerta conditio, ut nihil Prohibiri. Nam prudenter statui, & tam provide concedi posset, quod interdum novis rationibus, & causis exigentibus, immutandum, atque in aliam formam omnino redigendum esse non appareat.

§.1. Alijs quicquidem supplicationibus dilectorum filiorum officialium, & Confratrum Confraternitatis Musi-

cōfītētū

probibuerat

Impr̄foriū

Bibliopolis

pr̄s̄ impre-

serit, aut ven-

deri. Mūs-

icō. 1614. s̄. 1614.

opus articulo

Defensio nov. §.6. Non opfertibus literis nostris predicitis, ac qui-
busvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,
ceterisque contrariis quibuscumque.
Dicitur P. Anno 4. Datum Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo
die 9. Decembris 1626. Pontificatus nostri
anno quarto.

XXXV. Contra male ad sacros, vel minores ordines, seu
Clericalem characterem ordinantes, & male
ordinatos.

Editio An. D. V R B A N V S P A P A VIII.
1626. Ad perpetuum rei memoriam.

Exordium. Secretis exterrae providentie consiliis, nullo nostro-
rum suffragio meritorum, Speculatores Domus Istræl
in sublimi Apostolatus culmine constituti, eo potissi-
mum Pontificis sedulitatis officia convertenda esse arbi-
tratur, ut qui in sortem Domini vocantur, Christique
Militia dant nomen, spiritualem Ecclesiæ tranquillita-
tem non perturbent, sed pacem confirmant, vires augeant,
ac tam strenue se gerant, ut ipsam terribilem, quasi castro-
rum aciem ordinatam, infera potestates, ac Principes te-
nebrarum quotidie magis perhorrescant.

Causa hujus. §.1. Hæc autem quanto impensis fieri optamus,
tanto majori indignatione irreligiosam quorundam im-
pudentiam detestamur, ac sacrilegam temeritatem ex-
ercent, qui Sacros Canones, Summorumque Pontifi-
cum de cœta non verentes, Clericales Ordines illegiti-
mè suscipiunt, ac dum in Ecclesiastico ministrorum
cœtum per nefas irrepunt, Dei cultui, animalium salutem,
omnibusque ad optimum Christianæ Reipublicæ regi-
men pertinentibus plurimum obesse noscuntur.

Clementis IV. §.2. Aliâs siquidem fel. record. Clemens Papa IV.
prohibuit Episcopos Italie, ne aliquis Clericorum ultra-
montanorum ordinare permisit, nisi ab eodem Cle-
mente Predecessore, vel ab Episcopo, de cuius dicēsi
traxerat originem ordinandus, vel in cuius dicēsi be-
neficiatus existebat, per ejus patentes literas eaum ra-
tionabilem continentem, quate ipsum nolebat, aut nequi-
bat ordinare, nisi specialem licentiam haberet, eos vero,
quos contra præmissa contigisset ordinari, manere vo-
luit absque spe dispensationis super hoc à Sede Aposto-
lica obtinenda suspensus, ac ordinantes condigne paen-
tentia puniri.

Hic Post. Cle- §.3. Cum autem non sine gravi animi nostri molesti-
menta probi. Nobis innoverit, quamplures Ultramontanos sua salu-
tis immemores, Deinde timore postposito, ad Ordines
innovos, & prædictos dimissorialibus literis, seu etiam cum titulo pa-
tritio, excepimus, & ordinamus, ut ultra-
montanorum excepimus, & ordinamus, ad
Italiæ orientales, & ad
sacros, & no-
nus, & singulis in ea contentis approbantes, & innovantes,
magis ordi-
nantes, & cel-
eritatem cha-
ractera pro-
meritatem ab-
solutam ordi-
nacionis. Et
sub terris id
ad minores Ordines, vel Clericalem characterem pro-
movere audeant, seu præsumant, nisi dimissorialis suo-
rum Ordinariorum literas à nostris & hujus Sanctæ Se-
dis pontificis, seu Collectoribus in illis partibus commo-
rantiibus recognitas, probatas, & subscriptas habeant,
corundem Nuntiorum, seu Collectorum subscriptio-

nes à dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiri-
tualibus generali similiter examinate, recognite, & ap-
probate fuerint, aliâs promoventes ad annum ab exer-
citio Pontificalium, promoti vero perpetua suspensionis
peccatum, absque spe dispensationis à Sede Apostolica
obtinendæ incurran te ipso. Insuper promotos hujusmodi
ac etiam eos, qui cum falsis, vel fictis, aut fiduciariis
patrimonii titulis scienter se ad Ordines hujusmodi pro-
moveri fecerint, non solum prædictis, verum etiam majori-
bus arbitrio nostro, & pro tempore existentis Romani
Pontificis infligendis peccatis.

§.4. Italos vero, si quos imposterum Clericali chara-
cteris insigniri, vel ad minores Ordines promoveri ab alieno Episcopo, cum falsis dimissoriis contigerit, etiamsi
qualitatibus per Concilii Trident. Decretum c.16. l. eff. 23. falsis dimis-
sorialibus preediti sint, nihilominus (sequuta tamen prius r. i. prius
desuper Judicis Ecclesiastici declaratione) fori privile-
gio minimè gaudere, sed seculari jurisdictioni, ut antea
plenè in omnibus subiacere, & subjectos esse respectivè
volumus.

§.5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices or-
dinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici
Audidores, sublata eis, & corum cuilibet quavis aliter ju-
dicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari
& definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his
a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter
contigerit attentari. In contrarium facientibus non ob-
stantibus quibuscumque.

§.6. Per præsentes autem constitutioni rec. mem. Pii
Papæ II. Prædecessoris nostri contra male promotoe edi-
te, nullatenus derogare intendimus, sed illam cum
omnibus, & singulis in ea contentis, in suo robore, &
efficacia permanet, perinde ac si præsentes non emanal-
men decernimus.

§.7. Ut autem præsentes literæ ad omnium notitiam
facilius devenire possint, volumus quod illæ, live ea-
rum exempla in valvis Basilicarum S. Joannis Latera-
nensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & cancellarie
Apostolice, necnon in acie Campi Flora, ut moris est,
affixa, omnes & singulos, quos illæ concernunt, perinde
etiam & affiant, ac si unicusque personaliter intima-
ta fuissent.

§.8. Quodque earundem transumptis, etiam manu ali-
eius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius per-
sonæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem
profusa fides in judicio, & extra illud ubique adhibe-
atur, quæ ipsis præsentibus adhibetur, si forent exhibi-
ta, vel ostensa.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die
11. Novembris 1624. Pont. nostri anno 2.

**Anno Millesimo sexcentesimo vicefimo quarto, Indictione Publicatio
septima, Pontificatus Sanctissimi Domini N.D. Urbani divina
præsidentia Papa VIII. die vero decimasexta mensis Decem-
bris retroscripta litera Apostolica affixa, lecta, & publicata fue-
runt ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, Prin-
cipis Apostolorum de Urbe, & Cancellaria Apostolica, ac in acie
Campi Flora, per nos Alexandrum de Rochis, & Fabium & Fabiu-
lium Sanctissimi D. Papa Curatores.**

Brundianus Latinus pro Mag. DD. Curis.

Deputatio Ecclesiæ Sanctæ Mariz Transtibye. XXXVI.
rim in loco Ecclesiæ Sancti Pauli extra Vr-
bem, stante suspicione pestis, una cum con-
cessione (cumulativè tamen) omnium Indul-
gentiarum, ac spiritualium gratiarum dictæ
Ecclesiæ sancti Pauli competentium.

Deputavimus etiam alias tres Ecclesiæ in Vrbe loco
trium extra Vrbum consenserimus, ex istam
causa hic Pontif. ut in consit. seqq. Es de An-
no Inbilai vide consit. 16. Omnes gentes,
sup.

VRBANVS

URBANUS OCTAVUS.

AN.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1625. Ad perpetuam rei memoriam.

Paterna Gregis cura, quam misericordiarum Pater, & consolacionis Deus humilitati nostrae, nullo licet meritorum suffragio, commisit, à Nobis postulat, ut apertis abundantius presenti Anno Jubilai Ecclesie thesauris, provideamus, quo Grex ipse Thesauros hujusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur, & si quis prius ejusdem Gregis in premissis desiderium impedit, seu retardate posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removamus.

9.1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnulla Regni Sicilia Civitates, Oppida, & Terra innumeris malis, atque incommodis ob saevitatem inibi pestiferis contagionis morbum miserabiliter confiduntur, & propterea pro avertendis, quantum divinae bonitatis placuerit, in hac Alma Urbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiz partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christi fidelibus ad percipiendos spirituales ejusdem Jubilei fructus Ecclesiam S. Pauli extra muros Almae Urbis nostra, unam ex quatuor ad id deputatis visitare volentibus, mora, atque impedimentum inferantur.

9.2. Idcirco pro pastorali, quam procurandæ ejusdem Gregis animarum saluti impendere tenemur, sollicitudine spirituali, Christi fidelium prædictorum consolationi, benediciente Domino consulere volentes, de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transyberim loco Ecclesiam Sancti Pauli prædictæ visitaverint, & præscripta, atque injuncta pro consequendis spiritualibus ejusdem Jubilei fructibus adimpleverint, quod omnes, & singulas indulgentias, etiam plenissimas, & peccatorum remissiones, necnon penitentiarum relaxations, aliasque gratias spiritualibus eisdem prorsus modo, & forma consequantur, (cumulativè tamen, non autem privative) quoad Ecclesiam Sancti Pauli prædicam, quas consequerentur, si ipsam Ecclesiam Sancti Pauli visitarent, ibique præserti, & injuncta, ut petiatur, adimplerent, quod ad effectum hujusmodi dictæ Ecclesiae Sanctæ Mariæ Transyberim omnibus & singulis Indulgenciam, etiam plenariam, & plenissimam, stationibus, peccatorum remissionibus, penitentiarum relaxations, aliisque quibusvis gratis spiritualibus, tam circa Altarium quotundcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Ecclesia Sancti Pauli extra muros hujusmodi utitur, potitur, & gaudet, ac uti, potiri, & gaudere possit, & poterit quomodolibet in futurum, pari modo, & sequè principaliter, sineulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere liberè, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemos.

9.3. Non obstantibus nostra de non concedendis Indulgencias ad instar, aliisque constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, ceterisque contraria quibuscumque.

9.4. Præsentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat valiturus.

9.5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptionis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta, munitis eadem prorsus ubique fides adhibetur, quæ adhiberetur præsentibus, si forent exhibite vel offensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Januarii 1625. Pont. nostri anno 2.

Pauli, & Sancti Laurentii extra muros positarum. Ac declaratio, quod visitantes septem Vrbis, & extra illius moenia Ecclesias, tres prædictas loco istarum visitare possint, cum concessione omnium Indulgenciarum, quæ in visitatione prædictarum Ecclesiarum consequi solent (cumulativè tamen) ob suspicione pestis.

Consimilem deputationem, & ex eadem causa factam ab istis Pons. pro Ecclesia S. Pauli, una ex quatuor, que visitari solens Anno Jubilai, habet in cons. præced.

AN.D. V R B A N V S P A P A VIII. Edita An.D.
1625. Ad suoram rei memoriam.

Paterna Dominici Gregis cura, quam misericordia- Prosimum. rum pater, & totius consolacionis Deus humiliati nostrar, nullo licet meritorum suffragio commisit, à Nobis postulat, ut apertis abundantius presenti Anno Jubilei Ecclesie thesauris, provideamus, quo Grex ipse thesauros hujusmodi per abundantiam divinae gratiae salubriter consequatur, & si que prius ejusdem Gregis in præmissis desiderium impedit posse dignoscuntur, illa quantum Nobis ex alto conceditur, peculiari studio removamus.

9.1. Cum itaque, sicut non sine viscerum nostrorum commotione accepimus, nonnulla Regni Sicilia Civitates, Oppida, & Terra innumeris malis, atque incommodis ob saevitatem inibi pestiferis contagionis morbum miserabiliter confiduntur, & propterea pro avertendis, quantum Divinae bonitatis placuerit, ab hac Alma Urbe nostra, totaque ditione Ecclesiastica, & reliquis Italiz partibus hujus pestilentiae periculis, evenire possit, ut Christi fidelibus septem Ecclesias Almae Urbis nostra, & extra illius muros devotionis causa visitare volentibus, circas, quæ extra muros hujusmodi sunt, mora atque impedimentum inferantur.

9.2. Idcirco pro pastorali, quam procurandæ ejusdem Gregis animarum saluti impendere tenemur, sollicitudine spirituali, Christi fidelium prædictorum consolationi, benediciente Domino consulere volentes, de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi. Omnibus, & singulis utriusque sexus Christi fidelibus, qui Sanctæ Mariæ de Populo nuncupata, loco Sancti Sebastiani, ac etiam Sanctæ Mariæ Transyberim loco Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii in Lucina etiam nuncupata Ecclesias ejusdem Almae Urbis loco Sancti Laurentii Ecclesiarum extra muros hujusmodi visitaverint, & præscripta, atque injuncta pro Indulgencias, & aliisque gratis spiritualibus, quibus Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesiae extra muros hujusmodi decorata sunt, consequendis adimpleverint, quod omnes, & singulas Indulgencias plenarias, & peccatorum remissiones, necnon penitentiarum relaxations, aliasque gratias spiritualibus, etiam pro animabus defunctorum eisdem prorsus modo, & forma consequantur, cumulativè tamen, non autem privative quoad Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias extra muros hujusmodi, quas consequerentur, si ipsas Sancti Sebastiani, ac Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias extra muros visitarent, ibique præscripta, & injuncta ut præfertur adimplerent, quodque ad effectum hujusmodi Sanctæ Mariæ de Populo, ac Sanctæ Mariæ Transyberim, necnon Sancti Laurentii in Lucina Ecclesiaz prædictæ omnibus, & singulis Indulgencias, etiam plenarias, & stationibus, peccatorum remissionibus, penitentiarum relaxations, aliisque quibusvis gratis spiritualibus, tam circa Altarium quotundcumque visitationem, quam in illis Missarum celebrationem, quibus Sancti Sebastiani, & Sancti Pauli, necnon Sancti Laurentii Ecclesias

XXVII. Deputatio Ecclesiarum Sanctæ Mariæ de Populo, Sanctæ Mariæ Transyberim, ac Sancti Laurentii in Lucina in Urbe consistenter, loco Ecclesiarum Sancti Sebastiani, & Sancti

URBANUS OCTAVUS.

Ecclesia extra muros hujusmodi utuntur, posuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & aequè principaliter, sine ulla prorsus differentia uti, potiri, & gaudere libere, & licetè possint, & valeant. Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus.

Causa 3. §.3. Non obstantibus nostra de non concedendis indulgentiis ad instar, aliiisque constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, statutisque, & consuetudinibus, ceterisque contrariae quibuscumque.

Quod profectus littera ad validitatem. §.4. Presentibus ad nostrum beneplacitum dumtaxat.

Presentium. §.5. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sanguillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutis fidibus tute munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibetur, que eisdem presentibus adhibetur, si forent exhibita vel ostensa.

Dat. P. Anno 1. Datum Romæ apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 30. Ianuarii 1625. Pont. nostri anno 2.

XXXVIII. Erectio Custodie Bavariae Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum, in Provinciam Ordinis ejusdem Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, conformis aliis Provinciis Regnorum Hispaniarum, cum communicatione omnium gratiarum spiritualium, & temporalium dd. Provinciis cancellatum, ac nonnullis aliis ordinationibus pro bono hujus Provinciæ regimine.

De istis Fratribus vide quoniam ad Gregor. XV. conf. 8. Onerosa, sup. Et ad hujus Sanctissimi Pont. conf. 27. Romanus.

Edic. Anno D. 1625. V R B A N V S P A P A VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

*S*Acrosanctum Apostolatus ministerium humilitati nostra, licet nullo meritorum suffragio, per ineffabilem divina sapientia providentiam commissum postulat, ut inter multiplices, gravissimaque Apostolicæ servitutis curas, illam peculiari studio amplectimur, per quam personæ sub suavi Religionis jugo Salvatoris nostri obsequiis famulantes, felicioribus in dies proficiant incrementis.

Causa 4. §.1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Fratres Ordinis Minorum S. Francisci de Observantia Reformatorum nuncupatorum Custodie Bavariae, assiduis verbis Dei prædicationibus, continuaque Sacramentorum Ecclesiasticorum administratione, necnon aliis spiritualibus exercitiis, uberes in vinea Domini fructus afferentes noscantur.

Custodia Bavariae. §.2. Nos, ut Fratres prefati in pitorum hujusmodi operum exercitu perseverare valeant, providere, ac fieri illorum statui, quantum cum Domino possumus, per amplius consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, custodiam prefatam in Provinciam Ordinis ejusdem S. Francisci Reformatorum Discalceatorum Bavariae nuncupandam, que Reformata, & aliis corundem Fratrum Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Provinciis Regnorum Hispaniarum conformis, & ad illarum instar effect.

Statuta vi. §.3. Necnon sub omnimoda Ministri Generalis dicti Ordinis, ac eo Italica Nationis, & extra Italiam existente, ejus Vicarii Generalis, necnon & Commissarii Generalis juxta Bullam Unionis electi, non autem Commissariorum Generalium eocundem Ordinis, & Regnum, nec superioris, vel inferioris Germanie, ita quod Minister, ac Vicarius, & Commissarius Generales prefati juxta Bullam hujusmodi electi, illam non nisi per se ipsos,

aut Commissarius Ordinis Reformatorum prefatorum visitare valeant, jurisdictione, auctoritate, & superioritate.

§.4. Cujusque Fratres juxta declarationes felicis reordinationis Nicolai III. & Clementis V. Romanorum Pontificum predecessorum nostrorum, vivere debent.

§.5. Et cum hoc etiam, quod ex nunc Minister Provincialis Provinciae Bavariae hujusmodi omnem jurisdictionem, facultatem, & auctoritatem, tam in Fratres Ordinis prefati tibi subditos, quam circa novarum domorum ejusdem Instituti in eadem Provincia fundationem, seu erectionem, aut adjudicationem, necnon etiam circa Novitios, aliaque in literis Apostolicis recolendas mem. Gregorii Papæ X III. & predecessoris nostri contenta, prout alii Ministri Provinciales altiarum Provinciarum Fratrum ejusdem ordinis Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum, in omnibus, & per omnia habeant.

§.6. Ac tam ipsi, quam singularum domorum dicitur Provinciae Fratrum Minorum Sancti Francisci Reformatorum Discalceatorum nuncupatorum Bavariae superiores, necnon singulares eorum, & cuiuslibet illarum persona, omnibus, & singulis prærogativis, præminentibus, privilegiis, exemptionibus, immunitatis, indultis, concessionibus, favoribus, & gratis spiritualibus, & temporalibus, quibus alii hujusmodi Ministri Provinciales, & altiarum domorum regulationi superiores, & singulares personæ uti, frui, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pariter & pariformiter, ac aequè principaliter, sine ulla prorsus differentia, uti, frui, potiri, & gaudere possint, & gaudeant.

§.7. Quodque nunc, & pro tempore existens Minister Generalis prefatus, aut Visitatores ab eo, & pro tempore mittendi, statuta, constitutiones, & ordinationes ejusdem Provinciae Bavariae, illiusque domorum Regularium hujusmodi, nisi de consensu majoris partis Fratrum vocalium dictæ Provinciae Bavariae in eorum Capitulis provincialibus praestando, alterare, vel immutare, aut eosdem Fratres ab eorum modo vivendi, dummodo iuxta easdem declarationes vivant, disturbare.

§.8. Necnon quod Fratres ordinis ejusdem S. Francisci de Observantia nuncupati, infra limites ejusdem, seu alterius Provinciae existentes, collecturas, seu quæsturas ad domos regulares ejusdem Provinciae Reformatorum Discalceatorum Bavariae spectantes, exceptis eis à Fratribus dictæ Provinciae in dicto eorum Capitulo Provinciali forsan concedendis occupare, au eosdem Fratres Reformatos Discalceatos Provinciae Bavariae hujusmodi desuper perturbare nulle unquam tempore possint, nec valeant, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuè erigimus, & instituimus.

§.9. Et insuper eidem Ministro Generali, ut Minister Provinciale, Custodem, & Definitores dictæ Provinciae Bavariae creare & eligere, ceteraque omnia, & singula in præmissis, & circa ea necessaria, & quomodolibet opportuna, & si talia sint, vel fuerint, quæ magis speciale, specificam, individuam, & expressam requirent mentionem, facere, dicere, ordinare, & execuqui liberè, & licetè possit, & valeat, plenam, liberam & amplam auctoritatem, tenore præmissorum concedimus, & impartimur licentiam, & facultatem, ita tamen, ut Fratres Provinciae hujusmodi, constitutionibus, & ordinationibus in Capitulo, sive Congregatione generali facili, que strictiori observantia non adverterunt, subjaceant, ad illarumque observationem omnino teneantur.

§.10. Decernentes Provinciam per presentes erectam, & institutam hujusmodi decretis, & declarationibus a Nobis, & Romanis Pontificibus predecessoribus, & successoribus nostris, pro reformationibus, & custodiis Italie emanatis, seu emanandis, nullatenus subiectam, & comprehensam esse, vel fore, ac Provinciale, Custodem, & Definitores, aliquique Superioris, ac Fratres Provinciae per presentes erecte, &

URBANUS OCTAVUS.

83

et instituto, à quoquem, quavis etiam Archiepiscopali, aut Episcopali, vel etiam majori auctoritate fungentes, desuper molestari, inquietari, perturbari, aut impediti non posse.

§. 10. Sieque per quoscumque Judices & Commissiones ordinarios, vel delegatos, sublata eis, & eorum cuiuslibet quavia alteri judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque & insane quaequid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atten-

*tar. §. 11. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, etiam dicti ordinis, illiusque Provin-
ciarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudini-
bus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis
eidenti ordini, & provinciis, illiusque & illarum Superioribus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & for-
mis, ac cum quibuscumque clausulis, & decretis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-
novatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium re-
nores prætentibus pro plenè & sufficienter expressis ha-
bentes, illis aliis in suo labore permanens, hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque.*

*Datum Roma apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris,
die 1. Martii 1625. Pontificatus nostri anno 2.*

*site sunt) amoveantur, prout eas statim amoveri man-
davit.*

*§. 12. Ac pariter imprimi de cetero inhibuit libros co-
tundem hominum, qui Sanctitatis sive Martyrii fama, vel
opinione (ut præfertur) celebres è vita migraverint, ge-
sta, miracula, vel revelationes, seu quacumque benefi-
cia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta con-
tinentes, sine recognitione, atque approbatione Ordina-
rii, qui in iis recognoscendis Thcologos, alio-
que pios, ac doctos viros in consilium adhibeat, & ne
deinceps fraus, aut error, aut aliquid novum, ac ino-
dinatum in re tam gravi committatur, negotiorum instru-
ctorum ad Sedem Apostolicam transmittat, ejusque respon-
sum expedit. Revelations verò, & miracula, aliaque be-
neficia supradicta, que in libris horum hominum vi-
tam, & gesta continentibus, hactenus sine recogni-
tione, atque approbatione hujusmodi impressa sunt, nul-
lo modo approbata censerit vult, mandatque Sua San-
ctitas.*

*§. 13. Ad horum hominum sepulchra vetuit etiam, ac
inhibuit Tabellas, atque imagines, ex cera, aut argento,
seu ex alia quacumque materia, tam pictas, quam fictas,
atque exsculptas appendi, aut affigi, & lampades, sive alia chro-
mata, quecumque lumina accendi sine recognitione ab Ordina-
rio omnino, prout suprà facienda, Sedique Apostoli-
ce referenda, ac probanda.*

*§. 14. Declarans, quod per supra scripta præjudicare in
aliquo non vult, neque intendit iis, qui aut per commu-
nem Ecclesiæ consensem, vel immemorabilem temporis
cursum, aut per Patrum, virorumque Sanctorum scri-
pta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedi
Apostolice, vel Ordinarii coluntur.*

*§. 15. Ut autem præmissa diligentius observentur, uni-
versis, ac singulis, tam Ordinariis, quam hæretica praviti-
tatis Inquisitoribus districte præcipit, ut in sua quaque
Dioecesi, vel Provincia sedulò pervigilent, ne sine ap-
probationibus prædictis Imagines cum memoratis li-
gnis exponentur, aut miracula, revelationes, ac bene-
ficia prædicta publicentur, aliave contra superiori dis-
posita fiant.*

*§. 16. Transgressores verò, si Regulares fuerint, priva-
tionis suorum officiorum, ac vocis active, & passive, nec
non & suspensionis à divinis, si verò Clerici secularis,
privationis pariter suorum officiorum, suspensionis à di-
vinis, & ab administratione Sacramentorum, executione
que suorum ordinum respecti, alioque arbitrio præ-
dictorum Ordinariorum, seu Inquisitorum pro modo
culpa infligendis penit plectendo.*

*§. 17. Qui autem libros impreserint, aut Imagines pin-
xerint, sculperint, seu quoquo modo effinxerint, vel for-
maverint, certeque Artifices circa præmissa qualiter-
cumque delinquentes, prædicta omnia amittant, & infu-
per pecuniaris, aliisque etiam corporalibus penit, juxta
criminis gravitatem, eorumdem Ordinariorum, seu in-
quisitorum arbitrio afficiantur.*

§. 18. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

*§. 19. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo
prætendi, voluit ut Decretum hujusmodi, seu illius
exemplum ad valvas Basilice Principis Apostolorum
Urbis, ac in acie Campi Flora affixum omnes perinde
arctet, atque afficiat, ac si unicuique personaliter inti-
matum fuisset.*

*§. 20. Quodque præsentium transumptis, etiam impref-
sis, manu Notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius
personæ in dignitate Ecclesiastica constitute munitis ea-
dem proposita fides habeatur, quæ præsentibus adhibe-
tur, si forent exhibitz, vel ostense.*

Joan. Antonius Thomasius S.Romanus, & universalis

Inquisitionis Not.

*Anno 1625. Indictione 7. Pont. Sanctiss. D.N.D. Urbani Publicaris
divina prævidentia Pape VIII. Anno ejus 2. die vero 4. mensis
Aprilis, supradictum Decretum affixum, & publicatum fuit ad
valvas Basilice Principis Apostolorum de Urbe, & in acie
Campi Flora, ut moris est, per me Brandimarem Lazarum
Sanctiss. D.N. Papæ Cursum.*

Obsequi Spada Mag. Curs.

Sequitur

Sequitur declaratio praeinserta prohibientis.

*Diciturio
de qua in
rebus.*

Postmodum vero idem Sanctiss. D.N. a quibusdam re-
vocari in dubium accepit, an Tabellas, & imagines,
quas in posterum offerti contigerint, recipere, & ante-
oblatas confermare licet: Sanctitas Sus., que tantummodo voluit, occurrendo abusibus qui irripere videban-
tur, certiorem patare viam ad eorum in terris gloriam,
quorum sanctimoniam divina clementia placuerit admiri-
randis operibus illustrare, re prius cum Illustriss. & Re-
verendiss. DD. Cardinalibus contra hereticam pravita-
tem generalibus Inquisitoribus communicata, praefenti
Decretu declaravit, quod sicut nunquam prohibuit, nec
sue intentionis fuit prohibere oblationem, receptionem
que Tabellarum, & Imaginum hujusmodi, ita ut nulli
deinceps hesitatione locis relinquatur, statuit in praesen-
tiarum, & decernit, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut
Oratorium, locumve alium publicum, secularem, seu
regularem Tabellas, & Imagines, aliudve simile quis-
quam detulerit, ac intercessione hominum inter Santos,
vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, vel
sanctitatis fama demortuorum, optata se impetravisse
dixerit, liceat Ecclesiasticis personis, Ecclesiarum, loco-
rumve predicatorum cura Propositis Tabellas, & Imag-
ines, five pectoris, five ex quavis materia fictis, atque alia
quæcumque collatae gratis fidem facientia, simul cum
deferentis, aliorumque qui consciit fuerint, attestacionibus
accipere, atque approbantibus Ordinariis ad quos refer-
re statim omnia teneatur, in secreto aliquo, seorsum ab
Ecclesia, loco custodire, ibidemque jam amota collocare,
& asserare, ut si quando Dominus talium virtorum meri-
ta Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris
decorare voluerit, extent adhucmodi sanctitatis quales-
cumque probations, Apostolicæ Sedis iudicio tunc ex-
aminanda, contraria quibuscumque non obstatibus.

Joan. Antonius. Thomasius S. Romanae, & universalis
Inquisitionis Not.

Publicatione.

Anno 1625. Indictione 8. Pont. Sanctiss. D.N.D. Urbani
divina providentia Papa VIII. die vero 30. mensis Octobris,
supradicta luera, sive Decretum effixum, & publicatum fuit
ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, ac in aie-
Campi Flora, in moris est, per sue Brandimartem Latinam
Sanctiss. D.N. Papa Cœsorum.

X L.

Pastoralis, & pia adhortatio ad Catholicæ Ec-
clesiæ Patriarchas, Archiepiscopos, & Epis-
copos, ut ipsi, & Christi fideles omnes bonis
operibus muniti, omnipotentem Deum pro-
pace, & concordia inter Christianos Princi-
pes inducenda, & Christiani populi incolu-
mitate assequenda efficacibus precibus exo-
rent.

*Editio Anno D. M. R. B. A N V S P A P A V I I. J.
1625. Venerabilis Fratres salutem, & Apostolicam benedictionem.*

*Narrat Pri-
miceriis esse dis-
cordes, & bel-
lum tem-
pore annis
1625.*

*Ei particula-
riter in Ita-
lia.*

S. 1. **T**onitrua ultionis Omnipotens exterrent Euro-
pam, & furente discordiarum turbine concu-
tiuntur fundamenta Orbis terrarum. Consurgunt Princi-
pes indignantes de soliis suis, & Nationes ardentes
odio sanguinem, & ad arma properant. Armata
heres existimans abscondi non posse acceptarum cla-
diū ignominiam, nisi in templorum incendiis, non pac-
titur in Germania conquiscere Religionem, quamvis
clarissimis viris triumphantibus; quinimum ostentans fa-
ces exitiales, & remota accersens auxilia, tempestates sa-
vientis Oceani Romano Imperio minitatur. Belgium
diuturnis bellis vexatum, ut intestina dissidia coereat,
non potest propria viscera non laniare, eorumque popu-
lorum internectionem, quos veller paterno patrocinio
tueri, cogitur appellare victoriam.

S. 2. **H**ec regio pacis, & religionis arx Italia, quæ exte-
ratum provinciarum calamitas misericors spectatrix
lamentabatur, si hac tempestate campus seditionum, &

en bellarum incendia in Valtellina, finitimaque tegi-
nibus timent excitati, quæ nonnulli gentium sanguis, &
principatum casus extinguit.

S. 3. **P**ericulum autem est, ne hac arrepta occasione,
pestiferum haeresum virus latius se diffundat, & animo-
rum sanitatem corruptat contagione impietas. Quo-
cumque enim animo bellum inter Christianos Principes
geratur, non potest tanta moderatione administrari,
quin plenumque triumphos sceleri ferat, & naufragia
Religioni. Jam vero audaces illæ hereticorum mem-
brantiam voces auditæ sine lachrymis non possunt, qui
impium causam defendere se posse gloriabantur framea
Dei nostri, id est, potentia Principum Catholicorum.
Neque solum haec existimanda sunt darina, quia regio-
nibus vastitatem, & animis perniciem parant, sed quia
brevissimos triumphos creduntur adimere hoc tempore
Christianitati.

S. 4. **H**ec tam vasta, & tam minax humanarum misé-
riarum scena, quodnam lachrymantibus oculis Pontificie
charitatis spectaculum prebeat, facile conjicere potestis
Venerabiles Fratres. Tamen neque animum delponde-
mus, qui scimus, Dominum aliquando in tempestate, &
turbine delitescere, neque in anibus querimonii tempus
ducimus, qui lamenta viribus defuncta putamus haberi
potius solertia pereuntium, quam periclitantium auxilia.
Accendit velut ignis zelus noster, & si noster sanguis
fortiter fusus opportuna est medicina ægrotanti Reipu-
blicæ, gaudentes in proprio domino pro salute filiorum,
vitam ipsam pro Dei gloria devovemus. Omnipotentem
cordium scrutatorem testamur, Nos Cæsarum triumphis
anteferre eas Pontificum ærumnas, qui digni habiti sunt
pro nomine Jesu conumeliam pati, & divinum Pasto-
rem imitantes, animam suam poluerunt pro oibis suis.

S. 5. **C**um autem non videatur ejusmodi holocaustis
hoc tempore delecati Pontifex sempiternus, ea confilia
dies, nosque meditamus, que habeantur arma lucis ad
prodigandum patrem discordiarum. Armamus quidem
Ecclesiasticas legiones, ne opus Dei facere negligenter
arguamus: at enim eodem tempore nullum prætermitti-
mus officium, quo possit conciliari concordia Regum,
& leniti furor armorum.

S. 6. **T**andem postquam accuratissimis precibus flagi-
tavimus pacem huminis dissipantes gentes, quæ bella
volunt, decrevimus id remedium adhibere, quod in con-
familia rerum discrimine non semel peperit incolumentem
Orbi Christiano. Ergo nuper approbante Apostoli-
co Senatu declaravimus Ecclesiæ universæ Pastoralem
sollicitudinem Cardinalitatem legatione. Selegimus vero
Franciscum Cardinalem Barberinum fratris nostri filium.
Creditur Pontificia consanguinitas non levem actori
publica causa adjungere auctoritatem: porrè autem al-
legantes eum quem natura Nobis voluit esse charissi-
mum, videtur luculentius paternum affectum testari
generi humano. Nunquam certè Nos ei gravissimum
hoc terrarum tumultuantium negotium mandaremus, nisi
exploratum Nobis foret, eam illi mente inesse, ut glo-
riam Dei, & populorum salutem existimat verum Eccle-
siasticorum Principum thesaurum, ac triumphum. Nunc
autem ille ad potentissimos Reges proficitur curatu-
rus, ut exoptata Christianæ Reipublicæ concordia laxifi-
cat inercentem Ecclesiam, & propugnacula communiat
publica incolumentis.

S. 7. **T**imidæ sunt cogitationes hominum, & consi-
lia mortalitatis non raro ludibria existunt, nisi pater lu-
minum cordibus nostris infundat Spiritum Sapientie,
& fortitudinis. Quare Venerabiles fratres in partem fel-
licitudinum nostrarum vocati, congregate hoc tempore
populos, & quasi tuba exaltare vocem vestram. Curat
Christianæ plebs ad arma justitiae, munitione faccio, & ci-
licio, quibus lorica salutis conficitur, & distringens
gladium ancipitem orationibus conflatum, profiget
legiones Inferni, ut potentium Ninivitarum gemitus
imitata leniat iram Dei furore suo terras arguentis.
Tum autem eum orate, ut det verba sua in ore Apo-
stolici Legati, ne pax, que Christi in Cælum redeun-
tis testamentum fuit, & hereditas, à filiis discordia-
rum tenerè dissipetur. Turris fortissima nomen Domini,

ad hanc confugiant justi, & fides, quæ mones transforse, & maria potest perambulare, sentiet montes. Sion esse in civitate mystica Hierusalem, & Dominus potenter in prelio excubare in circuitu populi sui. Omnipotens Princeps pacis, qui arcum conserua, & confingit armam impiorum, in manu tua sunt corda dominantium, & sub te curvantur qui portant Orbem. Emissus à thesauri misericordia semperne spiritum charitatis, qui Christianorum Principum voluntates conciliat. Effice in foderatis potentibus viribus, atque animis, in hac altissima terrarum specula canant quam cœlum classicum cœli, atque uti tantum armorum apparatu ad Regnum Dei propagandum plaudente Concilio iustorum, & triumphante fide orthodoxa. Justissimi hujus voti spem, & fiduciam præbere potest Omnipotens fidelium precibus exortatus, Venerabiles fratres, à quibus pium hoc solatum expectamus, vobisque Apostolicam benedictionem permanenter imparsum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 25. Martii 1625. Pont. nostri anno 2.

II. Elargitio plenariae peccatorum Indulgencie pro omnibus in Urbe constitutis, qui Basileam S. Petri, & Ecclesiam B. Mariæ Transfigurationis devotè visitaverint, & ibi pro sua Ecclesiae exaltatione, ab hostium conatibus defensione, hæresum extirpatione, Principum Christianorum vera pace, ac imminentium in Europa necessitatum aversione oraverint.

Iubilatum indixit pro tunc Ecclesia necessitatibus imminentibus Paulus V. ut hic sup. conf. 106. Ecce, & conf. 115.

Generalem autem indictionem plenariae Indulgencie pro currenti Anno Sancto hic idem Pontifex promulgavit, ut sup. in ejus constit. 16. *Omnes.*

V R B A N V S P A P A V I I I . Universis Christi fidelibus presentes literas insperatas, Salutem, & Apostolicam benedictionem.

§. 1. **D**iviz misericordie foribus hoc sacrosancto Jubilai Anno per Nos reclusis, teterimus humani generis hostis, qui spiritualis ædificii ruinam assidue molitur, bellico furor ossium referat. Perstrepunt ubique arma, & populi quos Christiana charitate ferventes, hoc præsentim tempore charismata meliora æmulari optabamus, sevis iræ flammis incensi, mutuas in clades exarcent.

§. 2. Nos verò, qui omnes paterna dilectione complectimur, Europæ fere universæ, præcipue autem Italiz, que illibata religiosis studio jure optimo gloriatur, ac tutissimum florentis, diuturnaque pacis existit domicilium, casus mirum in modum dolentus, & sanguinem, qui effundi, jam cecepit, magna nostrarum consequimur copia lacrymarum.

§. 3. Quanquam verò tot, tantisque malis opportuna remedia adhiberi cupientes, ea quæ offici nostri ratio poscebant, humanæque prudentiæ leges monere videbantur, quantum in Domino potuimus. Pastorali sedulitate providimus: nihilominus fortiora præsidia nonnisi è Cœlo sperantes, Patrem misericordiarum, quem iniuriantes nostra in iram concitaverunt, contritis, & humiliatis cordibus ducimus adeundum, ut in gentes, quæ cum non converunt, non in filios iram suam effundâ, ut recordetur, quia caro sunt, nec contra folium, quod vento rapitur, ostendat potentiam suam, ut exortam sedet tempestatem, statuat procellam ejus in auram, & sileant fluctus ejus.

§. 4. Hoc autem ut fructuosius, & majori cum spiritus ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romanæ omnium Matris, & Magistræ more in præsentibus necessitatibus ad eisdem Ecclesiæ thesauri largam dispensationem pro nostro pastorali munere configendum duximus.

Bullar. Mag. Tom. IV.

§. 5. Itaque ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles in Alma Urbe nostra constitutos, auctoritate Apostolica paternæ, enixa que requiri mus, & monemus, ac in prelio exercitio, & adimplendum, necnon ad pias, ac fervidas ad Altissimum preces effundendum, ut per viscera misericordie Ecclesiam exaltare, eamque ab hostium conatibus, & insidiis defendere, hæresim extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, ac in necessitatibus hujusmodi subvenire dignetur.

§. 6. Nos enim omnipotentis Dei misericordia, ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex ille scripta ligandis, acque solvendi potestate, quam Nobis dominus, meriti licet minimi suffragantibus, contulit, universis & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe predicatorum degentibus, qui solemnni processioni, quam à Basilica stargitur. Principis Apostolorum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Transfigurationis, feria quarta sequentis hebdomadæ, unâ cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Principum apud Nos, & Sede Apostolicam Oratoribus, omnibus Prælatis, & Proceribus, universoque Clero & populo ageribus, interfuerint, vel qui eadem hebdomada Basilicam & Ecclesiam hujusmodi, saltē sensim visitaverint, ibique devote, ut supra Deum oraverint, necnon feria quarta, & sexta, ac Sabbato eiusdem hebdomadæ jejunaverint, peccataque sua confessi, in qualibet ex dictis diebus, vel Dominica immediatè subsequenti, sanctorum Eucharistie Sacramentum reverenter suscepint, quod omnes, & quascumque presentis Anni Jubilæi Indulgencias, & peccatorum remissiones, penitentiarumque relaxations consequantur, quas consequerentur, si omnes Ecclesias ad id deputatas personaliter visitarent, & alia in literis indictionis ejusdem Jubilæi prescripta adimplerent, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 7. Regularibus autem personis utriusque sexus in Claustris perpetuò degentibus, necnon aliis quibuscumque tam laicis, quam religiosis regularibus in carcere existentibus, vel aliquis corporis infirmitate, seu alio quo- cumque legitimo impedimento detentis, qui supra expressa, vel corum aliqua præstare nequiverint, ut Confessorius quem ut infra elegerint, predicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, atque injungere valeat quæ ipsi penitentes efficeri poterunt, concedimus pariter, & indulgemus.

§. 8. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri hujus pretiosissimi thesauri, universis, & singulis utriusque sexus tam Laicis, quam Ecclesiasticis, seculari- bus, & regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut eis abfibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tan faculatem, quam cuiusvis Ordinis regularem ex approbatibz à dilecto filio nostro in Alma Urbe Vicario in spiritualibus generali, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latis, seu inflatis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam Nobis, & Sedi Apostoli, etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, atque alias per quacumque Rom. Pont. prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, quomodo cumque reservatis, in foro conscientiæ, & hac vice tantum absolvere, & liberare valeant. Et insuper vota quacumque (religionis, & castitatis exceptis) in alia pia, & salutifica opera commutare, injunctorum tamen eis, & corum cuiilibet in supradictis omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio penitus infligendis.

§. 9. Non intendimus autem præsentes iis qui à Nobis, & Sede Apostolica, vel ab aliquo Prælato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, & interdicti, seu alias in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi infra tempus hujusmodi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint,ullo modo sufficiari posse, aut debere.

H §. 10. Non

URBANUS OCTAVUS.

§. 10. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apost. presertim quibus facultas abolivèdi in con-
cis tunc expressis casibus ita Rom. Pont. pro tempore ex-
istenti reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Iusti-
lei, Indulgentiarum, & facultatum hujusmodi concessio-
nes, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio
fiat, cuiquam suffragari queant, necon regula nocte de
non conceden. Indulgentia ad instar, ac quorumcumque
Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regula-
rium juramento confirmatione Apost. vel quavis firmata
alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis
quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordini-
bus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolli-
ber concessis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus,
& singulis, etiam si de illis, eorumque totis ten. specialis,
specifica, & individua, non autem per clausulas generales
idem importantes mentio, aut expressio habenda, vel
quavis alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illo
rum ten. presentibus pro sufficienter expressis, & ad ver-
bum insertis habentes, ac formam eorum traditam pro
servata habentes, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, ceteri que contraria quibuscumque.

Transumptis
bonis empt.
revera decora-
tum.

Dat. P. A. 2.
die 21 Apr.

§. 11. Volumus autem, ut presentium transumptis,
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica consti-
tute munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsiis
presentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostense.
Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 21. Aprilis 1625. Pont. nostri anno 2.

XLII. Quod Fratres Ordinis Eremitarum S. Augusti
in Hispania & Indiis ad Doctoratus, seu Ma-
gisterii in sacra Theologia gradus promo-
vendi, ab Examinatoribus in Capitulo Ge-
nerali à Priore generali deputandis exami-
nentur, ad effectum ut Magistralibus exem-
ptionibus, & dignitate gaudere possint. Cum
extensione Constitutionis Clementis VIII.
qua sublata fuerunt vota ex gratia concessa
in Capitulis Provincialibus in quibusdam
Provinciis Hispaniarum, & Indianorum, ad
omnes Provincias Italiz.

De numero, electione, & qualitatibus Magistrorum
sacra Theologia in Provinciis Italia eligendorum
statuit Greg. XIII. conf. 83. Dominicum, sap. tomo
2. Et de his Fratribus scripti sup. ad Alexand. IV.
conf. 6. Licet, tom. 1. Praeser qua scias ordinatio-
nes Congregationis Sicilia approbase Paul. V. sup.
tom. 3. conf. 99. Exponi, & S.D.N. revocasse om-
nia privilegia, quibus gaudebant. Affidentes VI.
transmontani, expleso eorum officio, in conf. 61. R.O.
manus, ubi de hujusmodi Affidentibus notabo,
& alia indicabo.

Edic. An. D. V R B A N U S P A P A V I I I .
1625.
Ad perpetuam rei memoriam.

R Om. Pont. in sacra B. Petri Sede à Domino constitutus, ex injunctio belli munere religiosos viros, qui spes-
tis hujus seculi vanitatis, divini numinis obsequiis
sub suavi Religionis iugo feso manipularunt, præcipue
benignitate complectens, in his, quæ prospera, felici-
que corum directioni conducunt, sedulè invigilat, que
verò in hoc impedimento esse dignoscuntur, pastorali
sollicitudine tollere procurat, prout conspicit in Do-
ctoratu, &
Muli fratre
opus ordinis
in Indiis, &
minimo salubriter expedite.

Hij sunt pro
multa
opus ordinis
in Indiis, &
minimo salubriter expedite.

§. 1. Cum itaque (huc accepimus) multi Ordinis Ere-
mitarum S. Aug. Provinciarum Hispaniarum, & Indianarum
Doctoratus, Religiösi doctrina, & meritis sufficiébibus carentes, nima-
que Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia gra-
du, ad unum duci, partim ad Universitates Studiorum generalium, in

quibus ad gradus hujusmodi suscipiendos levissima sunt exigitum
examina, studiorē recurrent, partim vero ne hujusmodi diuersam
quidem examina apud ullam Universitatem subeant, ac ratione
alii, etiam minus legitimis, & honestis rationibus ad eos-
dem gradus aditu sibi patefacte contendant, in non mo-
dicum Ordinis, & Provinciarū hujusmodi pre-judicium.

§. 2. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto concedi-
tur, obviare, prospéroque Ordinis Provinciarum hujus-
modi statui, & directioni providero volentes, Motu pro-
prio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris,
quod de cetero perpetuis futuri temporibus, nullus Magis-
terius, & Provinciarum hujusmodi religiosus, etiam excep-
tu licentia à quibuscumque Superioribus obtin-
te in qualibet Studi generali Universitate ad hoc, ut
inibi ad Doctoratus, seu Magisterii in sacra Theologia
gradum promoveatur, presentari, aut gradum ipsum alias
modo, ut suscipere deberet, ad effectum ut Magis-
tralibus exemptionibus, dignitate, & Ordine gaudere
possit, suscipere valeat, nisi prius prævio rigoroso exami-
ne ab Examinatoribus in partibus per dicti Ordinis
Priorem generalem in Capitulo generali deputandis fa-
ciendo, etiam per aliquos actus litterarios, ac etiam in his
quæ à sacro Concilio Tridentino circa Prædicatores
præcipiuntur, examinatus, & approbatus fuerit, Apost.
auktoritate tenore presentium statuimus, & ordinamus.

§. 3. Mandantes propter easdem examinatoribus, ut
prefertur, deputandis, in virtute sanctæ obedientie, ac sub
excommunicationis, necon pœnitentia, & gradu
passiva, aliquorumque officiorum per eos obtentorum ipso
facto incurriendis pœnis, ne quæcumque Ordinis, & Pro-
vinciarum hujusmodi religiosum, doctrina, & meritis
sufficientibus ad hujusmodi gradus suscipiendos non
prædictum quoquo modo approbent, vel admittant.

§. 4. Et nihilominus quæcumque hujusmodi appro-
bationes, aut ad gradus admissions contra præsentium
tenorem (quod absit) quandocumque, aut quomodo-
cumque faciendas, nullas prorsus, & invalidas, nul-
liusque roboris, & momenti fore, & esse, ac nulli pro-
sus suffragari posse.

§. 5. Sicque, & non aliter in præmissis, per quoscumque
Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores judicari & definiri debere, necnon
irritum, & inane quicquid fecus super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari, auctoritate, & tenore presentium discernimus,
& declaramus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, ac quartenus opus sit, Ordinis & Provin-
cialium hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis firmatæ alia roboratis statutis & con-
suetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-
stolicis coruadem Ordinis, & Provinciarum religiosis,
sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriis derogatoriis, alisque efficaciori-
bus, & insolitis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in
genere, vel in specie, ac alias in conterarium præmisso-
rum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.
Quibus omnibus, & singulis, etiæ de illis specialis, specifi-
ca, & expressa mentio habenda est, eorum omnium, &
singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficien-
ter expressis, & inferitis habentes, illi alias in suo ro-
bore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, ut presentium transumptis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo alicujus persona in dignitate Ecclesiastica consti-
tute munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ pre-
sentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, D.P.A.
die 24. Aprilis 1625. Pontif. nostri anno 2.

Sequitur extensio Constitutionis Clem. VIII. qua
sublata fuerunt vota ex gratia concessa in Ca-
pitulis Provincialibus quorundam Provinciarum
Hispania, & Indianorum, ad omnes Provincias
Italiae.

V R B A N U S

URBANUS OCTAVUS.

87

*Edita An.D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1625.
Ad futuram rei memoriam.*

S. 1. Aliis per fel. rec. Clem. Papam VIII, prædecessorem nostrum inter alia accepto, quod in Provinciis Bethica, Mexicana, de Mechoacan, del Perù, del Quinto nōvi Regni Ordini Fratrum Eremitarum S. Augustini, aut aliquibus illarum permulti vocem in electionibus ex gratia haberent, ex quo propter magnum vocalium numerum in Capitulis provincialibus ut plurimum confusiones, & perturbationes oriri solebant, idem Clemens prædecessor ad eas omnino tollendas, ac de cetero in perpetuum in quacumque dictatum Provinciarum nulli prater eos, quibus de jure dicti Ordinis Constitutiones licebat, vocem in Capitulis provincialibus habebent, sed ii, quibus ex gratia concessa esset, voce aliqua omnino carerent, & ex munc privati essent, & esse censerentur, prout ipse Clemens prædecessor ex tunc illos, & eorum quemlibet privavit, Apostolica auctoritate statuit, & ordinavit. Nuper verò Nos Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione statutum, & ordinationem hujusmodi ad Provincias Italiae dicti Ordinis sub certis modo, & forma tunc expressis extendimus, & ampliavimus, prout in ipsius Clementis predictis, ac nostris despēter in simili forma Brevis expeditis literis, quarū ten. presentibus pro expressis habeti volumus, plenius continetur.

S. 2. Nunc autem prospero, felicique quarumcumque aliarum dicti Ordinis Provinciarum statui, & directioni in præmissis, quantum cum Domino possumus, ob viam ire volentes, Motu, scientia, & deliberatione similibus statutum, & ordinationem per Clementem prædecessorem hujusmodi facta, & per Nos extensa, & ampliata, ut perfertur, ad universas Provincias, & Congregationes totius Ordinis prædicti eadem auctoritate tenore praesentium rursus perpetuè extendimus pariter, & ampliamus, illaque in universum Provinciarum, & Congregationum hujusmodi Capitulis provincialibus locum habere, & sic ab omnibus censi.

Decretum irritans addit. **S. 3.** Atque ita per quoscumque Judices ordinatio- nes, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque, & tñane quicquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate etiam, & tenore prædictis decernimus, & declaramus.

Contraria tollit. **S. 4.** Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, & singularum Provinciarum prædictarum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, aliisque omnibus, & singulis, que in dictis literis concessa sunt non obstat. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Transumptus item dari recipit. **S. 5.** Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici sublitteratis, & figillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique prorsus fides adhibetur, qua ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibite, vel ostense.

Dat. P. An. 6. Sept. 14. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 14. Septemb. 1628. Pontif. nostri anno 6.

XLIII. Confirmatio Statutorum pro Religiosis Militiæ Christianæ sub titulo Conceptionis B. Mariae Virginis institutæ gubernio editorum.

Hec statuta tibi non subjicio, quia ea poteris apud hos Milites legere.

Instituit hanc militiam istem Pont. suprà in confit. 11. Imperficiabilis, ubi notavi. Deputavitque judicem probationum sup. in confit. 27. Ciam Nos nuper.

**Edita An.D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1625.
Ad perpetuam rei memoriam.**

Ereba fuit **S. 1.** Aliis supplicationibus dilectorum filiorum nobis Militia

bilium vitorum Ferdinandi Mantuz, & Caroli Bullar. Mag. Tom. I V.

Nivernen. Ducum, & Adolphi Comitis ab Althan Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, unam Militiam Christianam nuncupandum sub titulo Conceptionis B. MARIE Virginis Immaculatae, ac sub Regula Sancti Francisci, necnon sub protectione SS. Michaelis Archangeli, & Basillii, pro uno Magistro qui Magnus nuncupatur, ipius Militia Caput, & Superior existat, necnon Militum, ac Ministrorum numero eidem Magistro beneviso, Apostolica auctoritate, sine cuiusquam prejudicio perpetuè exstitit, & institutus, eisdem Magistro, & Capitulo generali dictæ Militie, ut quascumque constitutiones, statuta, ordinationes, capitula, & stabilitamenta ad prosperam dictæ Militie directionem facientia, licita tamen & honesta, ac sacris Canonibus, Conciliique Tridentini decretis, minime contraria, ab hac tamen sancta Sede approbanda condere, illaque pro rerum, & temporum qualitate, & varietate alterare, revocare, mutare, moderari, corrigit, & alia de novo condere liberè, & licite possent, & valent, dictæ auctoritate concessimus, & indulsimus, & alias prout in nostris despēter sub plumbo expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis habeti volumus, plenius continetur.

S. 2. Cum autem, sicut dictus Carolus Dux Nobis nuper exponi fecit, nonnulla pro felici ejusdem Militie statua, atque gubernio statuta nuper condita fuerint, illaque pro inviolabili eorum observatione Apostolice nostræ confirmationis robore communiti plurimum desideret. Nos piis dicti Caroli votis, quantum cum Domino possumus, annuere, illunque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & peccatis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quodolibet innodatus, existit ad effectum praesertim dumtaxat consequendum, harum seru ab solventes, & absolutum fore cientes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrecti inclinati, statuta prædicta, dummodo tamen licita, & honesta, nec revocata, aut sub aliquibus revocationibꝫ comprehensa sint respectivæ, sacrifice Canonibus, & Concili Tridentini decretis, ac constitutionibus Apostolicis, neque debita Nobis, & S.R.E. obedientiæ, & fidelitati adversentur, dictæ auctoritate tenore praesentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam iuris, quam facti defectus, si qui despēter quodolibet intervenierint in eisdem supplex.

S. 3. Decernentes eadem statuta ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari debere, irritumque & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter configerit attentari.

S. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 24. Maii 1625. Pontif. nostri anno 2.

Beatificatio Servi Dei Andreæ Avellini Clericorum Regularium Congregationis Theatinarum, cum concessione Clericis dictæ Congregationis ubique existentibus, quotannis in die sui obitus Missam, & officium de Communi Confessoris non Pontificis celebrandi.

Hujusmodi indultum celebrandi Missam, & Officium istis Clericis concessum extendit ad omnes in Civitate Neapolitana, ac Diœcesi existentes, que nuper in novum Patronum d. Beatum recepit, ejusque Reliquiis, ac statua locum in Capella Thesauri Ecclesie d. Civitatis deberi statuit, Sacra Rituaria Congregatio, que etiam Indultum prædictum extendit, prout in ipsius Congregationis Decretis videre poteris.

H 2 VRBANVS

EDITHA A.D. V R B A N V S P A P A VIII
1631. *Ad perpetuam rei memoriam.*

IN Sede Principis A. 2. 1.

• 10

Substancia *et Cura* *in* *C.* *6.*

Supplicatio
ne Proprie-
tatis G. & C. Ulti-
morum in Congre-
gatione Theatini-
num facta
hunc Diaconum pro
Andrea A.
vellois dicta
C. Clares
B. Africano-
ni, ac Misericordia
Opifici
concessione.

¶. I. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum
Prepositi Generalis, & Clericorum Regularium Congre-
gationis Theatinarum nuncupatorum Nobis nuper ex-
positum fuit, Venerabiles fratres S.R.E. Cardinales Sa-
cris Ritibus prepositi caulan Servi Dei Andreæ Avelli-
ni, corundem Clericorum Regularium a tribus Roræ Au-
ditoriis, ac deinde de mandato nostro ab eisdem Cardi-
naliibus, referente dilecto filio nostro Carolo Emanuele
S. Marie in Via Lata Diacono Cardinale Pio nuncupato
discutimus, cum utroque de validitate processuum, & de
sanctitate vitæ, ac de miraculis, tanta in vita quædam in mor-

approbante confuit, tunc demum esse illis permittendum ut Novitios, ut supra recipiant, cum constituerit ex ipso- rum Conventibus eos sustulisse abusus omnes, qui Regula S. Francisci Observantie adversantur. Quod ubi pre- stiterint designata erunt loca pro iisdem Novitio re- cipientis, & prescribendus recipiendorum numerus, & qualitas, & alia ad eorum institutionem pertinentia, & prout unaquaque Provincia id exequetur, eidem rece- ptione hojusmodi fore permittandam.

Abusus vero quibus eos propterea mederi oportebit, sunt potissimum infra scripti.

De bonis immobiliis. Ad primum abdcent a se, & eorum Conventibus, non nullis, solum pietrina, ac bona omnia immobilia, que alicubi possunt per- contra Regule puritatem, & declarationes fel. rec. Nic- olaus, & Ignatius Iai III. & Clementis VIII. extra, vel intra septa Monasteriorum detinent, sed etiam census perpetuos, & legata annua, super quibus Sacra Congregatio praecipit obser- vari Decretum Congregationis generalis Romae habite- dict 17. Maii 1603. Cujus tenor talis est.

Cum annuos redditus, sicut vetera bona immobilia Nobis habere non licet, ideo renovantes alia generalia Statuta, decernimus quod nullus Frater, inducat personam aliquam ad eleemosynam perpetuam Ordini nostro exhibendam, nec exhibitam a quopiam vivente suscipiat, & si aliqua talis nobis fuerit relata, nullo modo in iudicio exigatur: declarantes, quod ad perpetua legata petenda non possunt Fratres recurrere, nisi humiliter, & per modum eleemosynæ, absque alle- gatione alicuius debiti. Decernitur præterea, ac præci- pitur per sanctam Obedientiam, quod quoties relinquat contingat aliqua legata perpetua aliquibus personis, & hospitalibus, vel alicui Reipublicæ, & aliis dominibus, ea lego, quod teneantur Fratribus præstare singulis an- nis certam eleemosynam, sive omnino gratis, sive ut ipsi Fratres dicant certa Officia, & Missas, quod Guar- dianus faciat protestationem ei, qui testatoris voluntatem adimplere tenerit, quod ad illas eleemosynas nullum jus habent ex vi legati, nec possunt obligari ad illa Officia, & Missas. Si tamen facta ista protestatione, heres ex sua libera voluntate voluerit dare eleemosynas illas, & committere Fratribus dicta Officia, & Missas, tunc Fratres tutæ conscientia possunt eleemosynas huiusmodi recipere. Quod totum, & multò fortius in reliquo legatis singulatibus Fratribus, simili modo fa- ciendum esse decernimus. Inhibemus autem, ne Syndi- cus in sua persona huiusmodi annuos redditus recipiat distribuendos ipsis Fratribus. Protestatio autem sic fiat sub sigillo Conventus, videlicet: Nos Frater N. Guar- dianus, & Fratres Discrēti hujus Conventus N. dici- mus, ad nostram notitiam pervenisse, quondam N. cer- tana eleemosyna quantitatē Conventus huius distri- buendam perpetuā gratis, vel forsan pro aliquibus Officiis, & Missis dicendis legasse. Cumque legata huiusmodi, nisi per viam simplicis eleemosynæ acceptare ex instituto sancto nostro, & jure nobis non licet, ideo per præsentes liberè protestamus in Domino, quod legatum prædictum tanquam illius incapaces, ex vi legati recipere nolumus, nec intendimus. Si tamen heres, Commissarius, aut Legatarius ipsius testatoris dictam quantitatē per viam simplicis eleemosynæ, omni obli- gatione, dominio, & proprietate penitus cessantibus, nobis liberè conferre voluerit, illam simpliciter accipiemus, & pia testatoris voluntati, quantum in nobis fuerit, plenè, ac fideliter satisfaciemus. Hæc autem protestatio subscripta per Guardianum, & Discrētos Conventus da- bitur illi, qui tenet testatoris voluntatem implore, & eadem protestatio scribetur in libro Conventus, ut constare possit succedentibus Guardianis, hanc constitutiō- nem fuisse ad plenum adimpleram. Est autem hæc prote- statio necessaria, ut optimè decernit D. Bonaventura, hanc disputans questionem, & ex Apostolicis declaratio- nibus Regule nostræ colligitur. Et ut omnibus sit com- pertum id quod tantopere est nobis necessarium, ipsam D. Bonaventura questionulam ex suo Apologetico de-

Cum afferatis, vos secundum Regulam, & professio- neta vestram nullos debere recipere proveniens redi- ditum, seu possessiones, exceptis domibus, in quibus habitatis, videmini transgressores Regula vestra in eo, quod recipiunt domos, vel areas non contiguas vestris areis, in quibus habitatis, eodem enim modo, si hoc licet, poteritis etiam vineas recipere, & agros, & man- sus, & similia quæque recipere, in Grangias, & Vil- las, & Castra, & Terras, & Oppida, & quæcumque fuerint vobis data, & sic pristina paupertas, & mendicitas, quam profecti estis, paulatim evanescet, & non eritis Discipuli S. Francisci, cum non sequamini vestigia ejus, nec ejus Regulam tenetis. De dominibus enim nobis con- tiguis potest esse excusabile, quod pro dilatanda area ve- stra illas quandoque recipiatis, sed de aliis non ita, in qui- bus homines alios pro censu locatis, quem Procurator vester loco vestri exigit, & in usus vestros convertit de voluntate vestra.

x. Si qui in talibus incaute agunt, dolemus, contradicimus, & prohibemus. Qualiter autem in hoc licet agere possimus adverte, & tunc non judicabis nos (si tane intelligis) transgressores. Protestamus nos secun- dum Regulam nostram nil debere, seu velle possessionis, vel certorum reddituum recipere, vel habere. Quia vero mendici sumus, & pauperes, ea quibus pro præsenti ne- cessitate indigemus, ideo recipimus, prout licet, sive pro solvendis debitis, vel necessariis procurandis. Cum ergo aliquis ex devotione vult nobis legare domum suam, vel aream non contiguam nostræ mansioni, non recipimus eam per nos, nec per interpositam personam, ut nostram, sed si ille eam disponit, per alium quemcumque, ut ea vendita, de pretio ejus provideatur nobis ex parte sui, in his quibus tunc indigemus procurandis, vel solven- dis debitis, acceptamus. Si autem ille timeat ne forte ejus talis dispositio per hæredes suos, vel alios imposta- rum impediatur, & propter hoc præoccupat robore illam sigillo alicuius Judicis, vel civium, vel alterius, &c. & sic committit eam alicui amico suo, vel Fratrum, qui conservat quod ipse disponit de domo tali, vel area, nil ad nos, cum de rebus suis possit ordinare quod vult: nec locum talen vel dominum dicimus esse nostram, cum nihil juris nos in ea protestemur habere. Similiter si aliquis di- sponeret per amicum, vel alium, quod de pretio, vel de proventibus illis, vel illis darentur Fratribus, tot panes quotidie, vel tantum eleemosyna singulis septimanis, aut annis, non essemus propter hoc prædi, vel reddituum possessores, nam si me perente eleemosynam, aliquis dives promitterat, quod singulis annis velit dare Fratribus duas tunicas, vel tantum unam, vel singulis hebbdomadibus tot panes, & hoc committat officiis suis, ut vice sui ista dent, etiam eo absente, & hoc pro Fratribus recipiam, vel etiam si illi negligant dare, admonendo exigam, numquid propterea certos redditus habere dicendi sumus, cum non ex jure, sed ex gratia solidam talen eleemosynam recipia- mus, vel exigamus. Et si post obitum illius uxoris ejus, vel alii amici pro anima illius adhuc veline aliquo tempore talen nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quod quandocumque nollent amplius ista dare, nihil petere- mus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recur- reremus ad domum clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quando illi placeret, sed quando plus nolle- dicidimus vacui gratias agentes de dato, non murmu- rantes de negato. Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex jure.

De censibus vero domorum Fratribus legatarum nihil querimus, sicut nec de aliis redditibus. Si autem ante- quam vendantur aliquem inde censem dare volunt hi, in quorum tunc porestate sunt illæ domus, nihil juris habere in eo protestamus, sed eleemosynam nobis sponte oblata simili- citer recipimus, sicut aliunde donata. Quia vero Dominus docet, nos cavere ab hominibus, Matth. 10. & Apostolus, ab omni specie mala abstinere, i. Thessal. 5. ne patemur ab ignorantibus transgressores Regulae

URBANUS OCTAVIUS.

101

Regula nostra, debemus aperte protestari, nihil nobis iuriis in talibus donationibus velle habere, sicut tenuerit suspicetus de fornicatione omnia illa cavere, ex quibus possit ista suspicio probabilis judicari. Hęc omnia D. Bonaventura.

Sed quia in his casus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non competratur habere aliquem patronum, cui fieri debeat talis; ut supra, protestatio, decernimus quod in tali casu serverur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. contentum in constitutionibus super Cap. 6. Reg. & S. Inhibemus. Quod nimirum hujusmodi redditus assignetur Rechoribus spiritualibus, aut temporalibus Collegiorum, aut Communatum, Terrarum, aut Civitatum, qui tales elemosynas, sive fructus, vel redditus annos nomine Ecclesie Romane, vel donantum, sine Fratribus exigant, & recipient, & Fratribus, sive aliis Sacerdotibus, quando Frates noluerint tales Missas, vel suffragia, juxta piam intentionem benefactorum, in toto, vel in parte, secundum quantitatem talium obventionum, dicte faciant.

Item statuitur, ut deinceps nulla instrumenta publica fiant à Fratribus capitulariter congregatis, nec quo cumque alio modo se habentibus, in quibus transferatur dominum & proprietas alicujus Capellæ, sive Sepulture, cum hoc omnino sit contra Regulam, & nostro reputet instituto: nam quomodo aliquis dat quod non habet? Si tamen occasio se obclerit, in quo oporteat satisfacere devota fideli voluntati, id hat per modos nostræ Regulæ, & instituto congruentes. Est autem protestatio prædicta necessaria, ne ut ait D. Bonaventura, ab ignorantibus nostrum Institutum, Regulæ nostræ transgressores judicemur: cujus Seraphici Doctoris sententiam hic inferendam judicavimus, quatenus è medio tollatur abusus ignorantissimorum aliquorum, qui existimantes Charibdim fugere, in Scyllam incidunt, in favorem Ordinariorum, vel aliquius tertii, vel hæredis renuntiantes prædicta legata, quasi non esset opus proprietatis, & dominii donare, sicuti accipere, & summa dementia alienum renuntiare.

De hujusmodi autē bonis, seu illorum pretio Generalis, vel Commissarii generalis unā cum consilio Guardiani, & Discretorum Conventus in usum Sacrificie Fabricæ Ecclesie, & Conventuum provideat, pro ut illorum necessitate perspecta salubriter in Domino expedire arbitrabitur. Et de hac provisione quamprimum sacram hanc Congregationem fideliter certior faciat. Hanc verò honorum abdicationem, & legatorum renuntiationem fuisse executioni demandatam constare debet huic S. Congregationi ex Generali, vel Commissarii generali, & Ordinariorum attestacionibus gratis, & absque ullo Fratrum dispendio concedens.

Deinde à Fratribus particularibus auferatur cujuscumque rei proprietas, si qua sit, & omnia in communi redigantur ad Regulæ, sacerorum Canonum, Apostolicarum Constitutionum, & Sac. Conc. Trid. dispositionem. Potissimum verò tollantur pecuniae, & quamprimum insumentur in veras, & communes ipsorum Conventuum necessitates, idque fiat à Syndicis Apostolicis tantum, ita ut nihil pecuniae mediatae, vel immediatae super sit in manibus, vel potestate Fratrum etiam Superiorum.

Ad hæc tollantur abusus Aromatarium, ita ut cætero illa non retineantur, nisi ad usum Monasteriorum duntaxat, nec licet res illarum cuique vendere.

Præterea nullo modo habeant in eorum Ecclesiis, vel Sacrificiis, aut alibi cippis, aut truncos ordinatos ad offertorium, seu donarium pecunias, nec capsulas pro elemosynis Missarum.

Ac demum Superiores Regularis invigilant, ut Fratres communis mensa utantur, Divina officia temporibus debitis recitent, vacent orationi mentali, & divinum cultum diligenter exerceant, ac cætera impleant, ad quæ pro Regulæ observatione tenentur.

Hęc autem superioris expressa, fuisse ad eff. & cum perducta constare debet eidem S. Congregationi ex attestacionibus, medio juramento Generali, aut Visitatori, prævia diligent informatione capta in Visitatione

singulorum Conventuum cuiusque Provincie. Rome 14. Junii 1618.

F. A. Card. S. Honuphilii. P. Fagnanus Sec.

Lecta, & publicata fuere prefata Decreta die 15. Junii 1618. in Congregatione generali Fratrum Minorum de Gener. Congr. Observati. in presentia illustriss. & Reverendiss. Card. Gipsii, Prædidentis ejusdem Congregationis.

Subsequuntur Decreta Sacra Congregationis à Sanctiss. D. N. Fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontana familia consultationibus proposita.

In primis statutum est, ut Fratres de Familia liberè ad Reformationem transire valeant in quocunque tempore, etiam extra Capitulum, & Congregat. cum hoc tempore, ut in Conventu, in quo de familia manent, recedere nequeant, nisi prius habita obedientia à Custode, vel alio Superiori Reformatorum, qui eam nullatenus denegare posset. Et in casu, quo eam denegaverit, fiat recursus ad Superiori Generalem, qui teneatur Fratres pro hac re ad ipsum recurrentes ad Reformationem recipere, necnon & Superiori dictam licentiam negantes pena sibi arbitraria punire, nisi sibi constiterit reformati volentes id facere, ut judicium, vel penas sibi injunctas subterfugiant, aut esse omnino ad reformationem inhabiles.

Secondū: Ut qui ad Reformationem transferit, annum unum à die sua receptionis computandum, ad deliberandum habeat, an in illo statu velit remanere: quo anno expiro, Superior Reformatorum, Custos videlicet, vel Provincialis, ad Conventum in quo dictus Frater de Familia commoratur, se transferat, ibique simplicem informationem à Guardiano, vel alio Superiori locali, à Discretis Conventus, & ab aliquo Patre principaliori, vel antiquiori, qui ibi reperiatur, fideliter capiat de vita, & moribus supradicti Fratris, & si cognoverit eum bene vivisse, ac statui, & professioni Reformatorum se conformatasse, ipsum ad reformationem incorporatum declarat, & hujusmodi incorporationem in libro Custodiæ diligenter notet.

Quod si id per se ipsum personaliter facere nequeat, alium substituat, qui id exequatur, dummodo non sit de familia illius Conventus in quo Frater in reformatione incorporandus reperitur.

Quo autem ad faciendam assignationem aliquorum Conventuum Observantium de familia Fratribus Reformatis, in singulis casibus recurritur ad Sac. Congregationem, quem habita ratione numeri Fratrum ad reformationem transeuntium, & omnibus accuratè perpendis, deliberabit prout in Domino expedite arbitrabitur.

Tertiū: Determinatum est, ut de cætero Novitii inter Reformatos non recipiantur extra Capitula, vel Congregations Capitulares, non obstante sanctæ memorie Clementis VIII. hac de re editio, alias receptiones, & professions inde secuta, nullæ sint, & invalidæ.

Quartū: Determinatum est, ut Minister provincialis eligi possit ex familia, vel ex reformatione, juxta antequam consuetudinem Religionis, & juxta constitutiones sanctæ memorie Clementis VIII. & Pauli V. & quando Minister provincialis eligetur ex Fratribus Reformatis, tunc ad tollendas discordias, & litas, Custos reformatio-

nis non oligatur, sed ipsem Minister ipsam reformatio- nem regat, & moderetur. Cæterum, ut necessitatibus dictæ reformationis opportuniū provideatur, dictus P. Minister, statim ac fuerit electus, teneatur unum ex iis, qui alias Custodes fuerint, vel ex Discretis Custodialibus actualibus Commissariis instituere, cui suam auctoritatem tribuat ad dictam reformationem visitandam, quandcumque ipse per se id facete non poterit, necnon & ad capiendas informationes in casibus occurrentibus: Quibus captis, teneatur de omnibus certiore facere dictum Provinciale, ut ipse, quod opportunum sibi videbitur, determinare, ac ordinare valeat. In casu autem, quo dictus Commissarius non recte functus fuerit officio suo, tunc Provincialis per se solum possit ipsum ab officio removere, & alium ut supra de novo instituere.

I 3 Insuper

Insuper determinatum est, quodcumque Minister provincialis fuerit reformatus, tunc Cuius mittendus ad Comitia generalia eligatur ex Partibus de Familia, & viceversa quando Provincialis fuerit ex Fratribus de Familia, &c. Cuiusque superius sit Reformatus, ut ultraque pars unum vocem habeat in dictis Comitiis generalibus.

Ulterius determinatum est, ut nominetur a Generali Procuratore in Curia Patrum Reformatorum. Rome die 14. Junii 1628.

F. A. Card. S. Honuphrii. P. Fagnani Sec. Publicatio. Letta, & publicata fuit prelecta Decreta die 15. Junii 1628. in Congregatione generali Fratrum Minorum de Observantia in presentia illustriss. & reverendiss. Card. Greg. Frap. Giphi Presidentis ejusdem Congregationis.

- L. Prohibitio ne degentes in Statu Ecclesiastico mediato, vel immediate Sedi Apostolica subiecto, libros ab eis ubicumque compositos de quacumque materia tractantes, absque Cardinalis Vicarii, & Magistri Sacri Palatii in Urbe, & extra eam absque Ordinarii, & Inquisitoris loci licentia deferant, aut imprimendos transmittant.

Generalem circa libros imprimendos prohibitionem habet sap. in conf. 12. Leon. X. tom. 1.

Feria 5. die 18. Septembris 1625.

Edit. Ad. D. In Generali Congregatione S. Romane, & Universali 1625. Inquisitionis habita in Palacio Apostolico Montis Quirinalis cocam S.D.N.D. Urbano divina providentia Papa VIII. ac Illustriss. & Reverendiss. DD. S.R.E. Cardinalibus adversus hereticam pravitatem Inquisitoribus generalibus à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

Prohibitio de quo in rubr. Scđtissimus D. N. pro debito sui pastoralis officii corrigeret volens abusus nonnullorum in Statu Sedi Apostolica mediato, vel immediate subiecto existentium, qui libros à se compositos extra prefatum Statutum absque ulla Ordinariorum, & Inquisitorum loci, ubi degunt, approbatione imprimendos transmittant, statuit, & decrevit, ut impostrum nemo in Statu predicto degens, cujusvis conditionis, gradna, ordinis, & dignitatis existat, libros de quavis materia tractantes, & ubicumque compositos audeat alio deferre, vel mittere imprimendos sine expressa in scriptis approbatione Illustrissimi, & Reverendissimi D. Card. S.D.N. Vicarii, & Magistri Sacri Palatii, si in Urbe, si vero extra Urbe existat, sine Ordinarii & Inquisitoris loci illius, sive ab iis deputatorum facultate, & licentia operi praægenda.

Impeditio per manus. 6.1. Liberos autem quos contra presentis decreti regimen imprimi contigerit, praeter alias penas arbitrio Sua Sanctitas infligendas, absque alia declaratione ex nunc prohibet, & pra expressè prohibitis haberi vult, & mandat. Contraria quibuscumque non obstantibus, &c.

Jo. Antonius Thomasius S. Romane, & Universali Inquisitionis Not.

Publicatio in Vite. Anno Millefimo, sextcentesimo vigesimoquinto, Indictione octava, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri, & D.N. D. Urbanus divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, die vero 3. mensis Octobris, superdicta litera Apostolica, fuit Decretum effusum, & publicatum fuit in ecclesia Campi Flora, & aliis locis suis Viribus, per me Braudimarem Lutizianum prædibus Sanctiss. D. N. Papa, & S. Romane Inquisitionis Curia.

- L. I. De bonis jurisdictionibus ad Ecclesias & loca pia spectantibus, in feodium, vel emphyteusum non dandis, neque ultra triennium locandis,

aut concessionibus hujusmodi renovandis, sive prorogandis.

De alienandis vero bonis Ecclesia, vel ultra triennium locandis, generales ostant nonnulla Pontificia prohibitiones per me indicata in prima conf. Leon. I. & conf. 5. Pauli II. Ambitiosz, tom. 1. ubi notavi.

De alienandis autem, & infeudandis Terris S.R.E. specialis extat prohibitio 3. Pii V. Admonit., tom. 2. ubi pariter notavi.

V R B A N V S . E P I S C O P V S , xviij. Seruus Servorum Dei : Ad perpetuum regni memoriam. 1625.

Humanae salutis Auctor Christus Dominus Romanum Ecclesiam amplissima temporalis ditionis prærogativa decoravit, quam voluit inferioribus etiam Ecclesiis aliqua ex parte communicari, ut filiarum decor matris augeret in Sursum Pontificibus maiestatem, quibus cum Ecclesiis omnium regimen incumbat, illatum quoque omnium tutelam ad Apostolicam corum providentiam necesse est pertinere.

5.1. Olim equidem quamplurimi inferiorum Ecclesiæ Prælatorum, ut strenuos, ac præstantes virtute viros habuerent, qui debitum sibi, & Ecclesiæ suis impenderent fiduciam, temporales ditiones ad easdem Ecclesiæ pertinentes, eximiorum virorum fidei, atque administrationi commiserint: tempore vero procedente dilabentibus in deterioris bonis institutis, factum est ut nonnulli Ecclesiæ presules humanis potius affectibus, quam meritorum intuitu moti, ditiones temporales hujusmodi variis personis, & Universitatibus in feodium, vel emphyteusum dare, vel ultra triennium locare, & rursus occurrente earum ditionum temporalium devolutione, ad novam infeudationem, seu investituram, vel locationem ultra triennium, sub specie quod illæ in feodium, vel emphyteusum dari, vel ut præstert locari sint solitæ, seu alias causas prætententes, devonite consueverunt, quod in non modicum Ecclesiædam ipsarum damnum, & præjudicium tendere usu compertum est.

5.2. Nos itaque nostri munieris partes adimplendo, præmissis obviam ire, neconon Ecclesiæ, Monasteriorum, & locorum pitorum quorumcumque indemnationi, ac jurium eis quomodolibet competentium conservationi, quantum Nobis ex alto conceditur, provide te volentes, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, haec nostra perpetuæ validitate constitutione omnibus, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatis, etiam Generalibus, ceterisque Ecclesiæ, & locorum pitorum utriusque sexus Presulibus, Prelatis, Praefuditibus, Rectoribus, Praeceptoribus, Commendatariis, & Administratoribus, cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & præminentie existant, etiam Cardinalatus honore præfulgeant, neconon Capitulis, etiam Generalibus, & Provincialibus, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, etiam laicorum, & quibuscumque alii Superioribus cuiusvis Ordinis, Societatis, vel Instituti, etiam de necessitate exprimendi, aut Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitani, in universa Italia, etiam in quorumvis Principiis secularium quomodolibet qualificatorum, etiam Ducali, Regia, Imperiali, vel quavis alia dignitate, honore, vel excellencia præstantium ditione temporali existentibus, si Pontificali vel Abbatiali eminenter dignitate, sub interdicto ingressus Ecclesiæ, ac si per sex menses immediatè subsequentes sub interdicto hujusmodi permanerint, lapis mensibus eisdem, sub regiminis, & administrationis Ecclesiæ, vel Monasteriorum, quibus præsident, in spiritualibus, & temporalibus pensionis; Capitulis vero, Conventibus, Collegiis, Sodalitatibus, & Universitatibus prædictis, sub Interdicto à divinis, corumque singularibus personis, ac inferioribus Prelatis, Commendatariis, & aliis præfatis, sub excom

URBANUS OCTAVUS.

103

excommunicacionis latæ sententia, ac omnium dignitatum, beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum, de quorum rebus, & bonis contra presentis constitutionis tenorem eos disponere contigerit, vocisque actiæ, & passim privationis, & perpetua inhabilitatis ad illas, seu quilibet alia improterum obtinenda, ipso facto, etiam absque Judicis ministerio, vel sententia incurriendis personis, ne de cetero Civitates, Terras, Castra, Oppida, Villas, Arces, Fortalitia, Munitioes, Territoria, Districtus, Jurisdicciones, aut quavis alia loca, vel bona jurisdictionalia, seu quavis modo jurisdictionem temporalem, etiam cum alio, vel aliis, coniunctim, seu divisi, aut aliis quomodolibet annexam habentia, aut eorum, seu jurisdictionis partem, etiam minimam, ad Patriarchales, Primateles, Metropolitanas, Episcopales, & alias Ecclesias, Monasteria, Collegia, vel loca pia supradicta nunc, & pro tempore quovis modo spectantia, & pertinentia, tam quas ad praesens per Ecclesias, Monasteria, & loca hujusmodi pleno iure possidentur, quam ea que in feudum, vel emphyteusim concessa, vel ultra triennium locata per quoscumque quomodolibet, & sub quibusvis pretextibus occupata, seu usurpata reperiuntur, aut ad Ecclesias, Monasteria, & loca predicta, jam de presenti fofan de jure, vel de facto reversa, seu devoluta sunt, etiam Ecclesias, Monasterii, locisque piij hujusmodi adhuc incorporata, & de eorum mensa effecta non sint, aut quocumque perpetuis futuris temporibus per lineam finitam, canonem non solutum, delictum perpetratum, vel alio quocumque modo revertentur, seu devolventur in futurum, etiam si ex antiqua, seu irremorabilis consuetudine, aut etiam privilegio Apostolico, quacumque ob causam concessa, & iteratis vicibus approbato, in feudum, vel emphyteusim concedi, vel ultra triennium locari, aut finita concessione, vel locatione hujusmodi, feuda, investitura, vel alia concessiones renovari confuerint, quibusvis personis, quavis ecclesiastica, seu mundana dignitate, vel excellentia fulgentibus, ac speciali nota digni, Capitulis, Collegiis, Ecclesias, Congregationibus, Monasteriis, Conventibus, Hospitalibus, & quibusvis Universitatibus, tam secularibus, quam Ecclesiasticis, aut quibuscumque alijs, quocumque nomine, ac titulo nuncupatis, & quomodolibet qualificatis, in feudum, vel emphyteusim concedere, aut ultra triennium locare, aut concessiones, investitures, & locationes hujusmodi post finitum illarum tempus, vel alia quocumque renovare, prorogare, vel de novo facere, etiam ad favorem descendientium, heredum, vel consanguineorum illorum, qui Civitates, Terras, & bona jurisdictionalia predicta obtinuerint, possederint, vel occupata detinuerint, etiam intuitu meritorum, etiam concessiones, & alia premissa in evidentem, immo evidenterissimam utilitatem Ecclesias, Monasteria, vel loci pii cedant, aut concessioneibus, investiturebus, locationibus, vel illarum renovationibus, aut prorogationibus consentire, aut aliud seripto verbo, vel alio quovis modo, per quem dictæ Civitates, Terræ, & bona jurisdictionalia hujusmodi ad Ecclesias, Monasteria, & loca pia predicta, sive eorum Praetatos, Superioros, Rectores, seu Administratores non revertantur, etiam si in predictis concessionibus, investiturebus, renovationibus, prorogationibus, & aliis premissis nostrum, & Sedis Apostolicae beneplacitum, etiam cum clausula, & non alijs, alter, nec alio modo, reservetur, & nisi illo in scriptis tantum prius obtento, faceto audeant, vel presumant, ultra alias peccata per canonicas sanctiones desuper quomodolibet inflatas, districte interdicimus, & prohibemus.

ibidem nullius adiunctus

§. 3. Et insuper quascumque concessiones, investitures, locationes, vel illarum prorogationes, & revocationes, quas contra presentium tenorem quocumque modo, & quavis tempore fieri contigerit, prorsus nullas, & effectu omnino caretere debent.

etiam adiunctus

§. 4. Sicque in premissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & ejusdem Camerae Apostolice Thesaurarium, & Clericos, necnon Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi

facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debent, & quicquid seca super his & quocquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantie attemperat contingat, letitra de inane defensionis, & declarantur.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, ordinationibus Apostolitis, etiam in corpore iuriis insertis, ac etiam in favorem quarumcumque Ecclesiarum, Provinciarum, Civitatum, Universitatum, Collegiorum, Capitulariorum, & locorum piorum, eorumque personarum atque Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolimitani, necnon Congregationum, & Societatum, & eiusvis alterius Instituti, etiam necessitate, ut preferatur, & in individuo exprimendi, eorumque Monasteriorum, Convventuum, & dormitorum Regulatum, necnon illorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, indultis quoque, & privilegiis sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoris, aliquis efficacioribus, efficacissimis, & infolitis clausulis, etiam irritantibus decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet concettis, & iteratis vicibus approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, & forma in illis tradita observata inseri forent, presentibus pro expressis habentes, quoad ea que in eisdem presentibus adverstantur, illis alijs in suo robore permansuris, harum setie specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod de cetero Patriarchæ, Prelates, Archiepiscopi, & Episcopi, necnon Abbates, Prelates, Prelati, aliique prefati in alijs juramentis ab illis servandis, de presenti etiam constitutione servanda omnino jurare teneantur.

§. 7. Ipsaque constitutio in quinterno Cancellariae Apostolicae describatur.

§. 8. Quodque presentes ad valvas Lateranensis & Principis Apostolotum de Urbe Basilicarum, & dictæ Cancellariae, & in acie Campi Flora publicentur, & sic publicatae omnes, & singulos quos concernunt, & concernent in futurum, perinde atque & affiant, ac si eis, & eorum cuilibet personaliter intimatae forent.

§. 9. Eatusdemque transumptis, etiam impressis, manu aliquis Notarii publici subscriptis, & sigillo Praetati, seu persona in dignitate Ecclesiastica constituta munitis in judicio, & extra illud eadem prorsus fides adhibetur, quia ipsis originalibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostri interdicti, prohibitionis, decreti, declarationis, derrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1625. Kalendis Novembbris. Pontificatus nostri anno tertio.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1626. Indictione 9. Publicatio in die vero 27. mensis Ianuarii, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patrio, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus tertio, retroscripta litera Apostolica leste, affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Ioannis Lateranensis, Principis Apostolotum de Urbe, Cancellaria Apostolica, & in acie Campi Flora, dimissis ibidem presentibus literis per aliquantulum temporis spatum, ut moris est, affixis, & deinde amotis per nos Pompeium Girancories, & Brandimartem Latinum, præbati Sanctiss. D. Papa Curiores, &c.

Ottavius Spada Mag. Chrf.

*Registratio
Cancellariae.* Rerum scriptorum sive Apostolicarum registratae fuerunt in
quinterno Cancellarie Apostolicæ anno Incarnationis
Dominicae 1625. die vero quarta mensis Februarii, Pon-
tificatus Sanctiss. D.N. Urbani divina providentia Papae
Octavi anno tertio.
Mareci Antonii Ascensius, Cancellarie Apostolicæ
Procurus.

in tur, que ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibiti, et, vel ostense.

Dat.Roma apud S.Mariam Majorem,sub annulo Pif-
catbris,die 5. Novembris 1625. Pont. nostri anno 3. B. P. A.
die 5. Nov.

LII. Indultum , quod Fratres Discalceati B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, Of- ficium , & Missam de Communi Confessoris non Pontificis recitare possint de S. Ray- mundo d. Ordinis dum vixit professore , & Procuratore generali, ac S. R.E. Cardinale, in die suæ festivitatib.

*De hoc Ordine vide ad conf. 9. Greg. IX. De devotionis,
sup. tom. I. & ejusdem Privilegia confirmavit hic
Pontifex, ut inf. in conf. 94. Ex clementi.*

*Edita An.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1625. Ad perpetuam rei memoriam.*

Exordium. **S**Alvatoris, & D. N. Iesu Christi, qui servos suos
eternæ gloriæ præmio donat in celis, vices quam-
quam immortali gerentes in terris, ex injuncto Nobis de-
super pastoralis officii debito procurare tenemur, ut eo-
rundem Servorum Christi debita veneratio in dies ma-
gis promoveatur, laudeturque Dominus in Sanctis suis.
Quamobrem fidelium quorumlibet præsertim vero sub
suavi Religionis jugo Altissimo famulantium votis, quæ
peculiam Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt,
libenter annimus, prout conspicimus in Domino salu-
briter expedire.

**Contra bujus
causam.** §. 1. Sanè dilectus filius Didacus de Sancto Raymundo , Procurator generalis Ordinis fratrum Discalceatorum nuncupatorum B. Mariz de Mercede Redemptoris Captivorum,Nobis nuper exponi fecit, quod Fratres predicti pro eo , quem erga S. Raymundum Nonnat. ejusdem Ordinis dum vixit professorem, ac S.R.E. Cardinalem, gerunt devotionis affectu,& ad augendam Christi fidelium erga illum devotionem, Officium, & Missam de eodem S.Raymundo, ut infra recitari,& celebrari posse summopere desiderant.Nobis propterea idem Didacus totius Ordinis hujusmodi nomine humiliter supplicari fecit, ut de opportuna ad hoc licentia providere de benignitate Apostolica dignaremur.

guntate Apollonica dignitatem.
9.2. Nos igitur piis Didaci, & Fratrum prædictorum votis in præmissis annuere, illosque specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensio-
nis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censu-
ris, & penis, à jure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati exi-
stunt, ad effectum præsentium dumtaxar consequendum,
harum serie absolventes, & absolutos fore censentes,
hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium
fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus
præpositorum consilio, ut de eodem S. Raymundo die
eius festo Officium, & Missa de Communi Confesso-
ris non Pontificis, juxta Rubricas Missalis Romani ab
omnibus prædicti Ordinis utriusque sexus regularibus
personis tantum recitari, & celebrari respectivè liberè,
& licet possit, & valeat, Apostolica auctoritate teno-
re præsentium licentiam, & facultatem concedimus, &
impartimur.

**Degeneratio
construetio.** §. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & ordin-
tibus Apostolicis, & tamenque contrariis quibuscum-
que.

4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscripsi, ac sigillo alicujus personæ in Ecclesiastica dignitate constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibeantur.

comunitate inimicis eadem proritas habeat ubique adhibeatur.

Institutio Archivii Sacri Collegii Sanctæ Romæ
næ Ecclesiæ Cardinalium in Palatio Vaticano,
in quo conservari debent scripturæ, &
alia acta ad ipsum Collegium quomodolibet
pertinentia, necnon processus super qualitati-
bus promovendorum ad Cathedrales Eccle-
sias, & Monasteria Consistorialia coram dd.
Cardinalibus formati. Ac unio officii Secre-
tarioratus Congregationis Cardinalium super
provisionibus consistorialibus deputatorum,
Officio Clerici Itali d. Sacri Collegii Secre-
tarii.

Tu adverte quod Greg. XV. exerxerat, & insisterebat
Notarium ad formandum processus, privatioē quo-
ad omnes alios, coram Sancta Romana Ecclesia
Cardinalibus, super qualitatibus promovendorum
ad Ecclesias Cathedrales, & Monasteria Consisto-
rialia, sup. in Conf. 7. Consuevit. Cui postea de-
mandarunt Conservationem dñorum processuum,
cum assignatione duorum ducatorum auri de Came-
ra pro unoquoque processu, ut in Constitut. seq. Pri-
dem, post d. Conf. Greg. Quam Constitutionem iste
Pont. pro hac parte revocat.

Archivium Romanæ Curie instituit Jul. II. ut Const. 15.
*Sicut prudens, sup. tom. 1. videre potes. Archivia vero
in toto Statu Ecclesiastico erexit Sixt. V. Const. 83.
Solicitude, sup. tom. 2.*

*V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita An
Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.* 1615.

stitutum suum statum redacto, veteres ejusdem Collegii constitutiones nova quadam forma, & modo instaurari cerint primis.

§.2. Et successivè sedente p[ro]p[ter] mem. Paulo III. etiam predecessore nostro, cum constitutionum, ut praefertur, instauratarum partem raro observatam, partem vero anti- uaram, & neglectam animadvertiscent, de communi omni- um consensu, ac declaratione, praedicto Paulo prede- cessore id etiam approbante, ex dictis constitutionibus omnibus rejectis, aliquibus retentis, aliisque adjunctis, aliqua ex parte alius immutatis, inter alia voluerint,

URBANUS · OCTAVUS.

109

De constitutis inter ceteros ipsius Collegii Ministros
debere duos Clericos per fabarum suffragia creari , quo-
rum alter ex Italia , & alter exterrus esset , & hic quidem
ad annum dumtagat , ille vero ad beneficium , eius
etiam cura libri omnes , & scripturae ad prefatum Colle-
gium pertinentes conficerentur , & duplicarentur , & ori-
ginalibus in Archivio , quod in Palatio Apostolico desi-
gnandum erat , ad perpetuam rei memoriam repotitis ,
duplicati ad usum quotidianum penes ipsum Clericum
lealum remanerent , ac recolendis mem. Pius Papa IV . si-
milibiter predecessor , sub die sexta Sept. anni Domini
millesimi quingentesimi sexagesimi quarti , libros pro-
positionum , & actorum Confessorialium , aliasque scriptu-
ras predicas in eodem Archivio , quod tunc jam erat

designatum, deponi decreverit.

§. 3. Et similis memorie Gregorius Papa XV. pariter prædecessor noster, cum in formandis, & instruendis processibus, qui super qualitatibus promovendorum per Romanum Pontificem pro tempore existentem ad Ecclesiastum Cathedralium Pastorum solarie destitutarum, ac Monasteriorum Consistorialium pro tempore vacantium regimina, ac Ecclesiastum, & Monasteriorum hujusmodi statu in Romana Curia coram eisdem Cardinalibus formati, & instituti consueverunt, nullus certus catenus destinatus, seu deputatus fuisset Notarius, sed ad id munericis Notarii plerisque parum periti adhiberentur, unum perpetuum Notariatus officium, administrant aliorum Romanæ Curiae officiorum vacabile, cuius concessio, & omni moda alia dispositio, quoties illud per obitum, resignationem, privationem, aut alijs quovis modo vacare contingenteret, ad Romanum Pontificem pro tempore existentem spectaret, pro uno Notario, qui privative quoad alias quoescunque in formandis, & instruendis processibus prædictis, quos coram dictis Cardinalibus, sive eorum Auditoribus formari, & instrui deinceps perpetuis futuris temporibus contingere, ipsis Cardinalibus, seu Auditoribus assistere, ac testium dicta, & dispositiones in scriptis, per se, vel substitutum idoneum redigere teneretur, & deberet, exerxit, & instituerit.

S. 4. Illique sic erecto, & instituto, pro ejus congrua
dote omnia, & singula emolumenta, regalia, & jura per
alios Notarios, qui antea in formandis hujusmodi pro-
cessibus eisdem Cardinalibus, seu Auditoribus astiterant,
ac dicta, & depositiones predicta in scriptis redegerant,
percipi solita, & confusa, eisque propterea debita per-
tud applicaverit, & appropriaverit.

S. S. Ac officium sic erectum dilecto filio Odoardo
Tibaldesco Clerico Spoletan. diccc. concesserit, & assi-
gnaverit per quasdam.

S.6. Ac deinde statuerit, quod de cætero similiter perpetuis futuris temporibus omnes & singuli Procellae

perit latius temporis omnes, & inguit Procellus,
quos extra dictam Curiam in Germania, Gallia, Hispania,
ceterisque Christiani Orbis Regnis, Provinciis &
Regionibus super qualitatibus promovendorum ad eum

regionibus super qualitatibus promovendorum, ad quarecumque Cathedralium Ecclesiarum tunc, & pro tempore Pastorum solatio etiam destitutarum, & Monasteriorum Consistorialium ubivis consenserunt.

Florum Comitiorum ubilis continentium, & quovis modo vacantium, & vacaturorum regimina, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum hujusmodi statu formari, & ad dictam Curiam transmitti contingat, postquam Cen-

*etiam Curiam transmitti contingere, postquam a Car-
roccatu dinibus ipsarum nationum Protecttoribus, Comprote-
f. 5.10. toribus, seu PropreProtectoribus, vel iis, qui Ecclesias, &
Monasteria huiusmodi in nostro & Romani Pontifici-*

Machanica invenitudo in monte, & Romani Ponticis pro tempore existentis Consistorio, ut moris est, properaverunt, & à Cardinalibus in ordine Prioribus visi, recogniti, approbati, & subscripsi forent, ab his Cardi-

eguntur, approbant, & subscripti forent, ab ipsis Cardinalibus, seu eorum Auditoribus, & iis ad quos spectaret ante, Cedulae Consistorialis subscriptionem, seu saltem illius partibus conformatiōnēm prædicta. Quicardo cui

... partibus coniugationem praedicto Odardio quadri officium praedictum obtineret, ejusque in illo successoribus ad effectum illos conservandi tradi, & confignari, iudicem verum Odardus, & successores illorum sic

etiam in hac vero Quodlibet, & successores, mos in eis
confignatos, tanquam predicti officii processus, & scri-
pturas, bene, & fideliter conservare, & quoad fieri posset,
ac humana pateretur conditio, perpetuari providere,
bonamque, fidem, & diligentem illorum curam gerere,
& ad illorum, dum opus foret, facilitatis perquisitionis,

Digitized by srujanika@gmail.com

8c repetitionis notam, seu ut vocant rubricellam in libbre
ad hunc particularem effectum retinendo facere debet
rent, & ad id obligari existerent, & hoc conservacionis
procellum onus, curam, & munus praedicto officio No-
tariatus sic erecto impulerit, & annexuerit.

9.7. Ac eidem Odoardo, ejusque in dicto Officio successoribus ratione laboris ei ex dicta conservatione pro-cessuum accrescentis, & pro illius salario, & mercede, ju-ribus, & regalibus duos ducatos aurii de Camera, pro singula processu ad dictam Curiam pro expeditione transmittendo, & eis in conservationem tradendo, & cor- signando, ipsi à quolibet ex promovendis ad Ecclesiis, & Monasteria huiusmodi, seu Sollicitatoribus in dicta Curia tales expeditiones prosequentibus, realiter, & cum ef-fectu, & absque mora, seu dilatatione aliqua persolvendos, per alias suas in forma Brevis desuper confessas literas etiam assignaverit.

§. 8. Et ipsas secundodictas literas, etiam ex eo quod
interesse forsan habentes, seu habere prætendentes ad id
vocati non fuissent, seu quibusvis ex causis de subreptione
nis, vel obreptionis vitio notari, impugnari, aut invalidari,
seu ad viam, & terminos Juris reduci, aut adversus
illas quocumque Juris, facti, gratia, vel Justitiae reme-
diūm impetrari, vel sub quibusvis similiūm, vel dissimiliūm
gratiarum revocationibus, limitationibus, suspen-
sionibus, aut aliis contralitis dispositionibus editis, &
evidēdūs comprehendī non posse, sed semper uti ex titulo
oneroso concessas, ab illis excipi, & quoties illas revo-
cari, seu annullari, aut alias contrarias dispositiones ema-
nare contingere, toties in pristinum, & validissimum
statum restitutas, repositas, & plenaria reintegratas, ac
de novo etiam sub quacumque posteriori Dat. per Odoar-
dum, & successores prædictos quandocumque eligenda
concessas esse, & fore, sicque per quoscunque Judices
ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apo-
stolici Auditores, & Cardinales prædictos, sublata eis, &
eorum cuilibet alteri judicandi, & interpretandi faculta-
te, & auctoritate, judicari, & definiti debere, iuritumque,
& inane quicquid fecus super his à quoquam quavis
auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit atentari,
deceteretur, prout in singulis literis prædictis pleniūs
dicitur contineri.

9. Novissime vero Venerabiles fratres nostri Franciscus Maria à Monte , Dominicus Gymnasius , necnon Carolus Emmanuel Pius in ordine priores , ac Marcellus dicti Collegii Camerarius Lantes nuncupati , S.R.E. praedicta Cardinales inherentes decreto alias per dictum Pium Praecessorem , ut prefertur , facto , & illud , quatenus opus sit , innovantes , de mandato Nostro libros propositionum , & actionum Consistorialium , aliasque scripturas ad praedictum Collegium quomodolibet spectantes , ac processus omnes Ecclesiistarum , & Monasteriorum in Archivio deponi debere , eosque à nemine , præterquam ab ejusdem Collegii Clerico Italo detinere , nec pro recognitione , seu admissione eorundem processuum quicquam recipi posse etiam statuerint .

5.10. Nos, quibus inter alia præcipue cordi est, ne
liqui novis absque necessaria, vel utili causa impositione
bus prægraventur, & quorum intentio est, ut gravati
bleventur, dictorum processuum conservationi non
atis consultum iri, si illi penes particularem aliquam
personam, qualis dictum Notariatus officium pro tem-
ore obtinens existit, conservari debeant, & si in Archi-
vio cum libris, actis & aliis scripturis prædictis depo-
nuntur, longe totius illorum conservationi prospectum
, & consequenter solutionem dictorum duorum
deputatorum, quam, ut etiam accepimus, plures interesse
præmissis habentes, licet ad unum dumtaxat duca-
m postmodum redactam, facere recusant, necessariam
ut utilem non esse, & in Congregatione dilectorum
suum nostrorum S. R. E. Cardinalium super provi-
onibus Consistorialibus deputatorum plurima tracta-
, que verè ad officium dicti Clerici Itali, qui etiam
Collegii Secretarius existit, pertinere dignoscun-
, ob idque officium Secretarii dictæ Congregationis
officio Clerici Itali, & Secretarii prædicti annexendum
per pretium offere attendentes, ac in præmissis oppor-

tum consulere volentes. Et nihilominus quod dictum Archivium erectum reperiatur, notitiam non habentes, sic singularum dicti Gregorii predecessoris, literatum predictarum, aliorumque omnium & singulorum predecessorum veriores tenores presentibus pro expressis habentes. Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, ac de Apostolice potestatis plenitudine, secundodictas Gregorii predecessoris predicti literas, quoad eam partem, quae assignationem, & solutionem dictorum duorum ducatorum concernit dumtaxat, Apostolica auctoritate tenore presentium recovamus, cassamus, & annulamus, ac viribus, & effectu carere debere, nec aliquem ad illorum solutionem in posterum teneri decernimus & declaramus, ac officium Secretarii dictae Congregationis, cum primum illud percessum, aut decepsum, seu quamcumque aliam dimissio nem moderni Secretarii Congregationis, hujusmodi, vel alias quovis modo vacare coniigerit, Officio Clerici Itali, & Secretarii dicti Collegii, cuius omnibus illius oneribus, & honoribus perpetuo eisdem auctoritate, & tenore unimus, anneXimus, & incorporamus.

5.11. Volentes, & eadem auctoritate statuentes, quod cum primum officium Secretarii dicti Congregationis, ut praefterat, vacaverit, dilectus filius Joannes Baptista Laurus Clericus Perusinus, familiaris, & continuus Commensalis noster modernus, seu tunc existens Clericus Italus, & Secretarius dicti Collegii, Officium dicti Secretarii dicti Congregationis exerceat, decreta, & acta in illa pro tempore facta describat, & in infra scripto Archivio custodienda reponat.

5.12. Necnon Archivium Sacri Cardinalium Collegii nuncupandutum in Palatio nostro Vaticano, sub protectione, & suprema superintendentia trium S. R. E. Cardinalium in ordine priorum, & dicti Sacri Collegii Camerarii pro tempore existentium, sub cura tamen, & administratione etiam moderni, & pro tempore existentis ejusdem Collegii Clerici Itali, & Secretarii, ad quod Auditores Cardinalium proponentium jussu in conficiendis, vel recognoscendis processibus assistunt, statim facta in Consistorio secreto propositione, processus hujusmodi transmittere teneantur, & in quo processus ipsi, & dicti libri propositionum, necnon actorum, & decretorum, etiam super erectionibus, suppressionibus, unionibus, reparationibus, dismembrationibus, cessionibus, permutationibus, translationibus, pentiendum super illorum redditibus assignationibus, presentationibus, nominationibus, electionum, seu postulatum, confirmationibus, Ecclesiarum Cathedralium & Metropolitanarum, ac Patriarchalium, necnon Monasteriorum quorūcumque in Congregatione praedicta, & alias quomodolibet & ubicumque emanatorum, interesse Consistorii Apostolici aliquo modo concernentium, alieque scripturæ quomodolibet ad idem Collegium spectantes in perpetuum conservari, nec inde abique Cardinalium priorum, & Camerarii predicatorum pro tempore existentium licentia aliquo modo extrahi debent, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuè erigimus, & instituimus.

9.13. Utque imposterum Clericus Italus & Secretarius predictus pro tempore existens amplioribus favoribus, & gratis decoretur, quod pro tempore existens Clericus Italus, & Secretarius hujusmodi, ratione curae, & administrationis dicti Archivii, Romani Pontificis, verus, & indubitatus, non fictus familiaris, & continuus commensalis, aliorumque familiarium, & continuorum commensalium numero, & consortio adscriptus, & aggregate eo ipso existat.

9.14. Et vestes violacei coloris ad instar nostrorum Cubiculariorum honoris, nuncupatorum gestet, illisque arbitrio suo utatur.

9.15. Et in signum vestrum, & indubitatem, ac non fictam familiaritatis hujusmodi, singulis diebus ex Palatio Apostolico ultra panem sibi ratione officii Clerici Itali, & Secretarii dari solitum, etiam panem ejusdem quantitatis, & qualitatis, prout dilectis filiis in utraque Signatura nostra Referendariis dati consuevit, habeat, etiam

decernimus, & panem hujusmodi dietum sibi ex dicta
Palatio dari mandamus.

§. 16. Inhibentes sub indignationis nostræ, ac mille du-
catorum Camerae nostræ applicandorum, aliisque trium
Cardinalium in ordine priorum, & Camerarii predicto-
rum arbitrio imponendis poenis, Odoardo, ejusque in
Officio Notariatus successoribus, ne in conservazione
tam extra Urbem, quam in Urbe super premissis fabri-
catorum processuum ulterius se ingener presument,

5.17. Et lub eisdem p̄ennis p̄cipientes, tam Odoardo, quām Auditoribus predictis nunc, & pro tempore existentibus, ceterisque omnibus, & singulis, quatenus omnes, & singulos, tam in Urbe, quām extra eam fabricatos processus hujusmodi, ac decreta, & acta p̄dicta, quæ penes eos, & eorum singulos ad p̄sens reperiuntur, intra triduum à publicatione p̄sentium computandum, processus verd qui pro tempore penes eos erunt, ante ut prefertur cedulatum Consistorialium subscriptio- nem, seu saltem illarum partibus consignationem, acta- que & decreta p̄dicta, quæ ad eorum, & cuiuslibet manus quoquo modo devenient, intra octo dies nunc immediate sequentes ad Archivium predictum transmittant, & moderno, ac pro tempore existenti Clerico Italo, & Secretario p̄dicto consignent, ac transmitti, & consignati faciant realiter, & cum effectu.

§. 18. Ac similiter decernentes easdem præsentes, etiam ex eo quod dictus Odoardus & Auditores prædicti, ac alii interesse habentes ad hoc vocati, & auditи non

ac alii incertae habentes ad hoc vocati, & auditii non
fuerint, vel ex eo quod illæ nulla subsistente causa, vel
etiam de facto processisse dici possent, sive etiam pro-
cesserint, aut ex alia quavis juridica, & legitima, etiam
necessariæ exprimenda causa, vel quocumque prætextu
de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio,
seu intentionis nostræ, aut quovis alio defœtu notari,
impugnari, invalidari, retractari, & ad terminos Juris
reduci, aut in Jus, vel controversiam revocari, seu ad-
versus illas quocumque Juris, facti, vel gratiæ reme-
diū impetrari, aut etiam Motu, & potestatis plenitudi-
ne similibus concedi, vel sub quibusvis Constitutioni-
bus, & Cancellariæ Apostolicæ regulis editis, & edendis,
ac literis Apostolicis in contrarium, etiam pars Motu, &
Consistorialiter emanatis, aut quibusvis aliis sumilium,
vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensioni-
bus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus
comprehendi nullo unquam tempore posse, sed semper
ab illis excipi, & quoties illæ emanabant, coties in pri-
stinium, & cum in quo ante præmissa erant, validissimum
statum restitutas, repositas, & plenariè reintegratas, ac
de novo etiam sub quacumque posterio i Dat. per mo-
dernos, & pro tempore existentes tres Cardinales in or-
dine priores, & Camerarii, ac Clericum Italum, & Se-
cretarium prædictos quandocumque eligenda concessas,
validasque, & efficaces, etiam quod in Camera nostra
Apostolica nullo unquam tempore registrarentur, aut
præsentarentur, fore, & esse.

§. 19. Sicque , & non aliàs per quoscumque Judices, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Camerae prædictæ Præsidentes & Clericos, necnon ejusdem S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, sublata eis , & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi , & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari , & definiti debere, irritum quoque , & inane quicquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter , vel ignoranter contigerit attentari.

§.20. Quocirca dilectis filiis Urbis nostræ Gubernatori, & causarum Curia dicitur Cameræ Apostolicae generali Auditori, & dilecti filii nostri in eadem Urbe, ejusque distritu Vicarii in spiritualibus generalis in cilibus causis Locutententi, Motu simili per Apost. scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte moderni, & pro tempore existentis Clerici Itali, & Secretarii hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illique efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant eisdem præsentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat. & pro tempore

URBANUS OCTAVUS.

107

tempore spectabat, firmiter, & inviolabilitate observari, ac modernum, & pro tempore existentem Clericum Italum, & Secretarium hujusmodi illis pacifice frati, & gaudere, non permittentes eum desuper per Odoardum, & Auditores Cardinalium hujusmodi, sed quoquaque alios quomodolibet indebet molestatari, contradicentes quoslibet & rebelles per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, appellatione possit compescere, ac sententias, censuras, & penas ipsas, servata formam Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 21. Non obstantibus Gregorii secundodictis literis, aliisque praemissis, ac nostra de non tollendo Jure quae-
to, aliisque Cancellarie praedictae regulis, necnon pii Predecessorum predicorum, sub Dat. videlicet Octavo Idus Augusti, Pontificatus sui Anno Sexto edita, inter alia disponente, quod omnes gratia qualemque Camerae praedictae intereste concernentes, infra certum inibi ex-
pressum tempore in eadem Camera presentari, & registra-
ri debant, & quatenus in aliquo obstat, similis memoriae Sixti Quinti etiam Predecessoris, super institutione praedi-
ctae, & aliarum quatuordecim Congregationum edita,
aliisque Apostolicis, & dicti Collegii Constitutionibus,
& Ordinationibus, etiam juramento, confirmatione, vel
quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus,
privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis (ubiqui) scumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
clausulis, & decretis, etiam Motu hujusmodi, etiam Consul-
tatorialiter, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis
approbatis, & innovatis, ac in futurum concedendis, ap-
probantis, & innovandis. Quibus omnibus, etiam si il-
lis, &orumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa,
& individua, non autem per clausulas generales idem im-
portantes mentio habenda, aut aliqua alia exquisita for-
ma ad id servanda fore, tenores hujusmodi presentibus
pro sufficiente expressis habentes, illi alias in suo ro-
bore permanens, hac vice dumtaxat, etiam pari Motu
specialiter & expressè derogamus, ac derogatum esse vo-
lamus, & mandamus, contraria quibuscumque, aut si qui-
bus communiter, aut divisi ab Apostolica sit Sede in-
dulxit, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non
possint per literas Apostolicas non facientes plenam &
expressam, ac de verbo ad verbum de induito hujusmodi
mentionem.

§. 22. Volumus autem, quod eadem presentes litera-
ut omnibus innotescant, ad valvas Basilicæ Principis
Apostolorum de Urbe, & Cancellarie Apostolice, ac in
Acie Campi Flora publicentur, & affigantur, dimisis in-
ibi etiam copiis, quæ perinde omnes ardenter, ac si perso-
naliter unicuique intimata fuissent.

§. 23. Quodque earundem transumptis, & exemplaribus
etiam impressis, ac manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta
munitis eadem proorsus fides adhibeatur, tam in judi-
cio, quam extra, que eisdem presentibus adhiberetur, si
forent exhibite, vel ostendit.

§. 24. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam nostram revocationis, cassationis, annulationis, decla-
rationis, unionis, annexionis, incorporationis, statuti, cre-
tionis, institutionis, inhibitionis, præcepti, decretorum,
derogationis, mandatorum, & voluntatum infringere, vel
ei aucto temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beat-
orum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incur-
sum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis
Dominice 1625. Decimo octavo Kal. Januarii, Pontifi-
catus nostri Anno 3.

Publicatio. Anno à Nativitate Domini Nostrri Iesu Christi 1626. in-
ditione 9. die vero 30. mensis Martis, Post. Sanctiss. in Christo
Patri, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII.
anno eius tertio, retroscripta litera Apostolica affixa, & publi-
cate fuerunt ad Valvas Basilica Principis Apostolorum de
Urbe, & in acie Campi Flora, dimisis eisdem presentibus lie-
tū per aliquantulum temporis spatum, ut moris est affixū, &

deinde amissi per nos Camillum Pandalium, & Brandimartem
Latimanum praibidis Sanctiss. D. Papa Clemens, &c.

Ottavio Spada Mag. Conf.

Sequens Decretum Roma in Palacio Apostolico Qua-
drinalis feria 2. die 22. Junii 1626. in Confessorio
secreto editum de clavibus Ararii Sanctoris, & Iesu
que Scriniorum, ac Portarum fideliis post hac cu-
stodiendis.

Hoc Decretum ideo hic posui, quia versatur circa Archi-
vium Sacri Cardinalium Collegii, prout in eo legitur.
Institutionem vero hujus Ararii in Arce S. Angeli factam habes à Sixto V. in Conf. 31. Ad Clavum,
sup. tom. 2. ubi vide indicata.

E Xquisitis, & auditis Reverendissimorum DD. S. R. E.
Cardinalium sententiis, de unanimi eorum consilio
pariter & assensu, quo fidelius, ac diligentius imposterum
Claves Ararii Sanctoris in Arce S. Angeli à fel. rec. Sixto
V. instituti custodientur, Sanctiss. D. N. infra scri-
tas ordinationes declaravit, ac decrevit esse perpet-
uis futuris temporibus inviolabilitate obserandas, ni-
mitrum ut:

Conficiatur liber perpetuò asservandus in Archivio
sacri Collegii, in quo Secretarius ejusdem fidem faciat de
consignatione Clavum pro tempore facta singulis Car-
dinalibus, aliisque jus ad ea habentibus, & horum unus
quisque à se conscriptum Juramentum coram Secretario
emittat, se subscrabit, suumque signum apponat.

Cardinales cum transitus facturi sunt ad altiorem or-
dinem, promoveri, aut optare in Confessorio non possint,
nisi prius de suarum Clavum consignatione Secretario
facta constiterit, qui succendentibus Episcop. Presbyt. &
Diacono praedicto modo tradet.

In casu absentie à Curia, que excedat quadraginta
millia, Cardinales antequam ab Urbe discedant, evo-
cent Secretarium, qui Claves acceptas statim deferat
aliis in ordine succendentibus.

Decanus Camera Apostolica confignet Clerico suc-
cedenti coram duobus Clericis, & Secretario.

Thefaurarius tam Generalis, quam Secretus, eidem Se-
cretario, qui teneat subito id Suæ Sanctitati signifi-
care.

Si contingat obitus asservantium Claves, idem Secre-
tarious instet pro recuperatione apud Hæredes, & si sint
in mœra, addat protestationem cum Censuris coram No-
tario, & testibus.

Praefatus Castræ S. Angeli ultra juramentum Summo
Pontifici præstati solitum pro fidei Arcis custodia, juret
etiam de Arario fideliter custodiendo in manibus ejus-
dem Sanctissimi D. vel S. R. E. Camerarii, juxta formam
Bulla, cuius juramenti in libro fiat mentio.

Idem vero liber quotannis in prima Congregatione
Generali Secretario in medium offeratur, ut penes quos
praedictæ extrent Claves, facile omnibus constare possit.

Ita est. Ottavio Epif. Portuensis S. R. E. Card. Bandin.
Carolus Cardinalis Madruius.
Jo. Baptista Card. Lenius, Sac. Collegii Camerarius.
Ludovicus Card. Ludovicius S. R. E. Vicecancellarius.
Mauritius S. R. E. Diaconus Card. de Sabaudia.
Jo. B. Laurus Secretarius.

Quod Fratres Reformati Discalceati Ordinis
Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Capti-
vorum Hispaniæ, in Africa, & aliis Turcarum
partibus possint celebrare super Altari por-
tatis, & antequam illucescat dies, ac etiam
absolvere fideles à casibus reservatis, necnon
eisdem indulgentias impartiri.

His Fratribus præter indicata supra ad conf. 62.
Clem. VIII. Ad militantis, tom. 3. facultatem
quarendi, & recipiendi elemosynas, & alia
subsidia

LIV.

subsidia pro redempione Captivorum relata, con-
cessit S. D. N. Urbanus VIII. infra in conf. 6. Ex incum-
bentia & de Ministri Generalis vacatione, non
nulla sancta idem in conf. 19. Injuncti. Ac
privilegia communicavit in conf. 21. Redem-
ptoris. Deinde prohibuit ne ad habitum Donatio-
nem de cetero recipieren personas seculares, in
conf. 23. Cum sicut accepimus. Postea hanc
Congregationem à iurisdictione, obedientia, &
superioritate Ministri Generalis Fratrum Calceo-
rum exemit in conf. 33. Ex quo regimen. De-
mum de electione, & confirmatione Ministri Ge-
neralis quendam decrevit idem infra in conf. 36.
Exponi nobis.

Edita A.D. V R B A N V S P A P A VIII.
1626. *Ad perpetuam rei memoriam.*

Causa hujus. **C**um sicut dilectus filius Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptoris Captivorum Congregationis Hispaniarum, Nobis nuper exponi fecit, quod Congregatio predica juxta laudabile ipsius institutum, ejus Religiosos in Africam, ut Christi fideles inibi sub misera Turcarum servitute confititos, quos possunt ab illa extimere, querant, cosque in Domino consolentur, Ecclesiastica Sacra menta illis administrarent, ac eorum denique animarum saluti, quibus possunt rationibus incurrere valeant, mittere intendant.

Indulatum re-
laborandi su-
per Alari-
paranii, &
circum auctor. **§. 1.** Nos, ut idem Religiosi in commisso sibi mu-

tere hujusmodi ad eorundem Christi fidelium spiritua-
lem fructum utilius se exerceare valeant, supplicationi-
bus ejusdem Procuratoris Congregationis predicatorum no-
mine Nobis humiliter porrectis inclinati, Religiosis

mittendis, hujusmodi, quod altare portatile cum debita

reverentia, & honore, super quo in locis Africæ dumga-
xat, honestis tamen, & congruis, etiam non sacratis, & cum

temporis qualitas id exegerit, etiam antequam illucescat

dies, circa tamen diurnam lucem, in dictorum Captivo-

rum, & aliorum fidelium in dictis locis degentium pre-

fentia Missas, & alia divina officia celebrare.

Et absolvendi

fideles eisem

à casibus in

Bulla Cœleste

contentis. **§. 2.** Omnesque & singulos eorundem locorum utrius-

que sexus Christi fideles, ipsorum Confessionibus dili-

genter auditis, à quibuscumque excessibus, & delictis,

etiam in Bulla in die Cœna Domini legi solita conten-

tis, ac pro commissis per eos, & eorum quemlibet poenit-

entiā injungere salutarem.

Confessi, &

reflexū facti

Corporis, In-

dulgentiam im-

partiendī

fidei auctoritate

concedit. **§. 3.** Necnon eisdem, qui dura servitute illis in parti-

bos oppresi pro tempore fuerint, quotiescumque ab Ec-

clesia Romana illius thesauros referati, & generales pec-

atorum remissiones per Romanos Pontifices, etiam pra-

scripta fidelibus ad illas asequendas forma, & statuto

tempore in eisdem adjecto, proponi contigerit, cum pri-

mùm illarum ad eisdem Captivos notitia pervenerit, ali-

qua agendo, quæ naturali libertate privatum verisimile

est facere possit, illas omnes consequi, que alii fideles

tempus & formam exactè in illarum concessione tradita

observantes consequerentur, eisdem auctoritate Aposto-

lica, & tenore volumus, & declaramus.

§. 4. Necnon eisdem, qui dura servitute illis in parti-

bos oppresi pro tempore fuerint, quotiescumque ab Ec-

clesia Romana illius thesauros referati, & generales pec-

atorum remissiones per Romanos Pontifices, etiam pra-

scripta fidelibus ad illas aequandas forma, & statuto

tempore in eisdem adjecto, proponi contigerit, cum pri-

mùm illarum ad eisdem Captivos notitia pervenerit, ali-

qua agendo, quæ naturali libertate privatum verisimile

est facere possit, illas omnes consequi, que alii fideles

tempus & formam exactè in illarum concessione tradita

observantes consequerentur, eisdem auctoritate Aposto-

lica, & tenore volumus, & declaramus.

§. 5. Decernentes presentes literas, & in eis contenta

quæcumque semper valida, firma, & efficacia existere &

fore, ac dicta Congregationi illiusque Religiosis hujus-

modi in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: ac

irritum, & inane, si fecerit super his à quoquam quavis au-

ctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, in

contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Roma apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,

die 10. Januarii 1626. Pont. nostri anno 3.

Contra extrahentes, seu permittentes, ut ex- L.V.
trahantur libri, ac etiam manuscrita à Biblio-
thecis Fratrum Ord. p̄dicatorum.

Similem prohibitionem pro conservatione Bibliotheca-
rum Fratrum Minorum de Observantia, Ordinis
S. Francisci, fecit Sixt. V. ut in ejus Conf. 67. Cum
sicut, sup. tom. 2. Cuius mitigationem habes impresa-
sam in Compendio Bellariorum à Flavio Cherubino, Ca-
nonico V. I. D. meo fratre, edito sub Schol. 1. prædicta
Constitutionis. Et aliam pro Bibliothecis Fratrum
B. Maria de Monte Carmelo edidit prohibitionem
Clem. VIII. Conf. 42. tom. 3. Quia ad tuenda. De
Prædicatorum autem Ordine habes ad Conf. 2. Ho-
norii III. Religiosum, tom. 1. ubi requiratur.

V R B A N V S P A P A VIII. Edit. A.
1626. *Ad perpetuam rei memoriam.*

*C*um sicut dilectus filius Lucas Castellinus Ordinis *Fratrum Predicatorum Procurator generalis Nobis* *causa hujus.* *confit.* *exponi fecit, quod hactenus compertum fuerit, nonnullos conscientiarum suarum prodigos, Libros ex Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis furto subripuisse ac subripere, & seu extrahere, atque apud se uti proprios, in grave animarum suarum periculum, & dictarum Bibliothecarum præjudicium retinere.*

§. 1. Nos, præmissis, quantum Nobis ex alto concedi- *Prohibiti-*
re, obviare, & ipsarum Bibliothecarum conservationi, penarum
*& manutentioni confulere volentes, supplicationibus *fratris deo-**

dicti Luci nomine Nobis humiliiter porrectis inclinati. *bus in re-*
Ne de cetero quisquam, quavis auctoritate fungens Li-
bros, Quæpterna, folia, sive impressa, sive manuscripta,
Bibliothecis domorum Regularium dicti Ordinis ha-
bitens donata, seu assignata, & in posterum donanda,
seu assignanda, ex eisdem Bibliothecis extrahere, seu
ut extrahantur permittere, aut consentire, sub quovis
quæstio colore, prætextu, vel ingenio audeat, seu præsumat,
sub excommunicationis, necnon privationis vocis
activæ, & passiæ præmis per contrafacentes eo ipso in-
curren. A apostolica auctoritate tenore præsentium inter-
dicimus & prohibemus.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi- *Dicitur*
bus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, & Domorum Re-
gularium quarumcumque, etiam juramento, confirmatio-
ne Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, &
consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod præsentium exéplis, etiam im- *Fides tra-*
*pressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigil- *sumptuosa**

lo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ
munitæ eadem prorsus ubiquè fides adhibetur, quæ ad-
hiberetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ,
quodquo transsumpa hujusmodi in valvis dictarum Bi-
liotheclarum, vel aliquo alio perspicuo loco, unde ab
omnibus cerni possint, continuo affixa remaneant.

Datum Roma apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die 23. Ma-

rtii 1626. Pont. nostri anno 3.

Declaratio, quod Sancta Elizabetha Regina LVI.

dum vixit Portugallæ, Tertium Ordinem S.

Francisci expeditè fuit professa.

Ista Sancta fuit Canonizata ab isto mem. Pontifice, sed
desuper Bulla adhuc expedita non est, prout accepit,
& ideo hic non habes.

V R B A N V S P A P A VIII. Edit. A.D.
1626. *Ad perpetuam rei memoriam.*

*C*um sicut dilectus filius Joannes de Sancto Bernar- *Deßante Pro-*
dino Procurator Generalis Ordinis Fratrum Mino-
rum S. Francisci de Observantia, Nobis nuper exponi
secit,

fecit Sanctam Elizabetham Reginam, dum vixit, Portu-gallia, quoniam Nos alias divina aspirante gratia in Sanctorum numeram retulimus. Tertium Ordinem S. Francisci expresè professam fuisse plenè constitutis; prout in processu, aliique informationibus defuper fabratis latius continetur, & propterea d. Joannes, ne ulli in hoe dubitationi locus unquam esse possit, per Nos ut infra opportunè pròvidere summoperè desideret.

§. 1. Nos eundem Joannem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innotescat, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus Nobis super hoc humiliiter portrectis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum consilio, eandem Sanctam Elizabetham Tertii Ordinis S. Francisci hujusmodi fuisse, & esse, atque in omnibus pro tali ubique haberi, & reputari.

§. 2. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores judicari & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, Apostolice auctoritate tempore presentium perpetuè decernimus & declaramus.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 22. Apr. 1626. Pont. nostri anno 3.

propterea humiliter supplicati fecerit, ut in premisso opportune providere de benignitate Apostolica dignaramur.

§. 3. Nos inviolabili earundem Constitutionum observationi, quantum Nobis ex alto conceditur, consulete, necnon diu Abbatem Generalem, ac totam Congregationem predictam specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & illorum singularem personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innotescat, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, presentas Constitutiones Apostolica auctoritate, tenore presentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolice auctoritatis robur adjicimus, omnesque & singulos, tam iustis, quam factis quantumlibet substantiales defectus, si qui in illis intervererint, suppleremus.

§. 4. Decernentes, easdem Constitutiones, necnon presentas literas semper, & perpetuè validas, firmas, & efficaces existere, & fore.

§. 5. Necnon in dicta Congregatione ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabili sub poenis in eisdem Constitutionibus communitatis observari, & adimpleri debere, ac quoscumque ejusdem Superiorum, & Monachos ac personas ad observationem omnia juris, & facti remedii cogi, & compelli posse.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, ac in futurum quomodolibet spectabit, invenientur, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, & quibusvis aliis dicta Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis quibusvis ipsius Congregationis Superioribus, Monachis, & personis hujusmodi, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & infolitis clausulis, irritantibusque, & aliis Decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expresè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 8. Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu Scribæ dictæ Congregationis, vel Notarii publici subscriptis, & sigillo Generalis, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibetur, quæ ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostenditæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 8. Julii 1626. Pont. nostri anno 3.

Dat. P. An. 3.
die 8. Julii.

Revocat omnia, & singula privilegia, prærogativas, immunitates, & exemptiones quocumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum, Religiosis in Regnis Hispaniarum existentibus, tam per Apostolicam Sedem, illiusque in dd. Regnis Nuntios, quam eorum Superiorum concessa, ac prohibet illa de cætero absque sua, & Apostolicæ Sedis licentia concedi.

V R B A N V S . P A P A V I I I . Edita An. D.
1626.
Ad perpetuam rei memoriam.

Pastoralis offici Nobis divinitus committi sollicitudo propter nos, ut omni cura, & vigilancia ad es semper intendamus, per quæ regularium personarum,

K

*Misericordia
Conf. Cœlestium Ord.
S. P. N. Benedi-
cti, nominata
la Storia,
ac Confessio
antes fætias,
nominata S.
D. N. Papa
emendatoris,
& in unum
volumen com-
pilarunt.
Ac pro per-
petua illorum
substantia
supplicare
Pont. us eis
confirmaret.*

§. 1. Sanè dilectus filius Abbas Generalis Monachorum Congregationis Cœlestiorum Ordinis S. Benedicti, suo, & Diffinitorum dictæ Congregationis nominibus Nobis nuper exponi fecit, quod pro felici, & prospero ejusdem Congregationis regimine, atque gubernio nonnullæ Constitutiones, & Statuta diversis temporibus facta, novissime autem de mandato nostro recognita, & multis in locis ad Sac. Conc. Trid. Decretorum, & Constitutionum Apostolicarum præscriptum emendata atque aptata, tandem in unum volumen compilata fuerunt, temporis sublequentis, videlicet.

Omititur tenor istarum Constitutionum, quia sunt in libro parti-

culari imprimis Romæ anno 1619.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Abbas Generalis nominibus predictis, presentis Constitutionibus pro perpetua illarum substantia, & inviolabili observantia Apostolice muniminis firmatem per Nos adjici summoperè desideret: Nobisque

Bullar. Mag. Tom. IV.

LVII.

URBANUS OCTAVUS.

III

§.7. Volentes autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subfectis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibetur, que adhiberetur presentibus, si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 19. Augusti 1626. Pont. nostri Anno 4.

Sequitur Declaratio Sacra Congregationis Apostolicae Visitationis super facultate quam habere dubitabatur Vicarius Generalis istorum Fratrum, eo absente subrogandi alium suo loco, cum omnimoda potestate, & jurisdictione, quae ipse Vicarius Generalis praesens habet.

Sacra congregatio Apostolicae Visitationis.

N causa, & causis coram Nobis inter Admod. R.P.F. Basiliū à Santissima Trinitate Vicarium Generalem Congregationis Discalceatorum Ord. S. Augustini Italie ex una, & Patres Ignatium à Santa Maria, Joannem ab Assumptione, & Joannem Baptistam à S. Franciso de Paula, Definidores, & Procuratorem Generalem respectivè ejusdem Congregationis, & super praetensa nullitate Delegationis per eundem P. Vicarium Generalem facta in persona P. Valeriani à Sancto Augustino, quarti Definitoris, & Prioris Couv. S. Ant. de Urbe, rebusque aliis, &c.

Resolutio d. **visitationis.** Fuit provisum, & decretum R.P. Vicarium fuisse, & esse verum, & legitimum Superiori Vicarium Generalem nuncupatum totius sue Congregationis, ac uti, & gaude te omnibus, & singulis iuribus, prærogativis, præminentiis, & facultatibus, quibus aliarum Religionum Generales gaudent, utiuntur, & portiuntur; ideoque sibi licuisse, & licere inter alia, eo abiente, alium suo loco subrogare, qui omnimoda ejus potestate, & jurisdictione ubique locorum (illa tantum excepta Provincia, in qua ipse Generalis Vicarius pro tempore reperiatur) fungatur, & potiatur, & consequenter subrogationem, ac delegationem à præfato Generali Vicario in persona Patris Valeriani quarti Definitoris factam, fuisse, & esse Juridicam, & canonice factam, & uti talem fore, & esse confirmandam, prout illam confirmamus, & approbamus, & pro confirmando & approbando haberemus volumus & mandamus, Fratresque omnes eidem Generali Vicario subiectos ejusdem Religionis, præfato Patri Valeriano ad obedientiam præstandam juxta formam sue Delegationis obligatos fuisse, & esse declaramus.

Datum Romæ domi solite residentie Illustrissimum rum DD. Sacrae Congregationis, hac die 26. Maii 1626.

A. Ricciullus Jūdex, & Seqr.

Odoardus Tibaldescus Not.

Edita A.D. Subsequuntur Decreta generalia protota Congregatione Fratrum Discalceatorum S. Augustini Italie, facta in Visitatione die 21. Junii anni 1627.

Constitutiones hujus Congregationis auctoritate Apost. confirmatae, infra annum post Capitulum Generale imprimantur, ad hoc ut ab hominibus Religiosis præ manibus possint haberi, &c.

Denovis constitutionibus confirmatis. Ad tollendas dubitationes, que circa Constitutionum intellectu posse exoriri, Sacra Congregatio facta verbo cum Sanctissimo declarat, haec tenus non licuisse, neque licere hujus Congregationis Superioribus, etiam in Capitulis Generalibus novas Ordinationes, aut statuta, sub quovis nomine contrarias, aut contraria Constitutionibus Apostolica auctoritate firmatis facere, easque non potuisse, neque posse practicari, antequam à tribus Capitulis Generalibus disposita, & à Sede Apostolica fuerint confirmatae.

Consequenter etiam declarat, Congregationem Definitorialem ex quinque Patribus semel in hebdomada habentem practicaram, in futurum non esse faciendam, sed esse servandas Constitutiones parte tertia, cap. 4.

Bullar. Mag. Tom. IV.

Declarat præterea Definidores pro tempore existentes, fore & esse de familia ejus Conventus, cui à Superiore erunt assignati, & non aliorum, atque ideo locum sumere debore post Priorem, etiam ubi Vicarius Generalis moratur, ac poviisse, & posse à Priore in levibus corrigit, in ceteris verò à Vicario Generali, tenerique adire Capitulum de culpis, expectare signum in Choro, Refectorio, & aliis locis, non obstantibus Constitutionibus par. 2. cap. 8. & par. 3. cap. 4.

Declarat præterea licuisse, atque licere Vicario Generali pro tempore existentes Definidores singulos in Visitatione, & extra, etiam in gravioribus consulo corrigit, & punire, absque aliorum Definitorum consensi; posse tamen Definidores scribere, & recipere literas, ac armarium, oratorium nuncupatum, habere absque Superioris licentia, &c.

Declarat demum Procuratorem Generali, presente Generali Vicario, secundum locum deberi, abiente verò in Conventu secundum à Priore, extra Conventum verò post Vicarium Generalem ceteris preferri, posseque egredi ad negotia peragenda, & absque cunctatione Prior socium assignabit, ac pariter literas scribere, & recipere absque scitu Prioris, & Oratorium habere. In reliquis autem omnia que de Definitoribus dicta sunt, locum sibi vindicare in Procuratore Generali.

Decreta hac generalia pro tota Congregatione veluti Declaratoria, serventur statim sub pena arbitrio sacra Congregationis.

A. Episc. Bellicastren. Seqr. & Jud.

Declaratio quod Capitula Ecclesiarum Cathedralium, quibus S.R.E. Card. præsunt, ex indultis conferendi Beneficia Ecclesiastica reservata, vel affecta, eisdem Cardinalibus concessis, nullum jus prætendere possint.

Quod autem S.R.E. Cardinales indulto conferendi Beneficia Ecclesiarum quibus præsunt, non utantur nisi in beneficiis illarum Ecclesiarum quibus aën præsunt, vel quarum regimini ultimo loco cesserunt, declaravit hic Sanctiss. Pont. in const. seq. Licet.

Moderationem verò Indulctorum S.R.E. Card. super collatione Beneficiorum Ecclesiasticorum habes in Pii V. const. 37. tom. 2. & in Greg. XIV. const. 19. d. tom. 2. nec non Pauli V. const. 5. tom. 3.

Sanctiss. in Christo Pater, & D.N.D. Urbanus divina provis Edita A.D. dencia Papa VI I. 1626.

Acepto quod S.R.E. Cardinales super indultis, & facultatibus disponendi de beneficiis Ecclesiasticis. **Cause hujus const.** Sedi Apostolicæ reservatis & affectis, à Sede prædicta sibi concessis per Capitula, & Canonicos Cathedralium Ecclesiarum, quibus illi ex concessione, & dispensatione Apostolica præfunt, impedientur sub prætextu quod ipsi Capitula, & Canonici Jus nominandi, vel præsentandi, aut alias quomodolibet disponendi de beneficiis in mensibus non reservatis pro tempore vacantibus, cum prædictis Cardinalibus locorum Ordinariis conjunctim, vel divisiim habentes, tanguam membra capituli adhaerentia, à Cancelleria Apostolicæ regula mensum reservatoria, à qua Cardinales præservantur, etiam excipi, & facultates, ac iudicia, que certarum reservationum obstacula tollunt, sibi, quoque suffragari debere pretendunt, & attendens privilegium, quod Cardinales in prædicta regula præserventur, ei intuito Cardinalatus concessum esse, neque ratione consonum fore, ut Capitula & Canonici, dum sui Præfules Cardinalatus honore præfulgent, plus Juris in prædicium Sedis Apost. seu iporum Cardinalium Præfulum Jus, & indultum conferendi ab ipsa Sede habentium obtineant, quād si ipsi Cardinales non forent.

§.1. Motu proprio, sub die vigesimali nona Decembris, **Pascientia** Anni ab Incarnatione Domini millesimi sexcentesimi vi- **fan indulctorum** gesimi quinti declaravit, intentionis, & voluntatis sive **te quibus in rubr. Deda-** esse, quod Cardinales Præfules de omnibus, & singulis **ratio.** beneficiis,

K 2

URBANUS OCTAVUS.

beneficis Ecclesiasticis quomodolibet nuncupatis, & qualibet ad eorum, etiam cum alio, vel alii collationem, provisionem, presentationem, electionem, seu quamvis aliam similem, vel dissimilem dispositionem ratione Ecclesiarum, quibus ipsi Cardinales presunt, conjuncte, vel divisim spe&an. non tamen in libris Cam. Apost. defici-

ptis, nec ex personis familiarium Sue Sanctitatis, vel Conclavistatum, aut ratione vacationis apud Sedem praedictam reservatis, vel affectis, qua omnia Sanctitas Suas ibi, & successoribus suis pro tempore existentibus specialiter, & expressè reservatis, ad presentes vacantibus, & in futurum vacaturis, soli per se ipsos, vel alios ad id depunktandos, absque Capitulis, & Canonicis, aliquis quamcumque ordinarium dispositionem corundem beneficiorum similiter conjuncte, vel divisim cum eisdem Cardinalibus habentibus, dummodo alias sub induitio eis concessis comprehendantur, liberè provigant.

*Privatio fusi Capitulis
ni. adi. dictis
Inductis.
Huc declaratio-
tiu incipit à
die 29. De-
cembri robur
obtinere debet
cum Decretis
uris.
Papa subfir.
Letta & publicata fuit supradicta Regula in Cancell. Apost.
Publicatio in Anno Incarnationis Dominica 1626. die vero 10. mensis Sep-
tembris, Pont. S.D.N. anno 4.*

Marcus Antonius Ascentius Procurus.

L X. *Declaratio, quod S.R.E. Cardinales Ecclesiarum Praepules Indulto conferendi Beneficia Ecclesiastica ratione Ecclesiarum, quibus presunt, vel quarum regimini ultimo loco cesserunt, dumtaxat uti possint.*

Vide que notavi ad Constitutionem precedensem plene de hac materia.

*Edita Anno D. V R B A N V S P A P A VIII.
1626.
Motu proprio, &c.*

*Causa iubus
confit. **L**icet nullus Episcoporum, postquam regimini Ecclesie, cui praeerat, cesserit, in beneficiorum Ecclesiasticorum dispositione ratione ejusdem Ecclesia sibi antea competente ingere te valcat, attamen nonnulli ex ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus sub praetextu inditorum Apostolicorum eis pro tempore concessionum beneficia nedium unius, sed etiam plurium Ecclesiarum, quorum regimini cesserunt, vel à quarum vinculo ad alias translati, absoluti reperiuntur, contemplatione alias ad se spectantia, conferte perseverant. Quare Motu simili, &c.*

*Declaratio de
qua in Rati-
onem iubis
irrituam.
G.1. Declaramus, de cetero non licere cuivis persona, etiam Cardinalatus honore præfulgeat, praetextu cuiusvis indulti Apost. concessi, seu concedendi, facultatem hujusmodi etiam expressè continentis confare, vel quovis modo disponere de quibusvis beneficiis Ecclesiasticis, quorum collatio, præsentatio, nominatio, vel quævis alia dispositio separatim, vel conjunctim cum aliis ad eum spectabat ratione cuiuscumque Ecclesia Cathedralis, etiam Metropolitanæ, Primate, vel Patriarchalis, cuius regimini cesserit, si quidem ad aliam Episcopalem, Archiepiscopalem, Primate, vel Patriarchalem Ecclesiam translatus, vel postmodum assumptus fuerit, sed indulto tantum ratione Ecclesie, cui actu præsit, vel cuius regimini ultimo loco cesserit, sibi concessio uti posse, & debere ac irritum, &c.*

*Excepimus bene-
dictum eccl. &c.
Excepimus.
G.2. Ostien, & Veliern, invicem perpetuū unitis, & Portuen, ac Sabinen, necnon Tusculan. & Prænestin, ac Albanen. Ecclesiis dumtaxat exceptis, quod quas Cardinalibus illarum pro tempore Prælibibus facultate disponendi de beneficiis hujusmodi, etiam una cum indolto sibi ratione aliatum Ecclesiarum, quibus actu presunt, vel ante novissime præfuerint, ut præfetur, frui liceat deceptiuus.*

§.3. Statuentes presentium, etiam absque eo quod sola signaturam registratur, aut illis data apponatur, solata signaturam nostram sufficiere, & ubique in judicio & extra, regula constaria non obstante, fidem facere.

§.4. Ac insuper illas in Cancellaria Apost. describi Registra Cancell.

§.5. Et deinceps omnes, & singulos Cardinales, etiam absentes, presentes, & futuros, & alios quoquecumque, Omnes eius abscens ligi, quorun interest, vel interesse poterit quomodolibet in futurum, afficere, & ligare, nullumque eorum ignorantiæ praetendere posse, non secus ac si ei personaliter intimearent.

§.6. Statuto, & ordinatione, decreto, & declaratione per Nos in crastinum assumptionis nostræ ad sum. Apostolatus apicem editis, quod Card. in Constitutionibus, & regulis per Nos post priorum nostrarum Constitutionum & regularum editionem, & publicationem impostum, faciendis non includantur, nisi illa corundem Cardinalium favorem concernant, vel ipsæ edendæ Constitutiones de illorum, seu majoris partis eorum consilio editæ fuient, necnon prædictis, & quibuscumque aliis regulis, Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque nequaquam obstantibus.

Placit Motu proprio publicetur, & describatur. M. *Papa subfir.
Publicatio in
Cancellaria
Apost. Anno Incarnationis Dominica 1626. die vero 10. mensis Septembris. Pont. S.D.N. anno 4.*

Marcus Ant. Ascentius Procurus.

Revocatio omnium gratiarum, exemptionum, Indulctorum, ac privilegiorum quomodolibet concessionum Assistentibus Ultramontanis, Prioris Generalis Ordinis Eremitarum S. Augustini, absolutis ab eorum officio, quo peracto ad suas Provincias redire tenentur.

LXI.

De assistentibus Prioris Generalis hujus Ordinis habebis in constitutione 93. l. agl. V. Provisiones, sup. tom. 3. Et de hoc Ordine vide ad const. 6. Alexand. IV. sup. tom. 1. Et alia nonnulla de promovendis ad Doctoratus, vel Magisteris in Sacra Theologia graduibus, statuit hicmtes Pont. supr. a const. 40. Romanus. Qui etiam in expeditisibus per priores Generales faciendis modum usendi facultatibus à Se de Apost. obtentis præscriptis const. 98. Commissi, hic in fr. & in altera eidem subsequente, & incipiente; Inter cetera, probibus de cetero concedi exemptiones Officiorum iis Fratribus qui ea non exercerent, absque expressa Sedis Apost. licentia.

V R B A N V S P A P A VIIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex æqui, bonique supremus assertor, Procuratorum gregi Dominico à Deo, & Salvatore nostro Præpositus, ut juxta verbum propheticum noxia evillat, & destruat, utiliaque plantet, & edificet, ea interdum, que rationabilibus ex causis à Sede Apostolica concessa sunt, ipsa subinde, rerum experientia suadente, & majoribus ex causis, quibus præfertim felici Christi fidelium sub suavi Religionis iugo Altissimo famulantium statu, & Ratione pri salubri gubernio consulit, alterat, & revocat, in hisque vigeiorum sollicitudinibus, & providentia sua studium favorabiliter Fratribus Ul- tramontanis interponit, prout pia Catholicorum Regum vota id ex- Assistentibus Prioris Gen. ponsent, & ipse rerum, & temporum qualitatibus debite bjuis Ord. pensatis, configit in Domino salubriter expedire.

§.1. Cum itaque, sicut charissimus in Christo filius ex alto eorum officio exercitus, nuper exponit, ratione privilegiorum, gratiarum, invenientur, & iudiciorum Fratribus Ultramontanis Assistentibus via oritur.

Prioris

URBANUS OCTAVUS.

123.

Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini, tam prateritis, quam futuris, ab hac sancta Sede, & aliis concessionibus, ex parte eorum officio non levia in convenientia, & perturbationes efficiuntur.

§.2. Nos illis, quantum Nobis ex alto conceditur, opportunitye providere volentes, supplicationibus dicti philippi Regis nomine Nobis super hoc humiliiter porre-

atis inclinati, & de Venerabilium Fratrum nostrorum S.R. E. Cardinalium praepositorum consilio omnia, & singulae exemptiones, immunitates, prerogativas, preminentias, gratias, privilegia, & indulgentias eisdem Fratribus Ultramontanis allistentibus per Sedem Apostolicam sub quibusvis cumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clauulis, & decretis, etiam Motu proprio, vel alias, ac etiam per quoscumque alios concessa, quibus hujusmodi assistentes ex parte suo hujusmodi officio habentus usi, & gavisi sunt, sive uti, & gaudere potuerunt, vel debuerunt, Apostoli auctoritate tenore presentium perpetuam revocamus, & abrogamus, ac revocata, & abrogata esse censimus.

§.3. Ipsosque assistentes finito eorum officio hujusmodi ad suas Provincias redire teneri, & ad id per modernum, & pro tempore existentem dicti Ordinis Prioris Generalem opportunis juris, & facti remedii cogendos.

§.4. Presentes vero literas, omniaque & singula in eis contenta semper, & perpetuam validam, & firma, & effectu facie esse, & fore, suoque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac omnibus, & singulis ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectabili, inviolabili observari.

§.5. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostoli. Auditores ubique judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquani quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, auctoritate, & tenore predictis decernimus, & declaramus.

§.6. Non obstantibus praemissis, ac quibusvis literis Apostolicis super concessione privilegiorum, gratiarum, & indultorum hujusmodi expeditis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariais quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, die 25. Novemb. 1626. Pont. nostri Anno 4.

LXII. Excommunicatio, & anathematizatio Hæreticorum cujuscumque Sectæ, eisque faventium, auxilium, aut consilium quoquo modo praestantium, ac Schismaticorum, vel libertatem Ecclesiasticam perturbantium, aut his, quæ in ista Bulla in die Cœnæ Domini legi solita continentur, contravenientium.

De materia in hujusmodi Bulla Cœna Domini constans, plenissimè habet ad const. 63. Pauli V. sup. tom. 3. Hic autem quid addam vix habeo, nisi quod contra Hæreticos in locis Italia, & Insularum adjacentium quovis praetextu commorantes, eorumque fautores, constitutionem edidit Gregor. XV. us supra in const. 28. Romani. Qui etiam licentia omnes quibuscumque personis, & a quibusvis, etiam Romanis Pontificibus concessas legendi, & habendi libros quomodolibet prohibitos, revocavit in const. 49. Apostolatus. Et demum libros alios deferri, vel transmissi imprimendos sine Cardinali Vicarii, neque Magistri Sacri Palatii in Pr. Bullar. Mag. Tom. IV.

be, & extra eam sine Ordinariis, & Inquisitoribus, vel ab eis Deputatorum licentia prohibitis hic Nam Sanctissimus Pontifex sup. in const. 50. Sanctissimus.

V R B A N U S E P I S C O P U S, Edic. An. D. Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

1617.

Astoralis Rom. Pont. vigilantia, & sollicitudo in omni Christianæ Reipublicæ pace, & tranquillitate procuranda pro sui muneric officio afflidae versatur, tum possimum in Catholice fidei, sine qua impossibile est placere Deo, unitate, atque integritate retinenda maxime elucer: Nimurum, ut fideles Christi non sint parvuli flu- tuantes, neque circumferantur omni vento doctrina in inequitate hominum, ad circumventionem erroris, sed omnes occurrant in unitatem fidei, & agnitionis Filii Dei in virum perfectum, neque se in hujus vita societate & communione ledant, aut inter se alter alteri offendentem prebeat, sed potius in vinculo charitatis conjuncti, tanquam unius corporis membra sub Christo capite, ejusque in terris Vicario Rom. Pont. Beatissimi Petri Successore, à quo totius Ecclesiæ unitas dimanat, augeantur in adiunctionem, atque ita divina gratia adjutrice, si presentis vita quiete gaudent, ut futura quoque beatitudine perfruantur. Ob quas sanæ causas Rom. Pont. predecessores nostri hodierna die, que anniversaria Dominicæ Cœnæ commemoratione solemnis est, spiritualem Ecclesiasticæ discipline gladium, & salutaria justitiae arma per ministerium summi Apostolatus ad Dei gloriam, & animatum salutem solemniter exercere consueverunt. Nos igitur, quibus nihil optabilius est, quæm fidei inviolatam integritatem, publicam pacem, & justitiam, Deo auctore tueri, vetustum, & solemnem hunc morem sequentes.

§.1. Excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, auctoritate quoque Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac Nostræ quoscumque Hæreticas, Vvichelephantas, Lutheranos, Zuinglianistas, Calvinistas, Ugonottos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana fide apostatas, ac omnes, & singulos alios Hæreticos quocumque nomine censeantur, & cuiuscumque sectæ existant, ac eis credentes, eorumque receptacores, fautores, & generaliter quolibet illorum defensores, ac corundem libros hæresin continentis, vel de Religione tractantes, sine auctoritate nostra & Sedis Apostoli, scientes, legentes, aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quavis causa, publicè, vel occultè, quovis ingenio, vel colore, necnon Schismaticos, & eos qui se à nostra & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahunt, vel recedunt.

§.2. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos cujuscumque status, gradus, seu conditionis fuerint: Universitates vero, Collegia, & Capitula quocumque nomine nuncupentur, interdicimus, ab ordinationibus, seu mandatis nostris, ac Romanorum Pontificum pro tempore existentium, ad universale futurum Concilium appellantes, necnon eos, quorum auxilio, consilio, vel favore appellatum fuerit.

§.3. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, Cursarios, ac Latrunculos maritimos, discurrentes Mare nostrum, præcipue à Monte Argentario usque ad Terrinam, ac omnes eorum fautores, receptatores, & defensores.

§.4. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui Christianorum quorumcumque navibus tempestate, seu in transversum (ut dici solet) jacatis, vel quoquo modo naufragium passis, sive in ipsis navibus, sive ex eisdem ejesta in mari, vel in litora inventa cujuscumque generis bona, tam in nostris Tyrreni, & Adriatici, quam in ceteris cujusque maris Regionibus, & litoribus surripuerint, ita ut nec ob quodcumque privilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemque praetextum excufari possint.

§.5. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, qui in Terris suis nova Pedagia, seu Gabellas, imprimente, præterquam in casibus libi à jure, seu ex speciali Sedis vel angere.

K 3 Apostolice

URBANUS OCTAVUS.

Apost. licentia permisit imponunt, vel augent, seu impo-
ni. Vel augeri prohibita exigunt.

*Palmarum li-
terarum Ap-
stolicarum:
suplicationis
ab huiusmodi
auditorium
falsorum.*

§. 6. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes falsarios literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, ac Supplicationem gratiam, vel iustitiam concer-
tentium, per Romanum Pontificem, S.R.E. Vicecancellaria-
tis, seu gerentes vices eorum, aut de mandato ejusdem Rom. Pont. signatarum, necnon falso fabricantes literas Apost. etiam in forma Brevis, & etiam falso signantes Supplicationes huiusmodi sib nomine Roma. Pont. sou-
Vicecancellarii, aut gerentium vices predicatorum.

*Transmittere-
res, vel de-
cessores armis,
vel alia opa-
bellicis, usi-
nibus, ad Turcas, &
alias Christi-
anorum inva-
deribus, & in quo-
munque Reipu-
blica Regum
concernentibus
ijsu Christi, &
suscitemur.*

§. 7. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes, & inimicos, vel Hereticos per nostras, si-
ve hujus sanctorum Sedis sententias expressae, & nominatim declaratos, deferunt, seu transmitunt equos, arma, ferrum, filum ferri, stannum, chalybem, omniaque alia metallorum genera, atque bellicis instrumenta, lignamina, canabam, funes, tam ex ipso canabe, quam alia quacumque materia, & ipsam materiam, aliaque hujusmodi, quibus Christianos, & Catholicos impugnant, necnon illos, qui per se, vel alios de rebus statim Christiana Republica concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turcas, & Christiana Religionis inimicos, necnon hereticos, in damnum Catholicae Religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet praestant. Non obstantibus quibuscumque privilegiis quibusvis personis, Principibus, Rebus publicis, per Nos, & Sedem predi-
cam haec tenus concessis, de hujusmodi prohibitione ex-
pressam mentionem non facientibus.

*Peregrinantes,
qui invadent
ad Romanam
Curiam, & qui
victualia, &
similia, & aliis
fornicari, &
ad Romanam
adducunt.*

§. 8. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes impeditores, seu invadentes eos, qui victualia, seu alia ad usum Rom. Curiae necessaria adducunt, ac etiam eos, qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel affe-
rantur, prohibent, impedit, seu perturbant, seu hac facientes defendunt per se, vel alios, cujuscumque fuerint ordinis, praeminentiae, conditionis, & status, etiam si Pontificali, seu Regali, aut alia quavis Ecclesiastica, vel mun-
dana praefulgeant dignitate.

*Ladentes, &
qui venient
ad Sedem
Apostolicam,
Abst. vel ab
ea recessant,
& recessentes
ne peregrinari
excedentes, &
contra com-
muni-
cantes.*

§. 9. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes, & rece-
dentes ab eadem, sua vel aliorum opera interficiunt, mu-
tilant, spoliant, capiunt, detinent, necnon illos omnes, qui iurisdictionem ordinariam, vel delegatam, a Nobis, vel nostris Judicibus non habentes, illam sibi temere vendicantes, similia contra morantes in eadem Curia au-
dienter.

*R. misericordie &
P. gratiarum
etiam in Pro-
peregrinantes, &
ab eis, & re-
cessentes.*

§. 10. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, detinente-
res, capientes, seu depravantes Romiperas, seu Peregrinos ad Urbea causa devotionis, seu peregrinationis ac-
cedentes, & in ea morantes, vel ab ipsa recessentes, & in his dantes auxilium, consilium, vel favorem.

*Offidentes
S.R.E. Card.
& alios Pra-
lacos.*

§. 11. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percu-
tientes, capientes, carcerantes, detinentes, vel hostiliter infrequentes S.R.E. Cardinales, Patriarchas, Archiepisco-
pos, Episcopos, Sedisque Apostolica Legatos, vel Nun-
tios, aut eos a suis Diocesis, Territorii, Terris, seu Dominiis ejicientes: Necnon ea mandantes, vel rata ha-
bentes, seu praestantes in eis auxilium, consilium, vel fa-
vorem.

*Offidentes
ad Romanam
Curiam, &
negotiantur
expediti, &
negotiorum
qua-
rum gestores.*

§. 12. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel per alios, personas Ecclesiasticas quascumque, vel seculares ad Romanam Curiam super eorum causis, & negotiis recurrentes, ac illi in eadem Curia proferentes, aut procurantes, negotio-
rumque gestores, advocates, procuratores, & agentes, seu etiam Auditores, vel Judices super dictis causis, vel nego-
tiis deputatos, occasione causarum, vel negotio-
rum huiusmodi occidunt, seu quoquo modo percutiunt, bunt, spoliant, seu qui per se, vel per alios, directe, vel indirecte, delicta huiusmodi committere, exequi, vel pro-
curare, aut in eisdem auxilium, consilium, vel favorem prestatre non verentur, cujuscumque praeminentiae, & di-
gnitatis fuerint.

§. 13. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes tam Ecclesiasticos, quam seculares, cujuscumque di-
gitarii, qui pretexentes frivolum quandam appellatio-
nem à gravamine, vel futura executione literarum Apo-
stolicarum, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam
iustitiam conceruentur, & nechan citationum, inhibi-
tionum, sequestrorum, monitoriorum, processuum, ex-
ecutorialium, & aliorum decretorum, a Nobis, & a Se-
de predicta, seu Legatis, Nuntiis, Presidentibus, Palati-
i nostri, & Cam. Apost. Auditoribus, Commissariis,
aliisque Judicibus, & delegatis Apostolicis emanatorum,
& quæ pro tempore emittantur, aut alias ad Curias se-
culares, & laicam potestatem recurront, & ab ea, instan-
te etiam Fisci Procuratore, vel Advocato, appellations
hujusmodi admitti, ac literas, citationes, inhibitiones, se-
questra, monitorias, & alia predicta capi, & retineri fa-
ciunt, quive illa simpliciter, vel sine coram beneplacito,
& consensu, vel examini executioni demandari, aut ne
Tabelliones, & Notarii super hujusmodi literarum &
processuum executione instrumenta, vel acta confidere,
aut confessa parti, cuius interest, tradere debeant, impe-
diunt, vel prohibent, at etiam partes, seu eorum agen-
tes, consanguineos, affines, familiares, notarios, execu-
tores, & subexecutores literarum, citationum, monito-
riorum, & aliorum predicatorum capiunt, percutiunt,
vulnerant, carcerant, detinent, ex Civitatibus, Locis &
Regnis ejiciunt, bonis spoliant, perterrefaciunt, con-
cavunt, comminatur per se, vel alium, seu alios, publi-
ce, vel occulte, quive alias quibuscumque personis, in
genere, vel in specie, ne pro quibusvis corum negotiis
prosequendis, seu gratis, vel literis impetrandi ad Ro-
manam Curiam accedant, aut recursum habeant, seu gra-
tias ipsas, vel literas à dicta Sede impetrant, seu impetrati
utantur, directe vel indirecte prohibere, statueri, seu
mandare, vel eas apud se, aut Notarios, seu Tabelliones,
vel alias quomodolibet retinere presumunt.

§. 14. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos, qui per se, vel alios auctoritate propria, ac de facto, quarumcumque exemptione, vel aliarum gratia-
rum, & literarum Apostolicarum praetextu, beneficiale, &
decimatum, ac alias causas spirituales, aut spiritualibus annexas, ab Auditoribus, & Commissariis nostris, aliquisque Judicibus Ecclesiasticis avocant, illorumve cursum, &
audientiam, ac personas, capitula, conventus, collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione tanquam Judices interponunt, quive
partes actrices, quae illas committi fecerunt, & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel in-
hibitiones, aut alias literas in eis decet s, & ad facien-
dum, vel consentiendum eos, contra quos tales inhibi-
tiones emanarunt, à centuris, & pennis in illis conteni-
tis absolviri per statutum, vel alias compellunt, vel ex-
ecutionem literarum Apostolicarum, seu executorialium
processuum, ac decretorum predicatorum quomodolibet
impedit, vel suum ad id favorem, consilium, aut af-
fensus præstant, etiam praetextu violentia prohibendæ,
vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad Nos
informando, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicati
fecerint, nisi supplicationes hujusmodi coram Nobis, &
Sede Apost. legitimè prosequantur, etiam si talia commit-
tentur Præsidentes Cancelliarum, Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarii, Vicecancellarii, Consiliarii, ordinarii, vel extraordinarii quorumcumque Principum
secularium, etiam si Imperiali, Regali, Ducali, vel alia qua-
cumque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Epis-
copi, Abbates, Commendatarii, seu Vicarii fuerint.

§. 15. Quive ex eorum prætendo officio, vel ad instan-
tiam partis, aut aliorum quorumcumque personas Eccle-
siasticas, capitula, conventus, collegia Ecclesiastarum qua-
rumcumque eorum se ad suum Tribunal, Audientiam,
Cancellariam, Consilium, vel Parlamentum præter Juris
Canonici dispositionem trahunt, vel trahi faciunt, vel
procurant, directe, vel indirecte, quovis questio colore:
Necnon qui statuta, ordinationes, constitutiones,
pragmaticas, seu quævis alia decreta, in genere, vel
in specie, ex quavis causa, & quovis questio colore, ac pri-
mariu[m] praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii,
vel

URBANUS OCTAVUS.

115

vel alias quomodolibet fecerint, & publicaverint, vel tescue nostras Bonontiam, Cælenam, Ariminum, Bene-
factic, & ordinatis usi fuerint, unde libertas Ecclesiastica ventum, Perusium, Avenionem, Civitatem Castelli, Tu-
tillitar, seu in aliquo iuditur, vel deprimitur, aut alias dertum, Fertariam, Comacium, & alias Civitates, Terras,
quovis modo restringitur, seu nostris de dicta Sedis, ac loca, vel jura ad ipsam Rothanam Ecclesiam pertinen-
tiæ, dictæque Romane Ecclesie mediæ, vel immediate

subjectæ, necnon supremam jurisdictionem in illis Nobis, & eidem Romane Ecclesie competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis prælument, necnon adhærentes, fautores, & defensores corum, seu illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

§. 16. Necnon qui Archipiscopos, Episcopos, alios que superiora, & inferiores Prelatos, & omnes alios quouscumque Judices Ecclesiasticos ordinarios quomodo libet hac de causa direcere, vel indirecere, careerendo, vel molestando eorum agentes, procuratores, familiares, necon consanguineos, & affines, aut alias impediunt quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quocumque utantur, secundum quod Canones, & sacrae Constitutiones Ecclesiastice, & decreta Conciliorum generalium, & præsertim Tridentini statuant, ac etiam

eos, qui post ipsorum Ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum quorūcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici judicem eludentes, & ab Cancella- ria, & alias Curias seculares recurrent, & ab illis prohibitions & mandata, etiam pena, Ordinariis, & delegatis prædictis decerni, & contra illos exequi pro- riant, eos quoque qui haec decernant, & exquantur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem.

§. 17. Quive jurisdictiones, seu fructus, redditus, & proventus ad Nos, & Sedem Apostolicam, & quouscumque Ecclesiasticas personas, ratione Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant, vel etiam quavis occasione, vel causa, sine Romani Pontificis, vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expressa licentia sequentur.

§. 18. Quive collectas, decimas, talles, præstantias, & alia onera clericis præfatis, & aliis personis Ecclesiast. ac eorum, & Ecclesiarum, Monast. & aliorum be- neficiorum Ecclesiasticorum bonis, illorumque fructibus, redditibus, & proventibus hujusmodi ablique simili Rom. Pont. speciali, & expressi licentia imponunt, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic im- polita, etiam à sponte dantibus, & concedentibus reci- piunt. Necnon qui per se, vel alios, directe, vel indirec- te prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxiliis, consilium, vel favorem præstare non verentur, cuiuscumque sint præminentia, dignitatis, ordinis, con- ditionis, aut status, etiam si Imperiali, aut Regali præ- fulgeant dignitate, seu Princes, Dukes, Comites, Baro- nes, & ali potenteri quicunque, etiam Regnis, Provin- ciis, Civitatibus, & Terris quomodo Præsidentes, Consiliarii, & Senatores, aut quavis etiam Pontificali dignitate insigniti, innovantes decreta super his per sa- cros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam Concilii generalibus edita, etiam cum censuris, & penitentias in eis contentis.

§. 19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quouscumque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, subexecutores quomodolibet se interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, sive speciali, specifica, & expressa hujus sancte Sedis Aposto- lice licentia: quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expresso extendunt, vel alia illa perpet- ram abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Con- siliarii, Senatores, Præsidentes, Cancellarii, Vicecancellarii, aut quovis alio nomine nuncupati.

§. 20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, seu alios, directe, vel indirec- te, sub quoicumque titulo, vel colore invadere, destrue- re, occupare, ac detinere præsumperint, in toto, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliæ, Insulas Sardiniae, & Corsica, Terras circa Pharam, Patri- monium Beati Petri in Tuscia. Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaysinum, Sabinen, Marchia Anconitanæ, Massæ Trebatia, Romandiæ, Campania, & maritimæ Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras specialis commissionis Arnulphorum, Civita-

Nobis, & quocumque his literis contenta, quoque alii hujusmodi processus à Nobis, aut Rom. Pontifice pro tempore existente fiant, aut publicentur, durare, suoque effectus omnino sortiri.

Ab aliis ab hujusmodi causis præ- mordi articulo constitutis, nec etiam tune, nisi de stando Ecclesiæ man- datis, & satisfaciendo cautione prædicta, absolvit, possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularium, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate prædictis, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conven- tibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraterni- tatis, Congregationibus, Hospitalibus & locis pii, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana exaltationis fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiusvis Concilii decretis, verbo, literis, aut alia quo- cumque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovan- dorum.

Aliorū ab saluere præ- monit pene- ficiis.

§. 21. Ceterum à prædictis sententiis nullus per alium,

quām per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutis, nec etiam tune, nisi de stando Ecclesiæ man- datis, & satisfaciendo cautione prædicta, absolvit, possit, etiam prætextu quarumvis facultatum, & indultorum quibuscumque Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militiarum regularium, etiam Episcopali, vel alia majori dignitate prædictis, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conven- tibus, & Domibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraterni- tatis, Congregationibus, Hospitalibus & locis pii, necnon laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana exaltationis fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cuiusvis Concilii decretis, verbo, literis, aut alia quo- cumque scriptura, in genere, & in specie concessorum, & innovatorum, ac concedendorum, & innovan- dorum.

Aliorū ab saluere præ- monit pene- ficiis.

§. 22. Quod si forte aliqui contra tenorem præsen-

tium talibus excommunicatione, & anathemate la- queatis, vel eorum alicui absolutionis beneficium im- pendere de facto præsumperint, eos excommunica- tionis sententiæ innodamus, gravius contra eos spiri- tualiter, & temporaliter, prout expedire noverimus, pro- cessuri.

Papa ab- litionem non comprobando: eos, qui à præmissis, & non pre- missis, de- clarans.

§. 23. Declarantes ac protestantes quocumque abso-

Papa ab- litionem non comprobando: eos, qui à præmissis, & non pre- missis, de- clarans.

§. 24. Declaratæ ac protestantes quocumque abso-

Papa ab- litionem non comprobando: eos, qui à præmissis, & non pre- missis, de- clarans.

§. 25. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indultis, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus, su- prædictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis, cuiuscumque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præ- eminentiæ fuerint, etiam si ut præmititur, Pontificali, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgeant dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis à prædicta Sede ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remuneratio, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis concessis, etiam con- tentibus quod excommunicari, anathematizari, vel interdici non possint per literas Apostolicas non facien- tes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indultis hujusmodi, ac de or- dinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus,

URBANUS OCTAVUS.

& dignitatibus eorum mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac prescriptionibus quantumcumque longissimis, & aliis quibuslibet observationis, scriptis, vel non scriptis, per quae contra hos nos processus, ac sententias, quominus includantur in eis, se juvare valcent, vel tueri.

Quae omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omisso, inferentur presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, ceteraque contraria quaecumque.

Publicationis
in Pto. off.
etiam.

§.16. Ut verè presentes nostri processus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continent, valvis Ecclesie S. Jo. Lateranen. & Basilice principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quod processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullam possint excusationem pretendere, aut ignorantiam allegare, cum non sit verisimile id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

Proscriptum
erit alibi
publicandi
hunc confi-

§.17. Insuper, ut processus ipsi, & presentes literæ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fiane notiora, quo in plerisque Civitatibus, & locis fuerint publicata, universi, & singulis Patriarchis, Primitibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prelatis ubilibet constitutis, per hac scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientie districte præcipiendo mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios presentes literas, postquam eas repperint, seu earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam plures in Ecclesiis suis, dum in eis major populi multitudo ad divina convenierit, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuntient, & declarant.

Audiens
Confidens
babidi apud
febas literas.

§.18. Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, aliquæ locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prelati, necnon Rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac presbyteri sacerdotes, & quorumvis Ordinum regulares, ad audiendas peccatorum confessiones quavis auctoritate deputati, transumptum presentium literarum penes se habent, easque diligenter legere, & percipere studeant.

Transump-
tus.

Dicitur
parole.

Dat. P. An. 4.
die 1. Apr.

LXIII.

Declaratio, quod Beata Maria Magdalena de Pazzis Florentina, dum vixit, Ordinis B.MARIAE de Monte Carmelo Monialis exitit. Ac extensio Indulti recitandi Officium, & celebrandi Missam de ea in omnibus Ecclesiis, tam in Diœcesi Florentina, quam in universa ditione temporali Magni Ducis Heretriz.

Beatificavit hanc Mariam Magdalenam hic idem

edictus An. D.

1617.

Exordium.

V R B A N V S P A P A VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

In supremo Apostolatus solio, meritis liceat insufficien- tibus, divina dispensatione constituti, ad ea, per que-

servorum, & ancillarum Christi honos, & veneratio in terra promoveatur, iuxta creditum Nobis desuper Apostolicæ servitutis officium libenter intendimus, votisque Christi fidelium honorem, & venerationem hujusmodi resipientibus libenter annuimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§.1. Alias siquidem pro parte dilecti filii nobilis Adolescentis Ferdinandi Hertruris sibi subiectæ Magni Duci, ac dilectorum in Christo filiarum nobilium Mulierum Marie Magdalene Archiducissæ Austriae, & Christiernæ à Lotharingia Hertruris sibi subiectæ Magnarum Ducif- sarum viduarum, necnon Priorissæ, & Monialium Monasterii S. MARIA Angelorum nuncupate in Burgo S. Fridiani Civitatis Florentiae Nobis exposito, quod bona memoria Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentina Monialis multis, & eximis virtutum & graciæ, ac miraculorum donis à Domino illustrata fuerat, Nobisque propterea pro parte eorundem Ferdinandi Magni Duci, & Marie Magdalene Archiducissæ, necnon Christiernæ Magnarum Ducifacrum viduarum, ac Priorissæ, & Monialium humiliter supplicato, ut donec Canonizationis honor dictæ Ancilla Dei Mariae Magdalene ob ejus excellentia merita, divina aspirante gratia ab Apostolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium & Missa de ea, ut infra recitari, & celebrari posset. Nos re-

*Alius 11.
Post. bina-
cavat Mari-
Magdalena
de Pazzis, u-
ni Missam, &
Officium &
ea celebra-
posse induc-
in omni, &
elefia Cro-
Flor. &
Roma in la-
cieba ipsa
Nacioni.*

prius per venerabiles fratres nostros S.R.E. Cardinales sacris Ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandaveramus, maturè discussa, de eorundem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus inclinati, ut ipsa Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, Officiumque, & Missa de ea tanquam de Communi Virginis non Martyris, juxta rubricas Missalis, & Breviariorum in omnibus, & singulis Civitatis Florentinæ Ecclesiis, & hic Roma pro tunc presente anno dumtaxat, in Ecclesia S. Joannis Baptista nationis Florentinorum, in qua Beatificationis hujusmodi solemnitas celebranda erat, eisdem Ancilla Dei Maria Magdalene obitus, seu alia subsequenti non impedita die, à quibusvis Clericis, & Presbyteris, tam sacerdaribus, quam regularibus recitari, & celebrari respectivè possent, & valent, Apostolica auctoritate concessimus, & indulsumus, & alias prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, pleniùs contineantur.

§.2. Nunc autem supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, illorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Nobis humiliiter porrectis inclinati, de eorundem Fratrum consilio dicam Beatam Mariam Magdalenam de Pazzis dicti Ordinis B. MARIAE de Monte Carmelo Moniale, dum ipsa vixit, suisse tenore presentium declaramus.

§.3. Quodque in omnibus Monasteriis, locis, & Ecclesiis dicti Ordinis in ipsius B. Mariae Magdalene obitu, recitandi, & celebri respectivè possent, & valent, Ordinis Religiosis Officium & Missa, & à confluentibus ad Ecclesiæ dicti Ordinis in Alma Urbe nostra, & in Civitate Florentina existentes, Missa dumtaxat de eadem B. Maria Magdalena tanquam de communi Virginis non Martyris, juxta ipsum Ordinis Breviarium à Sede Apostolica approbatum, & rubricas Breviariorum ac Missalis Romanorum futurum recitari, & celebrari liberè pariter, & licet respectivè possint, & valent, auctoritate, & tenore prædictis concedimus, & indulgemus.

§.4. Non obstantibus omnibus & singulis, que in di- &is literis voluimus non obstat, ceterisque contrariis dicitur, quibuscumque.

§.5. Volumus autem, quod presentium transumptis, Transumptis, manu alicuius Notarii publici subsciri- fidem dari, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica mandat, constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibetur, que presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif- catoris, die 23. Aprilis 1617. Pontificatus nostri anno dii 23. Apr.

Sequitur

URBANUS OCTAVUS

117

Seguntur extensis induiti rectandi, & celebrandi
Officium, & Missam de B. Maria Magdalena
de Pax et in omnibus Ecclesiis, sicut in Diocesi
Florentina, quam in universa ditione temporali
Magni Ducis Hereturia.

A.D. V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Alias pro parte dilecti filii nobilis adolescentis Ferdinandi Hereturia sibi subiecta Ducus, ac dilectorum in Christo filiarum nobilium mulierum Mariæ Magdalena Archiducissæ Austriae, & Christiane à Lotharingia Hereturia similiter sibi subiecta Magnarum Duciarum viduatum, necnon Priorissæ, & Monialium Monasterii Sanctæ Mariæ Angelorum nuncopati in Burgo Sancti Fridiani Civitatis Florentine, Nobis expoito, quod bon. mem. Ancilla Dei Maria Magdalena de Pazzis Florentina Monialis multis, & eximiis virtutum & gratiarum, ac miraculorum donis à Domino illustrata fuerat, & propterea pro parte dictorum exponentium Nobis humiliter supplicato, ut donec Canonizationis honor dictæ Ancillæ Dei Mariæ Magdalena ob ejus excellentia merita ab Apostolica Sede decernatur, eadem Ancilla Dei Maria Magdalena Beata nuncupari, atque Officium, & Missa de ea recitari, & celebrari posset. Nos re prius per Venerabiles fratres nostros Sanctæ Romæ, Eccl. Cardinales sacræ ritibus præpositos, quibus eam examinandam mandaveramus, mature discussa, de eorumdem Cardinalium consilio, hujusmodi supplicationibus tunc inclinati, ut ipsa Ancilla Dei Mariæ Magdalena Beata nuncupari, Officiumque & Milla de ea sub certis modo, & forma tunc expressis recitari, & celebrari respectivè posset, & valeret, Apostolica auctoritate concessimus, & indulximus.

§. 2. Subinde verò supplicationibus dilectorum filiorum Generalis, aliorumque Superiorum, & Fratrum Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo Nobis humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio dictam Beatam Mariam Magdalenanam de Pazzis dicti Ordinis Monialem, dum vixit, sущe declaravimus, quodque omnibus Monasteriis, locis, & Ecclesiis dicti Ordinis in ipsius Beatæ Mariæ Magdalene obitus, seu alias subsequenti non impedita die singulis annis ab omnibus utrunque sexus ejusdem Ordinis Religiosis Officium, & Missa, & a confluentibus ad Ecclesiæ dicti Ordinis in Alma Urbe nostra, & in Civitate Florentina existentes Missa dumtaxat de eadem Beata Mariæ Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris, iuxta ipsius Ordinis Breviarium à Sede Apostolica approbatum, ac rubricas Breviarii & Missalis Romani in futurum recitari pariter, & celebrari posset, similiter concessimus, & indulximus, prout in diversis nostris in simili forma Brevis expeditis literis, quatuor tenores presentibus pro sufficienter expressi haberi volumus, plenius continetur.

§. 3. Nunc autem Ferdinandi Magni Ducus, ac Priorissæ, & Monialium prædictarum supplicationibus Nobis denouo humiliter porrectis inclinati, de eorundem Cardinalium consilio, quod in omnibus, & quibuscumque Ecclesiis, tam in Diocesi Florentina quam in universa ditione temporali præfati Ferdinandi Magni Ducus existentibus, in ipsius Beatæ Mariæ Magdalena obitu, seu alia subsequenti non impedita die, singulis annis, Officium, & Missa de eadem Beata Mariæ Magdalena, tanquam de Communi Virginis non Martyris, ut preferatur, recitari, & celebrari liberè similiter, & licet posfit, & valeat, dicta auctoritate tenore presentium codicimus pariter, & indulgemus.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis quæ in dictis litteris volumus non obstat, caterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ aliquo in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem protius fides in judicio, & extra adhibetur, quæ ipsis præsentibus litteris originalibus adhibetur, si forent exhibiti, vel offerenti.

Dat. Romæ apud S. Petrum, sub anno Piscatoris Dat. P. A. 1628.
die 18. Januarii 1628. Pontificis anni 5.
Anno 1628. Jam

Nova Eructio Collegii Illyrici nuncupandi in LXXV.
Civitate Lauretana pro adolescentibus ex Illyricis Provinciis ibi sumptibus sacrosanctæ Domus Lauretanæ educandis, & in bonis, Ecclesiasticisque moribus, ac Sacrorum Canonum aliarumque facultatum necessitate, Illyricas conceruentium disciplinis instruendis, cum Privilegio: um, & Indultorum clargitione.

Hoc Collegium olim invenit Greg. XII. & enantias tur hic in §. 1. sed cum aliquos post annis quibusdam de causis imminutum, & ad duodecim Alumnos, Romanum Lauretum translatos redactum fuerit in maximum fides datum, hic pontificis illud de novo erigit in hac Confessus.

Tria alia Collegia postea exsistunt Pontifex pro Scholaribus Germanicæ Nationis in illis educandis, ac sacra Theologia aliisque facultatibus, & piis moribus imbuendis. Unum in Civitate Pragæ, Regni Boemie Metropoli, ut inf. Constitut. 66. Quoniam. Et alterum in Civitate Viennensi, ut inf. constitut. 67. Quoniam. Et aliud in Oppido Fuldense, ut inf. Constitut. 69. Quoniam.

V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita A.D.
Servus Servorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam. 1628.

Zelo Domus Dei Nos commovente, ut parvulus proficuum
frangamus, quippe qui universatum gentium, populo datum
rumque Christi fidem proficitum saltem procurare,
& promovere studemus, dum omnes Christiani Orbis
partes oculis nostræ perclusamus, Illyricæ lingue gentis, majorem Europe, & maximam Asia portionem incolentis, atque per Europam præstantissimis Reguis, & Provinciis olim florentissima, ac inter plantas Apostolicas in gremio Catholica Ecclesiæ Primo genitæ, nunc verò maxima ex parte sub impia Tyrannide gementis, Schismaticorumque Orientalium, heretumque Septentrionalium venenis per partes infectæ, pro debito nostri Pastoralis officii, necessitatibus spiritualibus succurrere cogimus, & admonemur.

§. 1. Cum itaque, sicut Nobis innotuit alias fel. recitationis Gregorius Papa XIII. prædecessor noster, missione tantæ gentis Collegium Illyricorum juvenatus in Civitate Lauretana, illius Sacrosanctæ domus præventibus alendæ, bonisque artibus, & disciplinis instruenda, pæsto tunc temporis numero ad triginta adolescentes, Apostolica auctoritate exsisset, optimè fructuque, cum brevi temporis intervallo juventus inibi bonis moribus ac literis instituta, patræque juvanda adhibita, magno divinæ glorie augumento, animarumque salute, Provincias Illyricas, præsertim verò litoralem Dalmatiam, discussis quibus offundebatur ignorantia tenebris, ad veræ pictatis media excitaverit.

§. 2. Cumque adeò pium opus aliquot post annis, quibusdam de causis admodum imminutum fuerit, redacto ad duodecim tantum alumnos adolescentium Romanum Laureto translatorum numero, Lauretano Collegio pertinus extinto.

§. 3. Nos qui hanc ejusmodi translationem, & numeri aliorum invenimus, in maximum dominum fiduci in illis provinciis contigile, certa scientia cognovimus, ad opus hoc diuini Collegium in pristinum, & quantum fieri poterit, meliorem statum restituendum, & renovandum, animum & mentem nostram convertentes, maturo desuper cum Ven. Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, Congregationi de propaganda fide prædicti, habitu consilio, Motu proprio, non ad aliquus Nobis d. super oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia prædicta.

URBANUS OCTAVUS.

tia, metaque liberalitate nostris, ac de Apostolica potestatis plenitude, ad Dei Omnipotentis laudem, Sanctoque ipsius Ecclesiae incrementum, ac precipuum Illyricas gentis saltem, & commodum, in Civitate Lauretanam prefata, dictum Collegium Illyricorum appellandum, in quo in posterum prior adolescentium numerus triginta sex videlicet, ex Sacrosancta domus Lauretana, ut olim proventibus, & redditibus, sustentari, ali, educari, ac in bonis, Ecclesiasticisque moribus, necnon in Grammatica, Philosophia, & Theologia, ac scolarum Canonum, aliarumque facultatum, necessitates Illyricas concernentium disciplinis ac studiis instrui, ita tamen ut donec dicta Sacra domus, cuius proventus, ob multas expensas in translatione Alumnorum, & extricatione domus Collegialis factas, tam magno Alumnorum numero sustentando non facile sufficiere videtur, expensarum mole levare coperit, Collegio prefato viginti saltem Alumni ex Illyricis Provinciis evocandi, ali, educari, & instrui debeat.

Distributio, & assignatio locorum Ecclesie.

§. 4. Et horum viginti Alumnorum loca, duodecim videlicet littoralibus Dalmatiae urbibus ab exordio dicti Collegii definitae, perpetuo Adolescentium ejusdem Provincie immutabiles censeantur, & esse debeat, distributione, & assignatione dictorum duodecim locorum, sequenti ratione inviolabiliter observanda. Nimirum ut Sphalaten, Ragusin, Jadren, & Antibaren, Ecclesia Metropolitan, singula unum semper Alumnorum, sen unius Alumni locum habeant, & in illorum distributione, Sphalaten, videlicet, oppidi Almisenis, nunc sua diec. Antibaren, verò Buduana Civitatis sua Provincie, Jadren, autem Ecclesie prefata Oppidi Pagensis etiam sua diec. rationem habere debeat, ut scilicet terra quaque successio Alumnorum pertinenter ad dictas tres Metropoliticas Ecclesias, sit oppidum, & Civitas hujusmodi. Similiter Sibenicen, Veglien, Pharen, sive Lesinen, Aufferen, Catharenisque Ecclesias singulis locis unius Alumni competit, in quibus distribuendis Pharen, seu Lesinen, Brachia Insula Dicte, Aufferen, verò Chersi oppidi, item sua diec. Catharen, Ecclesie prefata Perasti oppidi pariter sua diec. candem rationem, que supra tribus Metropoliticis Ecclesias prefatis prescripta est, habeant, & habere teneantur. Denique Ecclesiae Curzolen, cum Staggen, unum alternatum, Trogurien, & Nonen, itidem, sicut & Arben, & Segnien, unum alternatum habere debeat, hoc tamen expressè servando.

Si Prelati negligenter alios, quid feruntur.

§. 5. Ut quandocumque vel negligentia Praelatorum, Capitulorumque Dalmaticorum, ad quos approbationem dictorum Alumnorum conjunctum, electionem verò, & admissionem eorum, qui ut praefertur approbati fuerint, ad Cardinalem ejusdem Collegii Protectorem pro tempore existent, perpetuo spectare, & pertinere volumus, vel quavia alia de causa loca alicuius, vel aliquo Alumnorum ejusdem ut praefertur Ecclesiae assignatorum, ultra sex menses vacare contigerit, nullatenus illa ex aliis praefatis Dalmatiae Ecclesiae littoralibus, sed ex aliis Illyricationis sub Turca existentibus, ea tantum vice, qua vacare contigerit, per quod tamen nullum prejudicium imposterum alii Ecclesiae prefatis generetur, suppleatur, & hoc toties quoties simili vacatio intercesserit.

Quid agendis cum profectis.

§. 6. Quinimò si qui Alumni, plures videlicet ex una dictum Ecclesiatum, præter hanc nostram declarationem in dicto Collegio admissi, cetero reperiuntur, sine ultra mera protinus excludantur, locaque suis Ecclesiae assignata, vel aliis eorum loco nominatis, sine illa interpretatione, indulgentiave restituantur. Reliqua verò octo loca pro nunc, donec Alumni ad antiquum numerum integrerentur, si divisa intelligentur, nimurum Bosnen, Maccaren, Scardonen, necnon Samandrien, & Uscopien, Ecclesiae, singula videlicet unicam Alumanum habeant, sicut & regio intra Dravum, Savumque fluvios constituta, Bosnen. Administratoris curia commissa unicum, in Albanensi verò, sive Epirotica Provincia, donec juxta ejusdem praedecessoris mentem peculiare Collegium eidem constitutor, Ecclesiae citra Drinum Fluvium constituta unicum, ultra verò Drinum, alium vicissim habere debeat. Adindeo verò numero, in futurum illius

beneficio prænominate Ecclesiae sub Tuteis constituta, additis Tinien, Dumnen, seu Dalmaten, Scridonen, Tribunienisque, in Dalmatia Turcia, Bosnaque, Nissiensique, ac Priscien, sive Justinianea prima in Servia potiantur, & gaudeant, habita nihilominus ratione Ecclesiarum praefatarum majori auxilio indigentium, Apostolus, auctor, prefata corundem tenore præsentium rursus ex integrō perpetuō erigitur, & institutus.

§. 7. Ut autem admisso, & recepto dictorum Alumnorum debito ordine procedat, & ut nemo intra eorum numerum in prefato Collegio acceptetur, qui literas testimoniales Ordinarii sui, & Capituli loci, ubi fieri poterit, non habeat, quibus constet illum in & de legitimo matrimonio natum, & saltē prima confusa initiatum, sec esse acophyton, multo minus aliquo tempore habeli, vel mahometismo adhæsse, sicut sanus, & absque ulla infirmitate habituata, vel incurabili, ac sine ullo viatio, vel deformitate notabili corporis, lingua minimè impedita, parentibus Illyricis, Illyricaque lingue, & si fieri poterit, literaturæ quoque Illyricæ peritus, qui vagus non fuerit, nihilque negotiis, ac litium habeat, & praefert voluntatem, ac speciem proficiendi in disciplina pietatis, & literarum, ad effectum ut evadat utilis operarius in cultura Illyricane Ecclesiae, idemque non sit inferior quatuordecim annis, nec vigesimum annum excedat, habeatque aliquam Grammaticæ cognitionem, que omnia sicut in duodecim Dalmaticis Alumnis, ab Episcopis, & Capitulis ut praefertur diligendis, omni rigore, ita in subditis Turcarum mitiis obseruentur.

§. 8. Et postquam aliquis prefato ordine inter Alumnos receptus fuerit, Collegiale vestem non induat, nisi per semestre spatium probatus judicio Superiorum ejusdem Collegii solemus juramentum in manibus ejusdem Collegii Rektoris pro tempore existentis emiserit, iuxta formam à Congregatione de Propaganda fide prescriptam, & præterea juraverit, quod peractis studiis, vel ob aliam legitimam causam non proflus absolutis, dummodo tamen per annum, & dimidium in Collegio moram traxerit, nec ad aulas Principum, domosque Magnatum diuturnioris moræ causa unquam se conferat, minusque ad universitates, aut alias publicas scholas, sub quovis praetextu, nisi forte judicio, vel voluntate superiorum in scriptis exprimenda.

§. 9. Contrafactores verò perfugi, & infames, inhabilesque perpetuō ad quæcumque beneficia, officia, dignitatesque, tam Ecclesiasticas, quam saeculares existant: etiam volumus ad rependendas, & exsolvendas omnes illas expensas, quas Sacra Domus pro hujusmodi Alumnis, tam in convictu, quam vestibus, libris, medicinis, viaticisque insumperit, cogi, & compelli possint, eisdem auctoritate, & tenore etiam perpetuō statuimus, & ordinamus.

§. 10. Quo verò dicti Alumni expeditiores, & alacriores ad succurrendum patriæ necessitatibus efficiantur, ejusdem Alumnis, ut eo tempore spatio, quo in Collegio prefato sece continuerint, & Superiorum judicio in studiis praefatis, & literarum proficerint, ad omnes, etiam Sacros, & presbyteratus Ordines, etiam sine literis dimisorialibus, nisi habeant Episcopos proprios, à quibus illæ obtineri poterint, cum ad Collegium dirigentur, & sine beneficii Ecclesiastici, aut patrimonii, ac etiam extra legitimam ordinationem tempore, dummodo tamen aliis ad id reperiantur idonei, promoveri possint, & valcent; itidemque sic ad Ordines promoti, in originalibus Ecclesiasticis, personatus, dignitatesque earum vacare contigerit, tam in Romana Curia, quam apud Ordinarios proprios, & Capitula, aliis omnibus, ceteris paribus, antefieri debeat, & secus facta provisiores, irrita, & inanes ipsa iure existant, auctoritate, & tenore premisis de speciali gratia indulgemu.

§. 11. Adolescentes quoque Bulgarici Regni, qui sex numero per Eleemosynarium nostrum secretum hic in Urbe in studiis sustentantur auxilio afflitione illorum patriæ, ut inter connationales Illyricos in pietate, & literaria magis proficere possint, praefatis Alumnis in Laurentiano Collegio adjungimus, quibus idem Eleemosynarium noster, ut & haec tenus consuevit,

Mediū studiū lumen d. Collegium.

Intra munus Alumnū.

Principiū Alumnū.

Prius fixū ad lectionem Bulgarorum fid. cum dīcu. alumnū, & oratione p̄f. omnia.

URBANUS OCTAVUS.

129

omnia necessaria pro sufficienti illorum absentia, & educatione habentia debent, absoluuntque ab eisdem
Bishopicis Alumnis studii, semper alios vi etiam subtili-
tui, sicutque ex eodem Regno per eandem Congregatio-
nem de propaganda fide, ad Episcopos Sophicos pro tem-
pore existentia nominationem, eodem quo hactenus nu-
mero, & provisio declaramus.

§. 14. Ceterum cum dilectorum filiorum Presbytero-
rum Societatis IESU in hoc educandorum, instituendo
rumque adolescentium munere diligentia, fides, integritas,
& in aliis ejusmodi Collegiis, & in hoc ipso quendam
Laureti, & in Seminario Romano fuit, satis cognita sit
arque perspecta, Collegium atque Scholares hujusmodi
iporum, scilicet à prima illius origine fuit, regimini, insti-
tutioni, doctrina, arque obedientiae, sub regulis, & con-
stitutionibus per dictam Congregationem de propagan-
da fide approbatis, quas Apostolica auctoritate confirma-
mus, & eisdem à Rectori, ac Alumnis perpetuè observari
mandamus, eadem auctoritate subjiciimus, atque sub-
mittimus.

§. 15. Et hīsuper eidem Collegio, & Scholaribus, Re-
ctoribus, & Gubernatoribus, ac Ministris omnia, &
quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, faculta-
tes, & indulcta, quibus Studium generali Almae Urbis, &
illius Rector, Doctoresque in eo legentes, aliaque Col-
legia quarumcumque Nationum, & Seminariorum, tam
in eadem Alma Urbe, quam extra illam per prædecesso-
res nostros Romanos Pontifices instituta, utuntur, po-
tiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere poterunt quo-
modolibet in futurum, quibusque Collegium, Scholares,
Rectores, & Gubernatores hujusmodi non solum ad eou-
rum instar, sed etiam quæ principaliter uti, potiri, &
gaudere valent, in omnibus, & per omnia dicta aucto-
ritate communicamus.

§. 16. Præterea Regentibus, & Superioribus dicti Col-
legii, cum assistance tamen Cardinali Protectori, qui
pro tempore constitutus fuerit, & de ejus consilio, &
expresso consensu, illos quos in dicto Collegio & alibi
per debitum tempus studuisse, ac scientia, ac moribus idoneos
esse reperient, in præfatis facultatibus, ad Baccalaureatus,
Licentiatu, Doctoratu, & Magisterii gradus,
servata forma Concilii Vienensis, juxta Universitatis
Almae Urbis consuetudinem, seu alias promovendi, & ip-
sorum graduum solita insignia exhibendi, eisque in facul-
tatibus supra scriptis sic promovis aut illa legitimè inter-
pretari, ac de eis disputare, quoscumque gradu seu gradi-
bus hujusmodi convenientes aucti exercere, ac omnibus,
& singulis privilegiis, gratiis, favoribus, prærogativis, &
indulcis, quibus alii in præfata, seu aliis universitatibus, &
alibi, juxta illius, & aliarum universitatum hujusmodi co-
stitutiones, mores, ad gradus præfatos promoti, de jure,
vel consuetudine utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti,
potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum,
uti, potiri, & gaudere possint, & debeant, perinde ac si gra-
dus præfatos in ipsa universitate, juxta consuetudines, &
mores præfatos suscepissent, concedendis, & indulgendi
plenam & liberam facultatem, & auctoritatem earundem
tenore præsentium concordamus, & impartimur.

§. 17. Præterea ut ejusdem Collegii conservatione, bono-
que regimini, tam in his, que ad Scholarum institu-
tionem, & disciplinam, quam que ad vicuum, vel solum, alia-
que hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consu-
latur, & promptius eis paratumque auxiliu sit, dilectum
filium nostrum Scipionem tituli Sancti Chrysogoni Pres-
byterum Cardinalem Burghesum nuncupatum, sacro-
fæcante Lauretanæ domus Protectorem, ejusdem Collegii
Illyrici protectorem, & defensorem, cuius auctoritate,
consilio, & ope, tam supra scripta, quam quæcumque alia,
ad eodem in dicto Collegio admittendos Scholares, re-
tinendos, loci privandos, arque de beneficiis Eccle-
siasticis providendos spectantia agantur, statuantur, & or-
dinantur, dicta auctoritate constitutimus, & deputamus.

§. 18. Dantes eidem, & pro tempore existentibus ejus-
dem Collegii Protectoribus plenam, & liberam faculta-
tem, & auctoritatem pro salubri directione, & conserva-
tione dicti Collegii, illiusque bonorum, & rerum, ac ju-
tium, tam temporalium quam spiritualium, Oeconomos,

Advocatos, Procuratores, aliosque Ministros, & Officiale-
s in eo deputandi, amovendi, que, & alios eorum loco suffi-
cienti. Ordinationes præterea, & alia, aqua tamen, & ho-
nesta, scilicetque Canonibus, & Concilii Tridentini, Sacra-
que Congregationis de propaganda fide decreta, circa
Collegia Pontificia editis, non repugnanda faciendi, ca-
que cum opus vîsum fuerit revocandi, irritandi, corrigendi,
aliaque de novo condendi, que postquam facta, edita,
revocata, immutata, & correcta fuerint, perinde haberi
volumus, ac si auctoritate Apostolica approbata, & con-
firmata essent.

§. 19. Ac decernentes illa ab omnibus Rektoribus, &
Magistris, Scholaribus, aliosque personis in hujusmodi
Collegio servientibus, & ministrantibus inviolabilitate
observari, ac juxta eorum dispositionem à quibusvis Ju-
dicibus, sublata quavis alter judicandi facultate, judicari
& definiri debere, irritum quoque, & inane si secus super
his à quocumque quavis auctoritate, scienter, vel igno-
rante contigerit, attentari, exceptio tamen illis, que in
presenti fundatione, vel in regulis, & constitutionibus à
Congregatione de propaganda fide approbatis, & à No-
bis ut præfertur confirmatis, continentur.

§. 20. Ut verò etiam temporalibus comodis spiritua-
lia inuncta addamus, quibus fideliū devotio, & merita
crescere magis, & augeri possint, de omnipotentis Del-
misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum
auctoritate confiti, omnibus, & singulis Scholaribus, qui
in dictum Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, ac
deinde in exitu, si quidem confessi & contriti sacram com-
munionem devote recenterint, atque etiam, si in eodem
Collegio decederet eos ab humanis contigerit, in
mortis articulo Plenariam omnium peccatorum suorum
Indulgentiam, & remissionem concedimus, & elargi-
mur.

§. 21. Quocirca dilectis filiis causarum Curiaz Camere
Apostolica generali Auditori, ac venerabilium fratrum
nostrorum Lauretan, & Anconitan, Episcoporum Vicari-
um in spiritualibus generalibus Motu sumili mandamus,
quatenus iphi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium,
seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcum-
que, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Re-
ctorum, & Scholarium hujusmodi fuerint requisiti, fo-
lemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præ-
dio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem præsen-
tes, & in eis contenta hujusmodi, ab omnibus ad quos
spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabili-
ter observari, ac Rectores, & Scholarès præfatos illis pa-
cificè frui, & gaudere, non permittentes eos desuper per
quoscumque quomodolibet indebet molestari, contradic-
tores quilibet, & rebelles per censuras, & penas Eccle-
siasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedias, appel-
latione postposita compescendo, ac censuras, & penas
ipsas, servata forma Concilii Tridentini, & iteratis vici-
bus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachii secularis.

§. 22. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, ac dicta Civitatis Lauretan, juramen-
to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roborationis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quo-
que, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Universi-
tatis, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis,
etiam sub quibuscumque verborum tenoribus, ac cum
quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliis-
que efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibus
que & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Mo-
tu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliis
quomodolibet, etiam iteratis vicibus concessis, appro-
batis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis,
eorumque totis tenoribus pro eorum sufficiente deroga-
tione specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-
bum, non autem per clausulas generales idem importan-
tes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut al-
qua alia exquisita forma ad hoc servanda, & tenores hu-
jusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omis-
so, & forma in illis tradita observata, inferti forent, ei-
dem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis ha-
bentes, illis aliis in suo labore permanens, hac vice
dumtaxat

URBANUS OCTAVUS.

dumtaxat specialiter & expresse Motu pari derogamus, li, Ducali, vel alia quavis auctoritate, & dignitate, etiam permanentem, concretam quibuscumque, aut si quibusvis communiter, aut divisione ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, requireret, predicti essent, ne Civitates, Castra, Oppida, Jurisdictiones, Fortalitiae, & seu bona, aut loca juridictionalia hujusmodi in aliis, vel alias quoscumque, sedis diuinis de expressa precedente sua, & pro tempore existentis Romani Pontificis licentia vendere, permittare, vel donare valerent, sub pena nullitatis contractuum hujusmodi prohibuerit, aliaque etiam circa prmissa statuerit.

Eiusdem p[ro]p[ter]e fidei.

§. 21. Voluntas autem, quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo communis dicti Collegii, aut aliquo Curia Ecclesiastica, seu persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prouersus fidei in iudicio, & extra, ac alias ubique opus fuerit, habeatur, que habetur eidem praescibus, si forent exhibite, vel ostendere.

Sedis p[ro]p[ter]e notariorum.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostra creationis, institutionis, statuti, ordinacionis, indulti, adjunctionis, declaratio[n]is, confirmationis, subscriptionis, submissionis, impartitionis, constitutionis, deputationis, decreti, concessionis, elongationis, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausi temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indagationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Roma apud S. Matiam Majorem Anno Incarnationis 1627. Kal. Junii, Pont. nostri Aucto[rum] s. .

LXV. Confirmatio, & innovatio Constitutionum Sixti V. Clem. VIII. & Pauli V. super prohibitione alienandi Fortalitiae, & Castra, aliaque bona Jurisdictionalia in Statu Ecclesiastico existentia, absque Sedis Apostolica licentia.

Eamque declaratio & extensio respectivè quoad Castra dirusa, Tenutas, & Pradiacitiam non Jurisdictionalia in confinibus loci Jurisdictionalis, et si bona in dicto Statu in confinio Principum exterritorum sint; illorumque locationes, & Censum annuorum super premis[us] omnibus impositiones, & impostorum venditiones.

Prohibitionem Sixti V. de hujusmodi alienationibus habes suprà in const. 1. *Solicito*, tom. 2. Innovationem verò & declarationem Clement. VIII. habes in 3. tom. const. 78. *Romanam*. Et earundem confirmationem ac pariter innovationem Pauli V. habes sup. const. 108. *Pastorale*, tom. 3. Terminus demum præfixit partibus ad revocandum alienata contra formam istius Constitutionis, ut inf. constitut. 72. *Sedes Apostolica*.

Eduo d[omi]n[u]s D[omi]n[u]s V[er]ba N[on] V[er]ba E[st] P[re]i S[an]cti C[on]f[er]o P[re]p[ar]o V[er]ba S[an]cti Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Eiusdem.

Decens, & equum esse censemus, ut Nos, qui ex o[mni]ne Pastoralis Officii, subditorum commodis assidue invigilamus, Sedis Apostolica Jura tueri nullo pacto negligamus, ac proinde Jurisdictiones temporales eidem Sedi subjectas, quovis praetextu, vel colore à quoquam usurpari, aut illis gravamina, seu incommode inferi non permittamus, & si super Constitutionibus Apostolicis per Rom. Pontifices prædecessores nostros editis dubia aliqua oriuntur contingat, nostra declarationis remedio, abfractisque illarum interpretationibus, & quoruncumque contrahentium palliationibus, occurramus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

*Sed. P. citio
Rubr. probi-
tate ne Cir-
cums. Oppida,
Castra, Juris-
dictiones, Pa-
ralitiae & alia
bona, vel le-
ta jurisdictione-
rum, aut
diversorum, ac
diversorum, ac*

§. 1. Cum itaque alias fel. tec. Sixtus V. considerans convenire, quod si Civitates, Castra, Oppida, Jurisdictiones, Fortalitiae, praesertim feudalia vendantur, vel permittantur, seu etiam donentur ditioni temporali Sancte Romanie Ecclesie subditis, sive extraneis, vel sparsibus, id ad Principis notitia deducatur per suas, sub Dat. videlicet Kalend. Julii Pontificatus sui Anno Primo, omnibus, & singulis cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis existentibus, etiam si Imperiali, Rega-

*l[et]t[er]a. VIII.
malitiis, & fraudibus occurrere, & dubia, que tunc super premissorum interpretatione emergebant, declarare, per suas sub Dat. P[re]sid. Non. Julii, Pontificatus sui Anno Decimo, prohibitionem, & statuta prædicta clariora, confirmaverit, approbaverit, innovaverit, declarare-ampliaverit, extenderit, & ampliaverit, penasque amissionis bonorum, & aliorum predicatorum contrafacentibus, ac privationis officiorum Tabellionibus, & Notariis, qui de contractibus, ut præfertur prohibitis, se regnarent, imposuerit, aliaque etiam jussierit, & de-regnauerit.*

§. 3. Et insuper Paulus etiam V. Roman. Pontifex prædecessor noster, ne disposita per Sextum, & Clementem precessores prefatos variis, & alienis ab eorum mente interpretationibus subverti, ac palliatis conventionibus cludi possent, etiam per suas sub Dat. duodecimo Kalend. Decembri, Pontificatus sui Anno Tertiodecimo confandas literas, nedium prmissa confirmaverit, & innovaverit, sed etiam declaraverit, & quatenus opus esset, ad quocumque genus contractuum, & conventionum extenderit, & ampliaverit, ac licentiam predictam in scriptis prius obtinuerit, & in actu celebrazione contractus apud Notarium exhiberi mandaverit, & contrafacentes nullitatis contractuum, & privationis rei alienatae, seu translate, vel gravata, Tabelliones, seu Notarios penas falsi, ac privationis officiorum omnium, qua obtinerent, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterum exercenda incurrente voluerit, aliaque similiter disposerit, prout in singulis literis prædicti plenius continentur.

§. 4. Ab inde verò citra hominum versutiam, & artificium adversus prædictarum literarum tenorem, vel ipsorum prædecessorum verisimilem intentionem, & mentem, castelas, & modos aliquos, absque prædicta Romani Pontificis licentia alienandi, & contrahendi adinvenerit, & excogitaverit alienando, & respectivè acqui-rendio Castra diruta, seu tenutas jurisdictionales, etiam cum retentione, seu reservatione jurisdictionis, ac etiam Barones, seu Domicelli, Casalia, Tenutas, sive prædia, etiam non Jurisdictionalia in confinibus Territorii alterius Civitatis, Castrorum, Oppidi, vel loci Jurisdictionis alterius Baronii, seu Domicelli existentia, illa etiam nulla Romani Pontificis obtenta licentia, alteri Baroni, seu Domicello convicino viderint, seu alienaverint, & respectivè emerint, seu acquisiverint, & ex prædictis alienationibus, & acquisitionibus respectivè dubitari possit, sed.

§. 5. Nos attendentes, prædictas literas ad hoc, ut omnia Principi innotescant, emanasse, & verisimilem & aliam corundem Pontificum prædecessorum nostrorum intentionem extitisse, ne ullo modo Cameræ prefatae præjudicium aliquod inferri possit, easdemque rationes, etiam in hujusmodi contractibus, alienationibus, ac acquisitionibus militare, ex prædictis, & seu aliis rationabilibus causis animum nostrum moventibus, & remedium opportunum exquirientibus adducti, singularium literarum præfatarum, ac alienationum, acquisitionum,

URBANUS OCTAVUS.

141

& contractuum quorumcumque, necnon omnium in singulis literis predictis expressorum, & aliorum hic etiam de necessitate exprimendorum tenores presentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa nostra scientia, & matra deliberatione, deque Apostolice potestatis plenitudine, hac nostra perpetua valitudo Constitutione singularis Sixti, & Clementis, ac Pauli predecessorum nostrorum predictorum literas predictas approbamus, & confirmamus, ag, etiam, quatenus opus sit, innovamus,

§. 6. Præterea quascumque venditiones, seu alienaciones, ac locationes ultra triennium, cujuscumque Civitatis, Oppidi seu diruti, seu Tenutæ juridictionalis, vel cum jusecumque Casalis, Tenutæ, seu prædiis, etiam non Jurisdictionalis, in confinibus alterius Civitatis, Castris, Oppidi, seu loci jurisdictionalis, juxta Territorii siti, & etiam ab uno tantum latere confinantis, hactenus à die Dat, ultimè dictarum literarum, per quemcumque Baronem, seu Dominum, in illicetum cuicunque alteri Baroni seu Domicello, Civitatem, Oppidum, Castrum, seu locum quemcumque jurisdictionalem, ejusve Territorium in confinio quomodolibet positum possidenti, cujuscumque qualitatis, conditionis, status, gradus, & dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, etiam speciali, ut præfertur, & individua nota dignæ, ipsi alienantes, & locantes, ac etiam acquirentes, & conduceentes fuerint, & sint, sive simpliciter, sive cum assertione non existentis Jurisdictionis, sive cum jurisdictionis penes venditorem, seu alienantem retentione, seu reservatione, aut aliæ quomodolibet factas, etiam hoc usque effectum plenum fortis ultimè dictarum literarum dispositioni, quo ad nullitatem præfatarum alienationum, acquisitionum, & contractuum dumtaxat subiacuisse, & subjacere, & hujusmodi alienaciones, acquisitiones, & contractus inter Barones, seu Domicellos, ut præfertur, factas, & inde sequuta quæcumque, nulla, vel nulliusque roboris, aut momenti fuisse, & esse declaramus.

§. 7. Ac Tabelliones, & Notarii de illis rogatos, sub ipsius factis, eadem privationis Officiorum, alii que nostro, & pro tempore existentes Romani Pontificis arbitrio incurrent, sub dis pœnis, Instrumenta, & scripturas desuper jam facta, Nobis, & Camera præfata intra sexaginta dies à die inscriptionis publicationis præsentium computandos, resuper contractum dumtaxat subiacuisse, & subjacere, & cum effectu exhibere teneri volumus, & mandamus.

§. 8. Denique singulas literas predictas, & in eis contenta quæcumque, tam ad venditiones, permutationes, & cœlare, et quæcumque alienaciones, & locationes, etiam ad triennium, vel quantumvis minus tempus, à quocumque, etiam ubi debet, non Barone, de Casalibus, Tenutis, seu prædiis non Jurisdictionibus, quæ in confinibus, etiam ab uno tantum latere alicuius Civitatis, Castris, Oppidi, vel loci jurisdictionalis, vel ejus Territorii consistant, de cetero directe, vel indirecte, mediata, vel immediata, ac aliæ quomodolibet alicui Baroni, ut præfertur, Jurisdictionem, seu bona in confinio possidenti.

§. 9. Ac etiam ad quascumque locationes bonorum quorumcumque in Statu nostro Ecclesiastico, in confinio tamen Domini, cuiusvis Principis exteri, etiam Nobis mediata, vel immedieate subiecti existentium, cuivis etiam hon Baroni, qui tamen noster subditus non sit, vel esse volitus Territorium ab resolvantur, facendas.

§. 10. Quam etiam ad quascumque impositiones, venditiones, cessiones, alienaciones centrum annorum, juxta Constitutionem per pie memoriam Pium Papam V. etiam prædecessorem nostrum de creandis censibus editam super predictis Civitatibus, Castris, Oppidis, locisve jurisdictionibus, aliquis bonis non jurisdictionibus, in confinio alicuius Civitatis, Castris, Oppidi, seu loci jurisdictionalis, ut præfertur, ejusve Territorii, etiam ab uno tantum latere confinantis, existentibus, per quosecumque Barones, seu Domicellos, & alios quoscumque, etiam Communitates, Universitates, & quorūcūque Monasteriorum, Ecclesiarum, Beneficiorum Ecclesiasticorum, & aliorum piorum locorum Superiorum, & Conventus, Capitula, Rectores, Beneficiatos, & Gubernatores, seu Administratores, respectivè in futurum imponendorum, ac tam quondam illos, quam etiam quondam antea iam impositos vendendo-

Bullar. Mag. Tom. IV.

sub Ego, et
cumque, ita quod nullum jus prælationis in emendis prædictis Civitatibus, Castris, Oppidis, aut locis jurisdictionibus, sive non jurisdictionibus, præfatis Censuariis, plus ad im-

aliis ab ipsi causam pro tempore quomodolibet ha- possumus, et im-
bentibus, unquam tribuant in præjudicium dictæ Came- portationis, cof-
re, qua eisdem Censuariis, & aliis præfatis semper erit aliametence
præferenda, sive emat ad effectum retinendi, sive intra an- consummum am-
num a die emptionis computandum, cuilibet alteri rem morum, tam
vendendi, vel extendendi, et ampliamus.

§. 11. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & commissarios, & etiam Camera præfata Clericorum, & Presidents, necnon causarum Palati Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinales, etiam Camerarium, & de latere Legatos, judicari, & definiti, ac interpretari debere, sublati eis, & eorum cuilibet qua- vis aliæ judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 12. Injungentes, & mandantes in virtute sanctæ Obedientiæ, ac sub pena indignationis nostræ, eisdem Legatis, Vicelegatis, Gubernatoribus etiam Urbis, ac Judicibus, nunc, & pro tempore in eadem Urbe, & toto Statu nostro Ecclesiastico existentibus, & cuilibet eorum, ut præsentes nostras, & in eis contenta quæcumque in Urbe, ac Statu præfatis ab omnibus, & singulis, ad quos quomodolibet spectat, & in futurum spectabit, perpetuè observari mandent, & faciant, & pro omnium, & singulorum præmissorum inviolabili observatione contrainobedientes, & præmissis in aliquo contravenientes, & alios, quos opus erit, omnibus Juris, & facti remedii opportunis procedant, omni & quacumque appellatione remota.

§. 13. Non obstantibus præfata Pii V. super creandis censibus, & nostra de non tollendo jure quæsto, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac omnibus illis, quæ Sixtus & Clemens, ac Paulus prædecessores præfati in diis eorum literis voluerunt non obstat, cæterisque contraria quibuscumque.

§. 14. Ut autem præsentes omnibus innotescant, volamus, & Apostolæ autoritate decernimus, quod illæ in valvis Ecclesiæ Lateranen. & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon in acie Campi Flora publicentur, & affigantur, qua postquam sic affixæ & publicatae fuerint, quæcumque tam in Romana Curia, & Statu præfato, quæ extra eos existentes perinde obligent, & arcent, ac si unicuique eorum nominatum, & personaliter intimante fuissent.

§. 15. Quodque carum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate fidem dare Ecclesiastica constituta munitis eadem prouersus fides adhibetur, qua iphismet præsentibus adhiceretur, si essent exhibita, vel ostensa.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum licet hanc patinam approbationis, confirmationis, innovationis, declarationis, extensionis, ampliationis, injunctionis, mandati, voluntatis & decretorum nostrorum infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Rome apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1627. Kal. Junii. Pont. nostri Anno 4. Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1627. Indit. 10. Publicata die vero 10. mensis Iunii, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patrit. & D. N. D. Urbani divina providentia Papa VIII. anno ejus 4. retroscripta litera Apostolica affixa & publicata fuerunt in valvis Basiliacarum S. Ioannis Lateranensis, & Principi Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flora, dimissi ibidem eisdem literis per aliquantulum temporis spatium appensis, deinde amota, per nos Paulum Bartoccium, & Camillum Fundat. S. D. N. Papa Curs. Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Curs. pro Mag. Curs. L Nova

LXVI. Nova credio Collegii in Civitate Pragensi Regni Boemiarum Metropoli, in quo Scholares Germanicae Nationis sustentandi, & Sacra Theologia, & ceterisque liberalibus disciplinis imbuendi sunt. Ac reddituum attributio, Inductorumque concessio, & communicatio.

Instituisse olim istud Collegium Gregor. XIII. scias, & desuper Apostolicas literas expeditas non fuisse probabile est, prout narratur hic in §§. 2. & 3. Et parum etiam hujusmodi Collegium processisse, ob quas causas S.D.N. Urban. VIII. de novo illud ex integrum erigit.

Unum Collegium pro Adolescentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana sumptibus Sacrosancte Domus alendis, & ut supra imbuendis, fundaverat hic idem Pont. ut in Constit. 64. Zelo Domus Dei, hic sup. Et deinde alia duo pro Scholaribus pariter Germanicae Nationis erexit. Unum in Civitate Viennensi, ut in Const. seq. Et aliud in oppido Fuldensi, ut infra Const. 96. Quoniam.

Edict. An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S, Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

Quoniam divine bonitati visum est humilitatem nostram turbulentissimis Christianae Reipublicae temporibus ad universalis Ecclesiae regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia, ea portis sumptibus, si- cut officii nostri ratio postulat, cogitare, & agere non desistimus, quae ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animumque salutem procurandam cognovimus pertinere.

Animo recens. Ius afflictionis Regis Boemie ob rebus tanquam ex civitate de Regno diffusa.

§. 1. Ita primis vero animo recolentes amplissimum Boemiarum Regnum, quod superioribus seculis inter ceteras Germanicae Nationis laudes, atque virtutes tanto sincerae fidei, & Christianae religionis cultu eminere solebat, ut reliquis Christianae Reipublica partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori esset, nunc tot tantique in eo instincte Satanæ excitatis de Religione disfidis ita miserandum in modum afflictum, & deformatum esse, ut nemo vel mediocri pietate praeditus, sine lachrymis tam gravem animarum jacketuram recordari, nemini intueri queat, curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisve sumptibus parcentes, sapta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

Et considerans Greg. XIII. in Civitate Prae- s. d. Regni Metropoli ex- pro 40 annis Nationis Ger- manicae lib- eralibus, dif- fusi.

§. 2. Ac provide considerantes fel. record. Gregorium Papam XIII. predecessorum nostrum, optimo quidem consilio Collegium in Civitate Pragen, dicti Regni Metropoli Quadragesima alendarum, ac Latinis literis, Logica, Physica, aliisque liberalibus disciplinis, ac sacrae denuo Theologia, necnon piis, & Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicae Nationis alendaris, & in Libraria sacrae Theologiae, & Sacrae Scripturae, & in Camera nostra Apostolica persolvit, alias Apostolica auctoritate creuisse, & instituisse, ut ii non per se solum boni, doctique evaderent, sed habendi concessionibus, ac disputationibus, refellendis heresis, fideique figurae summae, 1530. Tertium in Camera nostra, idonei essent, & quam maximum in Ecclesia Dei fructum ex se profherent.

Sed hanc Colle- gium profici- j, nec defor- matus, ex parte sua, & in Camera Ap- rofessores.

§. 3. Id tamen eius coepum atque conatum, tum propter obitum ipsius, tum ob varias, que postea sequuntur, temporum & rerum difficultates, parum processisse, imo nec literas Apostolicas super hujusmodi erectione, per litteras & institutione expeditas suisse verisimiliter credendum esse, cum factis plurimis, tam in Romana Curia, quam in dicta Civitate Pragensi diligentissimis, tales literæ reperiuntur, & non potuerint.

Conclavis.

§. 4. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, preterea hoc tempore, quo Regnum Boemiarum summa operariorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus,

prout ex suscepserunt officio tepernus, promoven- dum animum, & mentem nostram converentes, ac co- ptum, & conatum dicti Gregorii predecessoris, quantum in Nobis est, renovare intendentes, maturè desuper cum Venerabilibus fratribus nostris Sande, Romana Ecclesiæ Cardinalibus Congregatione de propaganda Fide præfectis habitu consilio, Motu proprio, non ad aliquos Nobis desuper oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, ad Dei omnipotentis laudem, fan- & que ipsum Ecclesiæ incrementum, præcipuamque Germanicae Nationis salutem, & communum, in dicta Civitate Pragensi rursus Collegium prefatum, Pragense appellandum, in quo posthac non minus quam viginti Alumni, videlicet ex Boemia octo, ex Silesia tres, ex Lusatia duo, ex utroque Palatinatu etiam duo, ex Brandenburgica Marchia similiter duo, & ex ambabus Saxonis alii pariter duo, ex Hassia vero unus colligendi, dictis Scientiis, & disciplinis, necnon sacris Canonibus institui, atque eruditiri, & si contigerit ex Silesia, Lusatia, utroque Palatinatu, ex Brandenburgia, Hassia, & utraque Saxonia Alumni haberi non posse, tunc & eo casu, post factas à Rectore dicti Collegii, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro, & Sedis Apostolica Nuntio apud chafitulum in Christo filium nostrum modernum, & pro tempore etiam existentem Romanorum Regem Imperatorem electum commorante diligenter, Alumni Boemii in locum eorum assumi debeant, Apostolica auctoritate præfata, tenore presentium de novo ex integro perpetuò erigimus, & instituimus.

§. 5. Illique sic erecto, & instituto pro congrua ejus do- Illique sic pro pri- marum, & onum, & suscep- tatione, onerumque illis incumbentium supplicatione, redditus annuo mille quingentorum tri- ginta Talerorum hujusmodi ex Camera Apostolica pecu- niis quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimilles singulos pro rata solutione, quoad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus eidem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris fuerit provisum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

§. 6. Ceterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Jesu in hoc educandorum, instituendo rumque adolescentium munere diligentia, fides, integritas, & in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso fatis cognita sit, atque perspecta, idem Collegium, atque Scholarum illius, ipsorum, sicut prius fuit, regimini, instituioni, doctrinæ, atque prudentiæ eadem auctoritate etiam perpetuò subjicimus, atque submittimus.

§. 7. Præterea, ut ejusdem Collegii conservationi, bo- Profectores Collegiorum, & in his, quæ ad Scholarium institu- tionem, & disciplinam, quamqua ad vietum, vestitum aliaque hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptum eis, paratumque auxilium sit, dictos S. R. E. Cardinales Sacra Congregatione prefate Præfectori nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii Profectores, & Defensores, qui in Viceprofectorem illius Venerabilem fratrem nostrum Archiepiscopum Pragen, similiter nunc, & pro tempore existentem, ita tam ut in gravioribus nihil præcipere aut mandare, vel facere valeat sine consilio, & consensu Nuntii præfati, quibus aliquid corum, qua in hac foundatione, vel in Regulis à Congregatione præfata approbatis continentur, immutare minimè licet absque ejusdem Congregationis, vel Romani Pontificis expressa licentia, depu- tare possint & valeant, eadem auctoritate constituimus, & creamus.

§. 8. Illisque ac Viceprofectori præfato pro salubri il- lius conservatione, Alumnorum, honorum, & rerum, ac iurium temporalium, & spiritualium ejusdem Oeconomos, Advocatos, Procuratores in eo deputandi, & am- bendi, & alios eorum loco substituendi, differentias, li- tes, & controversias inter quascumque personas, tam Alumnorum, quam ministrantium Clericorum, & Laïcorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis extortas summarie, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu Judicii, appellatione quacunque remota, deci- dendì, definiendi, terminandi, & exequendi, Statutaque &

URBANUS OCTAVUS.

125

Eordinationes disciplinam Scholasticorum, & studia Alumnorum prefatorum concernientia, sicut tamen, & vinciarum, in quorum diecensi Alumni prefati exercitent, similiter monemus, &hortamur, ut in occurrencebus beneficiorum, & presertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoquo modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, pricipueque nostra Pontificia gratia dignis. Nos, successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout temporibus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatis, Canoniciatis, & Praebendis parochialibus Ecclesiis, & aliis beneficiis per collationem, vel electionem in Alumnorum Partibus provident, aliis omnibus, ceteris paribus, tam in Romana Curia, quam in Ecclesiis suis originalibus preferri volumus & decernimus.

S. 9. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendum attrinet, Rectorem presbyterum dicti Collegii pro tempore existentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac patres, & parentes Alumnorum, qui recipiuntur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dictoque libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimissi fuerint, cum die, & mense ingressus, & egressus illorum ad Nuntium prefatum transmittere, ut ipse Nuntius illum dictae Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam etiam in dicto catalogo exprimi, insigniores vero Alumnorum prefatorum actiones in eodem libro annotare, eaque suo tempore eidem Nuntio significare, ut pariter de illis eadem Congregationem certior facere valeat, quas ad Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit, premio cohonestentur.

S. 10. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissime descripte sint, illaque singulis annis ad minus eidem Nuntio reddantur, & in ejus manibus relinquatur folium, vulgo Bilancium nuncupatum, in quo provisio Collegii, & alia que ipsius Collegii, vel Alumnorum ratione accepit, & ea, que illo anno pro ipsius Collegii, & Alumnorum sustentatione impenderit, notata existant, ut similiter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti possit, etiam habere. Si quod autem de tota summa pensionis Pontificis, redditis rationibus, supererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in necessariis libris emendis, vel in vestiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii necessitatibus arbitrio Nuntii, & Archiepiscopi Pragen, prefatorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

S. 11. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos studiorum vel ceptorum, vel consummatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrendum Patrie necessitatibus reddantur, eisdem Alumnis, ut cum solis literis testimonialis dicti Collegii Rectoris pro tempore existentes Archiepiscopo Pragen, offendis, ab eo que subscribendis, ac ejus ligillo munendis, nisi forte Alumni prefati suos Ordinarios habuerint, à quibus dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines sine aliquo beneficii, vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id, à iure statuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minusque servatis ad id à Concilio Tridentino prefato designatis interstitiis, dummodo ad id alias reperiantur idonei, promoveri, & postquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tam ipsi, quam ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Penitentia, & Eucharistia, etiam di Paschatis, & Extremæ-Undionis Sacraenta à Confessario aut alio Sacerdote ipsius Collegii à dicto Rectori constitendo suscipere liberè, & licite valeant, auctoritate & tenore praemissis de speciali gratia indulgimus.

S. 12. Verum, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitatibus succurratur, Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Provinciarum beneficiorum Collatores, & Collatices serio requirimus, & monemus, ut in illis conferendas, & prefertim si beneficia hujusmodi pro tempore obtinentibus immineat cura animarum, Alumnos prefatos aliis omnibus ceteris paribus preferant: Nuntios quoque

Sedis Apostolicae, aliosque Prelatos supradictarum Provinciarum, in quorum diecensi Alumni prefati exercitent, similiter monemus, & hortamur, ut in occurrencebus beneficiorum, & presertim curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoquo modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperioribus, principueque nostra Pontificia gratia dignis. Nos, successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout temporibus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatis, Canoniciatis, & Praebendis parochialibus Ecclesiis, & aliis beneficiis per collationem, vel electionem in Alumnorum Partibus provident, aliis omnibus, ceteris paribus, tam in Romana Curia, quam in Ecclesiis suis originalibus preferri volumus & decernimus.

S. 13. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus, omnia & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & indulta, quibus Studium generale Alma Urbis nostræ, & illius Rectores, Doctoresque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, & gaudere possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, quibusque Collegium, & Scholaris, ac Rectores, & Gubernatores huiusmodi, non solum ad eorum instar, sed pariter, & quæ principaliter uti, potiri, & gaudere valent in omnibus, & per omnia, eisdem auctoritate, & tenore communicavimus.

S. 14. Ut verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque conjugamus, quibus fidelium devotio, & merita crescere magis, & augeri possint, de omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressa, & deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharistie Sacramentum sumperint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & clargimur.

S. 15. Postrem quæcumque Regulas, & Constitutiones nullus vel illiusque personarum, rerum, & bonorum spiritualium, & temporalium curam regimine, gubernium, directionem, & administrationem, ac Alumnorum prefatorum receptionem, admissionem, vi- etiam, amorem, instructionem, disciplinam, & alia quo- modolibet pertinentia, à dicta sacra de Propaganda Fide Congregatione die non Novembri millesimi sexcentesimi vigesimi sexti edita, etiam perpetuè approbamus, & confirmamus, illaque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

S. 16. Decernentes praemissa omnia, & singula, ac presentes nullo unquam tempore ex quibusvis causis de subreptionis, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in ius, vel controversiam vocari, sed ad terminos juris reduci posse, nec quemquam ad easdem presentes in Camera Apostolica, juxta Constitutionem pia memorie Pii Papæ IV. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut aliis quandcumque praesentandum, insinuandum, & registrari faciendum teneri, neque propterea illas irritas esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio prefata, & alia contraria minime eminissent.

S. 17. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Camera Apostolicae Præsidentes, & Clericos, & ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Camerarium, Viccamerarium, & caularum Palati Apostolici Auditores, ac alios ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari.

L 2 §. 18. Quæ

Excerptus §. 18. Quocirca venerabili fratri Archiepiscopo Pragen. Nuntio prefato ac dilecto filio caularum Curie Camere Apostolice generali Auditori Motu parti mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes nostras literas, & in eis contenta quacumque, subi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujusmodi fuerint requisiti, solemniter publicantes, illisque efficacis defensionis præsidio assistentes, facient auctoritate nostra easdem presentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Rectorem, & Alumnos hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere, non permettent, eos desuper per quoscunque quomodolibet indebet molestatari, contradicentes quolibet, & rebellis per censuras, & penas Ecclesiasticas, ac alia opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & penas ipsas servata forma ejusdem Concilii Tridentini etiam iteratis vicibus aggravando, invocante etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sceleraris.

Cameraria allegat. §. 19. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar non succedendis, ac prefata Gregorii prædecessoris hujusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiretur, ac quibusvis aliis constitutionibus & ordinacionibus Apostolicis, necnon statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rectoriis, & personis, etiam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus, pro eorum sufficienti derogatione specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem presentibus, pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo labore permanensuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, contrariis quibuscumque. Aut si quibus communiter, aut divisi ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Transumptis ordi mada. §. 20. Volumus autem, quod earundem presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo communis dicti Collegii, aut alicuius Curie Ecclesiasticae, seu persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitione eadem prorsus fides in iudicio, & extra, ac alijs ubicunque opus fuerit, habeatur, que haberetur eisdem presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Sanctorum iuramentum suum addit. §. 21. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ erectionis, institutionis, attributionis, subjectionis, submissionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinacionis, indulti, communicationis, concessionis, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se non verit incursum.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominica millesimo sexcentesimo vigesimo septimo, Kalend. Junii, Pontificatus nostri anno 4.

Nova Institutio Collegii in Civitate Viennae LXVII
Austriæ pro Scholaribus Germanicæ Nationis ibi in liberalibus Disciplinis, Sacra Theologia, & piis moribus instruendis, cum provocatum assignatione, & Privilegiorum concessione, & communicatione.

Vienense Collegium institutum fuit à Greg. XIII,
cujs institutionis Bullam cum verisimiliter credendum sit non fuisse expediatam, & ob varias temporum, ac rerum causas prædictum Collegium pa- rum processeris, hic Summus Pontifex isternum illud fundat, & erigit.

Alia Collegia à Sanctiss. D. N. Urbano VIII. instituta, seu restituta, & ad propagationem Catholicæ Fidei utilissima, lege ad constit. precedentem notata, quæ hic reperire otio non careret.

URBANVS PAPA VIII. Edic.
Ad perpetuam rei memoriam.

*Q*uoniam divina bonitati visum est, humilitatem Provinciarum turbulentissimis Christianæ Republicæ temporibus ad universalis Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia, ea cogitare, & agere non desistimus, quæ sicut officii nostri ratio potuisse, ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animatumque salutem procurandam maximè cognovimus pertinere.

§. 1. In primis vero animo recolentes amplissimam Germanie Provinciam, quæ superioribus saeculis inter fortissimis ipsius Nationis laudes, atque virtutes, tanto sincerae Fidei, & Christianæ Religionis cultu eminere solebat, ut reliquis Christianæ Republicæ partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori esset, num tot tantisque in ea infinitæ satanae excitatis de Religione dissidiis, ita miserandum in modum afflustum & deformatum esse, ut nemo vel mediocri pietate prædictus sine lacrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, eam præcipue curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisve sumptibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus, ac provide considerantes fel. rec. Gregorium Papam XIII. prædecessorem nost um optimo quidem consilio Collegium in Civitate Viennensi Austriae quadraginta alendorum, ac Latinis literis, Logica, Physica, liberalibus Disciplinis, ac sacra demum Theologia, necnon piis, & Christianæ nomine dignis moribus instruendorum Germanicæ nationis puerorum causa eidem Collegio mille trecentorum octoginta scutorum monete summa assignata, quam de praesenti Camera nostra Apostolica solvit, alijs Apostolica auctoritate erexit, & instituisse, ut ij non per se solam boni, doctique evadent, sed habendis concionibus, & disputationibus, refelendis huiusmodi, fideisque orthodoxæ veritati dilucidande, ac præterea exercenda animarum cursu, aliisque piis, & sanctis operibus apti, & idonei essent, & quam maximum in Ecclesiæ Dei fructum ex se preferrent, tamen id ejus cœptum, atque conatum tum per obitum ipsius, tum ob varias, quæ postea sequuntur, temporum & rerum difficultates parum processisse, immò nec literas Apostolicas super hujusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimiliter credendum sit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quam in dicta Civitate Viennensi diligentiis, literæ Apostolicae super hujusmodi creatione non potuerunt reperiri expeditæ.

§. 2. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, præsternum hoc temporo, quo Germania summa opera riorum Catholicorum inopia laborat, totis viribus, in Vienam prout ex suscepta servitutis officio tenemur, promovendum animum, & mentem nostram convertentes, ac cœptum, & conatum dicti Gregorii prædecessoris renovare

URBANUS OCTAVUS.

723.

LXVII.

renovare iste incidentes, mature desuper cum venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus Congregationis de propaganda fide praefatis habito confilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, metaque liberalitate nostris ac de Apostolica potestatis plenitudine, ad Dic omnipotens laudem, sancteque ipsius Ecclesiae incrementum, praeципuamque Germanicae nationis salutem, & communum in dicta Civitate Viennensi rursus Collegium ipsum Viennensem appellandum, in quo post hac non minus quam

viginti Alumni, videlicet ex ambabus Austriae quatuordecim, septem scilicet ex Superiori, & septem ex Inferiori Austria, duo ex Vallecia, duo ex Rhetia, & duo Bernenses colligendi, & si contigerit ex Vallecia, Rhetia, & Bernia Alumni haberet non posse, tunc & eo casu post factas à Rectore dicti Collegii, & demum à dilecto filio moderno, & pro tempore existente nostro, & Sedis Apostolica Nuntio apud charissimum in Christo filium nostrum modernum, & pro tempore etiam existenter Romanorum Regem in Imperatorem electum commorante diligentias, Alumni Austriaci in locum eorum assumendeant, Apostolica auctoritate tenore presentium de novo ex integro perpetuè erigimus, & instituimus.

§. 3. Illisque sic erecto, & instituto pro congrua ejus dote, ac Alumnorum prefatorum, & illis inservientium personatum sustentatione, onerumque illis incumbentium suppertatione redditus annuos mille trecentorum octoginta scutorum monetarum hujusmodi ex Camera Apostolice pecunia quotannis sumendos, distributa in trimelites singulos pro rata solutione, quoad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus eidem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus fuerit provisum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

§. 4. Ceterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Iesu in hoc educandorum, instituendorumque Alumnorum munere diligentia, fides, & integritas, & in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso fatis cognita sit, atque perspecta, idem Collegium, atque Scholarum illius Presbyterorum, sicut adhuc fuit, regimini, institutioni, doctrinæ, atque prudentie eadem auctoritate etiam perpetuè subjicimus, atque submittimus.

§. 5. Præterea, ut ejusdem Collegii conservationi, bonoque tam in his, quæ ad Scholarium institutionem, & disciplinam, quam quæ ad victum, vestitum, alia que hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consultatur, & promptum eis paratumque auxilium sit, Sanctæ Romanae Ecclesiae Cardinales Sacrae Congregationi de propaganda fide Praefatos prefatos nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectores, & Defensores, qui in Viceprorectorem illius venerabilem fratrem nostrum Episcopum Viennensem nunc, & pro tempore existentem, ita tamen ut in gravioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat sine consilio & consensu Nuntii prefati, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione prefata approbatis continentur, immutare minime licebit absque ejusdem Congregationis, vel Romani Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, deputare possint, & valeant, eadem auctoritate constituimus, atque creamus.

§. 6. Illisque ac Viceprorectori prefato pro salubri illius conservatione, Alumnorum bonorum, & rerum, ac Jurium temporalium, & spirituallium ejusdem plenam, & liberam facultatem, & auctoritatem Oeconomos, Adversarios, & Procuratores in eō deputandi, & amovendi, ac alios in eorum locum substituendi, differentias, lites, & controversias inter quacumque personas, tam Alumnorum, quam Ministrantium Clericorum, & Laicorum, non tam Presbyterorum ipsius Societatis exortas, summare, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu Judicii, appellatione quacumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, & exequendi, statuque & ordinationes, disciplinam domesticam, & studia Alumnorum prefatorum concernientia, aqua tamen, & honesta, sarcisque Canonibus, & Conciliis Tridentini Decretis non repugnantia faciendo, & condendi, eaque cum opus

fuerit, revocandi, immutandi, & corrigenandi, aliaque de novo condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & corredita fuerint, perinde habentur, & observentur; ac si auctoritate Apostolica approbata, & confirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberet, & inviolabiliter observari mandamus, plenam, & liberam auctoritatate, & tenore præmissis concedimus facultatem.

§. 7. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem prefatum dicti Collegii pro tempore existentem librum habere in quo notentur nomina, & cognomina, ac patriæ, & parentes Alumnorum, qui recipiunt in dicto Collegio, & ex eo dimittuntur, ex dictoque libro singulis annis catalogum eorum, qui recepti, & qui dimisi fuerint, cum die, menseque ingressus, & egressus illorum Nuntio prefato mittere, ut ipse Nuntius illum prefatus de propaganda fide Congregationi transmittere possit. Quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, eam letam in dicto Catalogo exprimi, in ligniores vero Alumnorum prefatorum actiones in eodem libro annotare, easque suo tempore eidem Nuntio significare, ut pariter de illis eandem Congregationem certiore facete valeat, quas ad Nos & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit, præmis coherentur.

§. 8. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissime, & clarissime descrip̄tæ sint, iliaque singula annis ad minus eidem Nuntio reddantur & ejus manibus relinquatur folium, vulgo Bilancium nuncupatum, in quo provisio Collegii, & alia quæ ipsius Collegii, vel Alumnorum ratione accepit, & ea quæ ex anno pro ipsius Collegii, & Alumnorum sustentatione impendit, notata existant, ut similiter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti possit, eam habere. Si quid autem de tota pensionis Pontificis summa, redditis rationibus, supererit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in necessariis libris emendis, vel in vestiendis Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegiis necessitatibus arbitrio Nuntii, & Episcopi Viennensis prefatorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

§. 9. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos stadiorum aut ceptorum, vel consummatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrentem Patriæ necessitatibus reddantur, eisdem Alumnis, ut cum solis literis testimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore existentes Episcopo Viennensi offerendis, easque ab eo subscribendis, ac sigillo munendis, nisi forte Alumni prefati suos Ordinarios habuerint, à quibus dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes etiam sacros, & Presbyteratus Ordines, sine aliquo beneficii vel patrimonii titulo, etiam extra tempora ad id à iure statuta, & intra annum, annuè circulo non exceptato, minimus servatis id à Concilio Tridentino designatis interstitiis (dummodo ad id alii reperiantur idonei) promoveri, & postquam promoti fuerint, in illis etiam in Altaris ministerio ministrare, ac etiam tam ipsi, quam ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut Poenitentia, & Eucharistia, etiam die Paschatis, & extrema Unctionis Sacramenta à Confessario, aut alio Sacerdote ipsius Collegii à dicto Rectore constituendo suscipere libere, & licite valeant, auctoritate, & tenore præmissis de speciali gratia indulgamus.

§. 10. Verò, ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum paupertati, & necessitatibus succurratur, Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Provinciarum beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, & Collatices serio requirimus, atque monemus, ut in illis conferendis, & præsentim si beneficia hujusmodi pro tempore obtinentibus imminet cura animarum, Alumnos prefatos alii omnibus ceteris paribus preferant: Nuntios quoque Sedis Apostolicae, aliosque Prelatos supradictarum Provinciarum, in quorum diœcesi Alumni prefati extiterint, similiter monemus, &hortarur, ut in occurrentibus beneficiorum hujusmodi, & præsentim curam

Bullar. Mag. Tom. IV.

L 3 animarum

*Modus, &
forma admis-
sionis Alum-
norum*

*Ac admis-
sionis vo-
rum tempore
realium.*

*Alumnorum
privilegia in
suspitione
sacerorum Or-
dinum.*

*Et in provisio-
ne beneficio-
rum Ecclesie-
sistorum.*

animarum libenter vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoque modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis antedictis pauperibus, pricipueque nostra Pontifica gratia dignis, Nos, Successoresque nostros Romanos Pontifices pro tempore similiter existentes, certiores faciant, ut munificientiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio rulebit, exercete possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personis, Canoniciis, & Prebendis, parochialiibus Ecclesiis, & aliis beneficiis Ecclesiasticis per collationem, vel electionem in Alumnorum patria providen- dis, aliis omnibus exteris paribus, tam in Romana Curia, quam in Ecclesiis suis originalibus preferri volumus, & decernimus.

*Communicationis omnia etiam
privilegia, & immunitas
indulxit, quibus studium generale Alme Urbis nostra,
et illius Rectores, Doctoresque, & in eo legentes quovis
modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, &
Habent Confessio. gaudere possunt, & poterant quomodolibet in futurum,*

*9. Bonif. 8.
1. Compl.*

*Indulg. 10.
Plenaria clausula
gigia.*

§. 11. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus & Gubernatoribus omnia, & quecumque privilegia, exemptiones, libertates, facultates, & studii generali indulta, quibus studium generale Alme Urbis nostra, & illius Rectores, Doctoresque, & in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri, &

Habent Confessio. gaudere possunt, & poterant quomodolibet in futurum,

quibusque Collegium, & Scholarum, ac Rectores, &

Gubernatores hujusmodi, non soldati ad eorum instar,

sed parvissimi, & eque principaliter uti, potiri, &

gaudente possunt, & valeant, in omnibus, & per omnia ei-

dem auctoritate, & tenore communicamus.

§. 12. Ut vero temporalibus commodis spiritualia munera quoque conjungamus, quibus fidelium devotione, & merita crescere magis, & augeri possint, de ejusdem omnipotentis Dei misericordia, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confessi, omnibus, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris, qui in idem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, & deinde in exitu quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum sumptserint, atque etiam si in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concedimus, & clargimur.

*Approbatio
Statutorum à
Congregat. de
propag. fidei
pro ipsius Col-
legi guber-
natio
edictorum, re-
spondamus, re-
solvamus.*

§. 13. Postrem quoscumque regulas, & constitutio- nes ad ejusdem Collegii, illiusque personarum, rerum, & honorum spiritualium, & temporalium curam, regi- men, gubernium, directionem, & administrationem, legitimi gubernio ac Alumnorum prefectorum receptionem, admissionem, & approbatim, & amictum, instructionem, disciplinam, & alia quomodolibet pertinentia à dicta sacra de propaganda Congregatione die nona Noyembris millesimi sex- centasimi vigesimi sexti edita, etiam perpetuo approba- mus, & confirmamus, illasque ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

*Clausula pre-
terea.*

§. 14. Decernentes premissa omnia, & singula, ac praesentes nostras literas ullo unquam tempore ex quibuscumque causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitiis, aut intentionis nostra, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revo- cari, suspendi, restringi, limitari, aut injus, vel controversum vocari, seu ad terminos juris reduci posse, nec quenquam ad easdem praesentes in Camera Apostolica, iuxta Constitutionem piz memorie Pii Papa IV. etiam predecessoris nostri desuper editam, aut alias quandcumque praestandum, insinuandum, & registrari sciendum teneri, atque propter illa invalida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio praefata, & alia con- traria minime emanassent.

*Clausula fur-
mula.*

§. 15. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Camera Apostolica Presidentes Clericos, ejusdem S. R. E. Camerarium, Vicecamerarium, & castrarum Palatii Apostolici Auditores, ac alios dictae Romane Ecclesie Cardinales, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid fecit super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

*Procuratio
iusti camp.
dei maria.*

§. 16. Quocirca Venerabili fratri Episcopo Vienn. & Nuncio praefato, necnon dilecto filio castrarum Curie Camera Apostolice generali Auditori Motu pari per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel duo,

aut unus eorum, per se, vel alium, seu alias praesentes no- stras literas, & in eis contenta quocumque, ubi, & quan- di opus fuerit, ac quantes pro parte Rectoris, & Alum- norum Collegii hujusmodi fuerint requisiti solemniter publicantes, illisque efficacia defensionis praesidio affi- stentes, facient auctoritate nostra eisdem praesentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum pro tempore spectabit, firmiter & inviolabili- ter oblevvari, ac Rectorum, & Alumnos hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere, non permitentes eos desuper per quoscumque indebet molestati, contradicentes quol- libet, & rebelles per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedias, appellatione postposita compescendo, ac censuras & penas ipsas ser- vata forma ejusdem Sacri Concilii Tridentini, etiam ite- raris vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 17. Non obstantibus nostra de gratiis ad instar *Constitutio-
nem, abrogata.*

hujusmodi, quatenus opus sit, & quarens reperiret, nec- non quibusvis Apostolicis Constitutionibus, & ordinationibus, ac statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis Uni- verstitatis, Collegiis, eorumque Rectoribus, & personis, etiam sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum deroga- toriorum, aliisque efficiacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere vel in specie, etiam Motu, & potestate plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, appro- batis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro eo- rum sufficienti derogatione illis, eorumque totis te- noribus specialis, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas genera- les idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, & sufficien- ter expressis habentes, illis aliis in suo robore permane- suris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter, aut divisiun ab Apostolica sit Sede in- dulsum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

§. 18. Volumus autem, ut praesentium transumptis, *Transumptis
manu Notarii publici subscriptis, & sigillo communis di-
Collegi, aut alicuius Curie Ecclesiastice, seu perso-
nae in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem
prorsus fides in iudicio, & extra habeatur, que ha-
beretur eisdem praesentibus, si forent exhibita, vel
ostenata.*

§. 19. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa- *Duram
ginam nostrae ecclesios, institutionis, attributionis, *transumptis
lubetionis, constitutionis, creationis, statuti, ordinatio-
Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif. catoris, die 1. Octobr. 1627. Pont. nostri anno Quinto.

Sequitur extensio sapientiae & concessionis pro confuentibus ubique terrarum ad Ecclesiæ prædictæ Ordinis. Et in tota Spoletana Diœcesi, ad omnes Ecclesiæ.

V R B A N V S P A P A VIII. Editio An. D. Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum in Christo filiarum Prioris Ratisse, & Monialium Beatae Rita de Cassia Ordinis S. Augustini Spoletan. dicæc. Nobis exposito, quod ipsæ pro eo, quem erga Beatam Ritam gerebant, devotionis affectu, Officium, & Missam de ea recitari, & celebrari posse desiderabant. Nos earum hac in parte supplicationibus inclinati, de Ven. fratum nostrorum Sancta Romanæ Ecclesiæ Cardinalium sacris Ritibus præpositorum consilio, ut de dicta Beata Rita in tota diœcesi Spoletan, ac ab omnibus utriusque sexus dicti Ordinis religiosis ubique existentibus Officium, & Missam tanquam de communis Virginis, nec Martyris, juxta Rubricas Breviaris, & Missalis Romani, ac Breviarium ipsum Ordinis à Sede Apostolica approbatum, respectivè recitari, & celebrari libere, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate licentiam, & facultatem impartiti sumus, prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quatum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

§. 1. Nunc autem dilectorum filiorum Prioris generalis, & Fratrum totius Ordinis hujusmodi, necnon Prioris, & Monialium prefatarum supplicationibus Nobis denudò humiliiter porrectis inclinati, de corum Cardinalium consilio, ut in die festivo de eadem Beata Rita Missa tanquam de communis nec Virginis, nec Martyris, juxta Rubricas Missalis Romani hujusmodi, ab omnibus presbyteris secularibus ad omnes totius Ordinis prefati, ac dicæc. Spoletanæ Ecclesiæ confluentibus celebrari libere similiter, & licite possit, & valeat, eadem auctoritate tenore presentium licentiam, & facultatem impartimur.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, ceterisque contractis quibuscumque.

§. 3. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impletis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fidès in iudicio, & extra adhibetur, qua ipsi presentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Pif. catoris, die 4. Februario 1628. Pontificatus Nostri Anno Quinto.

Bullar. Mag. Tom. IV.

M Confessio

LXXV. Confirmatio, & Innovatio Constitutionis p*ii*
Pape V. contra Monetarios, ejusdemque ad
quascumque personas Ecclesiasticas, secula-
res, ac cuiusvis Ordinis, necnon etiam Mi-
litiarum Regulares ampliatio, & extensio.

p*ii* V. Constitutione, quam Pons. hic innovat, at ex-
cedit, est sup*n.* i*r.* Cūm n*il* magis, tom*1.*

Edicto An*D.* M*R* B A N V S E P I S C O P V S,
1617. Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Promulgatio. **N**ō suprema Pastorali specula, meritis licet imparibus, a
Domino constiuiti, ut noxias ab ejus Grege arcentes,
ejusdem salutari regimini, prospiciamus, non sine magno
animi macore videmus, ed nostri temporis iniuritates
esse progressas, ut iis, quibus onus incumberet pacem eva-
gelizandi, & charitate proximum prosequendi, sua
vocationis irremores, à cupiditatum vortice abepti, adul-
terinae monetarum crimē perpetrare, sive perpetrantibus
opem praestate non erubescant, nec reformident. Quare
Prædecessorum nostrorum constitutiones, defuper editas
innovantes, extendentes, & ampliantes, hujusmodi perdi-
torum hominum, quos sua excommunicationis consideratio in
officio non continet, condigna poenarum severitate te-
merarios, & nefarios ausus intendimus coercere.

P*ii* V. Edidit
confit. contra
monetarios
indicatum in
Rubro.

§.1. Cum itaque fel*rec.* P*ii* Papa V. prædecessor no-
ster attendens, quod licet monetarum tonsoribus de jure ultimi supplicii esset inficta pena, ar-
gentreas tamen monetas tonsoribus fatis minor erat
imposita, omnes eos, qui argenteas tonsiderent, ultimi
supplicii, & eadem, qua aurearum tonsores catenus
puniti fuerant, & de jure puniti debebant, pena pu-
niendos esse statuerit, prout in cedula Motu propri-
manu ejusdem P*ii* prædecessoris subscripta pleniū con-
tinetur.

§.2. Nos Motu proprio, ac ex certa scientia, meraque
deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis pleni-
tudine hac nostra perpetuā validita constitutiōne statu-
tum, voluntatem, & mandatum P*ii* prædecessoris præ-
fati tenore presentium approbamus, confirmamus & in-
novamus.

Et ad omnes
personas Ec-
clesi, seculares
ac Regni, in
Italia existen-
tes ampliata.

§.3. Ac ad omnes, & singulas personas Ecclesiasticas,
etiam quomodolibet exemptas, tam seculares, quam cu-
jusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti
etiam de necessitate exprimenti, necnon Militiarum
Quarumcumque, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hie-
rosolymitani regulares, non soldū in Statu Ecclesiastico
mediatè, vel immediate Nobis, & Sedi Apostolica sub-
jecto, sed etiam in omnibus, & singulis Provinciis, Re-
gnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Castris, & locis in
Italia dumtaxat existentibus, qui aureas, vel argenteas
monetas tonsire, fabricare, colorare, vel alias adultera-
re, seu etiam quomodolibet adulteratas scienter eroga-
re, aut exponere præsumperint, extendimus, & amplia-
mus.

No dolumque.
te, prædicta no-
gradatione
Curiae seculari-
ri tradit po-
bo.

Motu, si etiam ad
prædicta præ-
ficeribus præ-
sumptu per-
petrare impone-

§.4. Volentes ut culpabiles in præmissis reperti, præ-
via degradatione Curiae seculari puniendi tradantur.

§.5. Pecunias verò sic, ut præfertur, adulteratas scien-
ter detinentibus, seu de loco ad locum transferentibus,
aut materiam, instrumenta, sive opem ad præmissa
præstantibus poenarum terminum per decennium impo-
nimus.

§.6. Et cognitionem causarum hujusmodi, quoad per-
sonas Ecclesiasticas præfatas, tam seculares, quam regu-
lares in Provinciis Nobis, & Sedi præfata subiectis, ad
Sanctę Romā Ecclesię Cardinales in eisdem Provin-
ciis de latere Legatos, & Prolegatos pro tempore exi-
stentes, in aliis verò omnibus, & singulis Provinciis, Re-
gnis, Civitatibus, Oppidis, Castris, & locis, tam sub nostra
& dicta Sedis, quam cuiusvis alterius Principis ditione,
in Italia tantum comprehensis, privative quoad omnes
etiam Superiorum Religiosorum, ipsique Superioribus pe-
nitentiis exclusis, ad Ordinarios locorum spectare etiam vo-
lumus. Mandantes propter ea Venerabilibus Fratribus no-

stris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, singulis
videlicet in suis Civitatibus, & Diœc*sis*, & quoad loca
intra fines alicuius Diœc*sis*, non tamen de Diœc*sis* exi-
stentia, ipsarum diœc*sis*, intra quarum fines eadem loca
extiterit, que verò ad ea, que extra fines alicuius Diœc*sis*
conducunt, vicinioribus eorum locorum Ordini-
nariis, quatenus ad instantiam cuiusvis fisci, vel etiam cu-
jusvis denunciatoris causarum hujusmodi cogniciones
suscipientes, prævia etiam avocatione à quibusvis aliis,
in causis ipsi modo præmisso procedant omnibus juris,
& facti remedii opportuni, invocato etiam ad hoc, si
opus fuerit, brachii secularis auxilio.

§.7. Inhibentes insuper tam Decanis, & Capitulis Ec-
clesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, & Patriar-
chalium, necnon quorumvis Ordinum, & Locorum Re-
gularium, Societatum, & institutorum, ac etiam Hospita-
lis præfatorum Superioribus, Conventibus, & Fratribus
quantumvis exemptis, ne sub privationis beneficiorum,
& officiorum per eos respectivè obtentorum, ac inhabi-
tatis ad alia in futurum obtainenda, vocisque active, &
passive, necnon excommunicationis lata sententia co-
ipso incurriendis paenitentia Legatos, & Prolegatos, ac Ordini-
narios locorum, ut præfertur procedentes, quoquo modo
impedire, molestare, aut perturbare audeant, vel presu-
mant, ac etiam mandantes, ut quoties ad id fuerint re-
quisiti, religiosos, etiam Superiorum alicuius loci regu-
laris actu fuerint, ipsi Legatis, Prolegatis, & Ordinariis,
vel aliis quibus iidem Legati, & Ordinarii mandaverint,
consignent cum scripturis & actis, si quæ facta fuisse re-
periatur.

§.8. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscum-
que Judices ordinatis, delegatos, & commissarios, &
etiam Cameræ prædicta Clericos Præsidentes, necnon
causarum Palati Apostolici, & Curia ejusdem Cameræ
generali. Auditores, ac Sancte Romana Ecclesie Camer-
arium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, nec-
non Viccamerarium judicari, & definiri, ac interpretari
debere, sublata eis, & corum cuiilibet quavis aliter ju-
dicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, ac irri-
tum & inane quidquid fecis super his à quoquam
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari, decernimus.

§.9. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, necnon Provinciarum, Regionum, Civi-
tatum, Terrarum, Oppidorum, Locorum, Ecclesiarum,
Monasteriorum, Militiarum, Hospitalium, etiam Sancti
Joannis præfotorum, & aliorum religiosorum, ac piorum
locorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel
quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudini-
bus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolica cis-
tendit Provinciis, Regnis, Civitatibus, Terris, Oppidis, Lo-
cis, Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & Militiis, etiam
Sancti Joannis, ut præfertur, & alios religiosos, & piis lo-
cis universitatibus, Capitulis, Superioribus, & personis
in contrariū quomodolibet concessis, ac etiam plurius, &
iteratis vicibus approbatis, confirmatis, & innovatis, qui-
bus omnibus, & singulis, etiam si illis, eorumque totis
tenoribus specialis, specifica, expressa, individua, ac de
verbo ad verbum, non autem per clausulas generales
iden importantes mentio, seu quavis alia expressio ha-
benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda
foret, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum
inferentur præsentibus pro expressis habentes, illis
alias in suo robre permanuris, ad effectum præsentium
dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque
contraria quibuscumque.

§.10. Volumus autem, quod præsentes in valvis Ec-
clesie Lateranensis, & Basilicae Principis Apostolorum
de Urbe, necnon Cancell. Apost. & in acie Campi Flora-
publicentur, & affigantur, que postquam sic affixæ, &
publicate fuerint, post duos menses à die publica-
tionis hujusmodi computandos, quoscumque tam
in Stato nostro, quam extra eum ubique locorum,
in Italia tamē existentes perinde arcent, & afficiant,
ac si unicuique nominatis, & personaliter intimante
fuerint.

§.11. Quodque earum exemplis, etiam impressis, Exemplorum
manu

URBANUS OCTAVUS.

135

manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides adhibetur, quæ iisdem praesentibus habetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§.12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam approbationis, confirmationis, innovationis, extensionis, ampliationis, impositionis, voluntatum, derogationis, mandatorum, & decreti nostrorum infringere, vel ei aucta temerario contrarie. Si quis autem hoc tentare praesumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, anno Incarnati. Anno. Nov. 1627. Kal. Novembris, Pont. nostri anno 4.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1628. Indict. undecima, die vero vigesima octava mensis Januarii, Pont. Sanctiss. D. N. D. Urbani divina providentia Papa Octavi Anno ejus 5. retroscripta littere Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioannis Lateri, & Principi Apost. de Urbe, Cancelli. Apoſt. & in acie Campi Flora, dimisissi ibidem praesentibus literis per aliquod tempora spatiis appensis, & deinde amio, ut maria est, per nos Augustinum de Bolis Romanum, & Brandimartem Latinum Apostolicos Curs.

Martius Spada Magister Curs.

XXVI. Confirmatio Decreti à Congregat. S. R. E. Card. Sacris Ritibus præpositorum editi super præcedentia Confratrum Ordinis Iohannis Dei, ac Fratrum Ordinum Mendicantium: & quarumcumque controversiarum super præmissis pendentium extincio.

Præcedentias inter Ordines Mendicantium, & Confraternitates Laicorum in Processionibus declaratis Greg. XIII. in Conf. 84 Expositi, sup. tom. 2. Et de hac Religione vide plura quæ notavi ad Pauli V. conf. 200. Romanus, sup. tom. 3. & ad hujus Sanctiss. D. N. Conf. 10. Sacrosanctum, sup.

1627. V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

Commisisti nobis per abundantiam Divinæ gratiæ Pastorali offici debitum postulat, ut Sacrarum Religionum, & Congregationum in Ecclesia Dei, ad illius laudem, & gloriam, pauperumque solamen, atque subfidiumpiè sancteque institutum, illarumque personarum paternam curam gerentes, in his præcipue mentis nostra

aciem assiduè intendamus, per quæ illarum paci, & quieti,

felicique statui consulitur, ut personæ ipse, sublatis

controversiarum materiis, in pacis amicitate vota sua

Domino reddant.

§.1. Cum itaque dilectus filius Seraphinus Levecl-

lus, Procurator Generalis Congregationis Confratrum

Iohannis Dei, nobis nuper exponi fecit, Confratribus

prædictis multis in locis a fratribus Ordinum Mendicant-

tum nonnullæ controversiae & super præcedentia

moverentur, ac provide habito per ipsum eorundem

Confratrum nomine, ad Venerabiles Fratres nostros S.

R. E. Cardinales sacris Ritibus Præpositos recursu, idem

Cardinales, referente dilecto filio nostro Tiberio Tituli

Sanctæ Præfectæ Presbytero Cardinale Muto nuncupato,

censuerint in eorundem Confratrum favorem literas in

forma Brevis fel. rec. Gregorii Papæ XIII. prædece-

sis nostri, sub die 15. Julii 1623. super Fratrum Mendi-

cantium Ordinum hujusmodi præcedentia editas servari

dubitate, à tempore tamen quo dicti Confratres declarati

fuerunt Religiosi, prout in decreto desuper emanato ple-

nus dicitur contineri.

§.2. Nos præmissis, quantum cum Domino possumus,

obviare, pacique & quieti dictorum Confratrum, semo-

ritis controversiarum incommodis consulere, ipsoque

Confratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi vo-

Bullar. Mag. Tom. IV.

lentes, & eorum singulares persona's à quibusvis excommunicationis, suspen. & interdicti, allisque Ecclesiastica sententiis, censuris, & penas à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum statum serie absolventes, & absolutas fore censes, supplicationibus dicti Seraphini Congregationis hujusmodi nomine nobis super hoc humiliter correctis inclinati, Decretum prædictum Apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolice firmatis robur adjiciamus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui defuper quomodolibet intervenient, supplimus.

§.3. Necnon omnes, & quascumque controversiarum Super dicti omniroviria perpetuum silentium imponimus.

hujusmodi causas, & molestias super præmissis, & illarum occasione haecnu quomodolibet motas, & pendentes, cum omnibus suis annexis, & depend. ad Nos harum se- ponit.

tie avocantes, illas penitus extinguimus, ac tam Confratribus quām Fratribus Mendicantibus prædictis, & qui-

bulvis alijs interessit habentibus, seu prætentibus per-

petuum super præmissis silentium imponimus.

§.4. Distincti inhibentes quibulvis Judicibus, & personis quavis auctoritate fungentibus, ne Fratres Men- dicantes hujusmodi, seu alios pro eis super præmissis ul- terius audire, seu alijs desuper se ingerere quoquo mo- do audeant, seu præsumant, & volentes, & eadem auctoritate decernerent, & declararent, quod Confratres prædicti præcedentiam juxta dictarum literarum ipsius Gre- gorii prædecessoris, decretique in eorum favorem ema- nati hujusmodi formam, & continentiam habeant, illa- que perpetuò fruantur, & gaudent, irritumque, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter attentatum forsitan est, vel impo- sterum contigerit attentati.

§.5. Quocirca Venerabilibus fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis, in quorum Diœcessibus Congregationis hujusmodi Hospitalia ere- sta reperientur, per præsentes committimus, & manda- mus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, ac quories pro parte Fratrum prædictorum fuerint tequisiti solemniter publi- cantes, ceterisque in præmissis officiis defensionis præ- sidio assistentes, faciant auctoritate nostra Confratres præ- dictos præsentibus literis, illarumque commando & effe- ctu adversus quoscumque perturbatores pacificè frui, & gaudere, non permittentes illos desuper à quoquam qua- vis auctoritate quomodolibet indebet molestatari, contradictores quolibet, & rebelles per censuras, & penas Ec- clesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, ap- pellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§.6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Mendicantium Ordinibus, illorumque Superioribus, & quibusvis aliis sub quibuscumque ter- toribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & infolitis clausulis, necnon irri- tan. & alijs decretis, in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confir- matis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficieti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda eset, illorumque tenores præsentibus pro plenè, & suf- ficiente expressis habentes, illis alijs in suo robore per- mansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expre- gamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Volumus autem quod præsentium transumptis, Transumpta etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica obediens- tibus, & juberet.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pis- Dat. P. An. 5. catoris, die 26. Novembris 1627. Pont. nostri anno 5. die 26. Nov.

M. 2 Prohibi

LXXVII. Prohibitio transeundi ab Ordine Fratrum Reformatorum B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum, ad Fratres Calceatos ejusdem Ordinis, absque Romani Pontificis expressa licentia.

De Fratribus B. Marie de Mercede, & toto eorum statu vide indicata ad const. 9. Greg. IX. Devotionis, sup. tom. I. Et privilegia eidem Ordini concessa novissime confirmavit iste Sandif. Pont. in const. 94. Ex clementi.

Edictum An. D. V R B A N V S P A P A V I I I.
1627.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In juncti Apostolici munera ratio postulat ut Religiosorum, qui specieis huius facili vanitatibus, divini numinis obsequiis sub suavi Religionis iugo fesse mancipantur, paternam curam gerentes, ea statuamus & decernamus, per quae prospere, feliciter eorum statu, & directioni opportune consularur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Cause istius.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Vicarius, & Prior generalis Fratrum Ordinis B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum Reformatorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecerunt, nonnulli ex Fratribus hujusmodi aliquando nullis, aliquando vero levibus ex causis, nulla tamen super hoc ab Apostolica Sede obtenta licence, ad Fratres ordinis Calceatos nuncupatos se transferre procuraverint, & in dies procurent, non sine Regularis observantie detrimento, ac Fratum tam Calceatorum, quam Reformatorum predicatorum inquietudine.

§. 2. Nos pro nostri Pastoralis officii debito premissis quantum Nobis ex Alto conceditur, obviam ire, prospere quoque Fratrum eorumdem statui, & quieti consilere volentes, supplicationibus Vicarii, & Procuratoris generalium hujusmodi Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, quod de cetero perperas futuri temporibus, nulli Fratrum Reformatorum hujusmodi, absque speciali nostra, & Sedis Apostolicae licentia, ad Fratres Calceatos predicatorum quovis pretextu, aut ex quavis quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, sub apostasia, & infamiae perpetua nota, necnon excommunicationis, ac privationis vicia activa, & passiva penitus ipso facto absque illa declaratione incurriendis trahire.

§. 3. Minusque Fratribus Calceatis predicatorum, illorumque Superioribus eisdem Fratres Reformatos sic ut praefertur de facto transeuntes, etiam novam professionem regularem emiserint, sub privationis suorum officiorum, ac excommunicationis penitus hujusmodi, etiam ut praefertur incurriendis recipere, vel retinere ullo modo licet, sed Fratres Reformati predicatori, qui secus fecerint, cum primùm de super moniti fuerint, nulla morte, aut excusatione, vel appellatione etiam ad Nos, seu Sedeni Apostolicae interpositis, ad suam propriam Congregationem redire, & suorum Superiorum correctioni se submittere, Fratres vero Calceati, seu illorum Superiorum hujusmodi ipsos Fratres Reformatos de facto transeuntes, ut praefertur, ipsorum Reformatorum Superioribus, seu ab eis depurandis, statim absque Judicis ministerio tradere, & consignare debeant, & teneantur, Apostolica auctoritate tenore praesentium declaramus.

§. 4. Docernentes sic, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac irritum, & insne si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, & quatenus opus sit, Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratio statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet conceisis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis eorum omniū tenores praesentibus pro plenē, & sufficienter tisi, & obtinere, ac dicto Hospitali, necnon Antonio

expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, esterisque contraria quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod praesentes literæ, postquam animata in Alma Urbe nostra publicata, ac Fratrum tam Reformatorum, quam Calceatorum hujusmodi Prioribus intimata fuerint, omnes, & singulos, quos illæ concernunt, & concernent in futurum, perinde arcent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

§. 7. Quodque praesentium transiunctis, etiam imprecis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibetur, quæ eisdem praesentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1628. Pont. nostri anno 5.

Confirmatio Decreti, quo Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum censuit Constitutionem Greg. XV. de Conservatoribus editam, non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eidemque Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi competere.

Constitutio Greg. XV. de Conservatoribus est sup. 9. Sanctissimum.

De hac Religione Hierosolymitana habes omnia indica- ta ad Conf. 2. Anastas. 4. Christiane, sup. tom. I. alia vero posteriora tibi notavi ad hujus Pont. Conf. 15. Univer- salis, hic sup.

V R B A N V S P A P A V I I I.
1628.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Antonius de Paula Magnus Magister, & Conventus Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, quod à Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalibus Sacri Concilii Tridentini Interpretibus emanavit decretum tenoris subsequentis, videlicet vj. Februarii 1627. Sacra Congregatio Illustrissimum Cardinalium in Ritu. Concilii Tridentini interpretum censuit, Constitutionem Sandæ memorie Gregorii Decimiquinto de Conservatoribus non afficere Religionem Hierosolymitanam, nisi quoad Judices Conservatores, eidemque Religioni adhuc jus ejusmodi Judices Conservatores eligendi compe- teret.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Antonius Magnus Magister, & Conventus praefati decretum hujusmodi pro illius validitate, & subsistenti ne illud a firmiori Apostolicae confirmationis robore com- muniri plurimum desiderent, Nobis propterea humiliiter supplicari fecerunt, ut in premissis opportunè provide de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 3. Nos igitur Antonium Magnum Magistum, & Conventum praefatos specialibus favoribus & gratiis approbavimus, prosequi volentes, & illorum singulares personas à qui- busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Decretum praesertim Apostolica auctoritate tenore praesentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos tam juris, quam facti defectus, si qui de super quomodolibet intervenient, supplemus.

§. 4. Docernentes, Decretum hujusmodi, necnon praefatas literas semper valida, firma, & efficacia exis- tent, & fore, suosque plenarios, & integros effectus for- vas apponemus, Clavis, & signum, que

URBANUS OCTAVUS.

132

moderno , & pro tempore existenti illius Magno Magistro, & Conventui plenissimè suffragari.

5.5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios , & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debete, ac irritum, & inane quidquid securis super his a quoquam quavis auctoritate , scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus praefati Gregorii predecessoris, aliusque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariae quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impremissis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitutis munitis eadem prorsus ubique fides adhibetur, quz ipsis presentibus adhiberetur. Si forent

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 17. Febr. 1629. Pont. nostri anno 5.

LXXIX. Ampliatio Constitutionis à Clem. VIII. contr.
non promotoſ ad ſacrum Presbyteratus ordi-
nem ſacramentalēs confeſſioneſ audienteſ,
aut Miffam celebranteſ, Curiaſ ſeculari pꝫ
via degradatione tradendoſ editaꝫ, ad omneſ
etiam iñioreſ vigintiquinque annis, dum mo-
do vigiſimum ætatiſ annum compleverint.

Clement. VIII. Constitutionem editam contra hos nefarios homines habes sup.com.3.num.81. ubi notavit Genitor meus.

Eius An. D V R B A N V S P A P A VIII.
1618. *Ad perpetuam rei memoriam.*

A Postulatus officium , cui meritis licet imparibus,
disponente Deo , præsidens, à Nobis postulat, ut
quantum Nobis ex alto conceditur , delinqüendi fidu-
ciam compescamus, in iis præsertim, quorum èd sacrile-
ga processit audacia, ut beneficio minoris zetaris, spretis
Apostolicis constitutionibus, confoveant in delictis, quo-
rum statutis pœnis se dicere jacant minimè subjaceret.
§.1. Alijs siquidem à felicis recordationis Clemente
Papa VIII, prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris

Papa VIII. prædecessore nostro emanarunt literæ tenoris subfrequentis, videlicet : Clemens Papa VIII. Ad perpetuam rei memoriam. Et si aliâs felicis recordationis Paulus Papa IV. &c.
Omittitur residuum, quia ita Const. est sup. tom. 3. num. 81.

6.2. Cum itaque, sicut acceperimus, nonnulli privilegio minoris ætatis nimis temerè confisi, & legum indulgentia freti penas à d. Clementis prædecessoris constitutio- ne in hujusmodi delinquentes statutas parvipendere præsumant.

3. Nos detestantes, & quantum in Nobis est, cohíbere volentes impiam, & nefariam horum temeritatem, qui excoſſione habent. Cuius dicitur.

utrum prædictæ, aliique decretis per tel. record. Paulum IV. & Sextum V. Romanos Pontifices prædecessores nostros contra similia pertinantes editis, eaque etiam effectum prædictum matura deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine ampliantes, & extenderentes, hac nostra perpetuæ validitura constitutione statuimus, & decernimus, ut de cætero perpetuis futuris temporibus, qui imposterum ad sacram Presbyteratus Ordinem non promotum Missam celebrare, aut sacramentalem confessio- nem audire præsumptferit, etate minori annis virginis quinque non excusetur, quominus eidem Clementis constitutioni subjiciatur, dummodi vigesimum sive etatis annum compleverit.

9.4. Ipseque non promotus sic delinquens , nulla habita consideratione præfate minoris etatis . sive I*an*u*ar* N

habita consideratione p̄fatae minoris etatis , sive Lai N

cus, sive Clericus secularis, aut eujuſvis Ordinis, Congregationis, Societatis, etiam de necessitate exprimende regularis, aut cujuſvis alterius Instituti, etiam quantumvis exempti, & privilegiati, Nobisque, & Apostolicae Sedis immediate subjecti, necnon Militiarum quarumcumque, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani fuerit, tradatur Curia ſeculari poenis debitibus plectendus.

§ 5. Sieque, & non aliter per quoscumque Sancte In-
quisitionis Judices, & Inquisitores, etiam generales, S. R. E. Card & locorum Ordinarios. *Ita indicantur decernunt.*

E. Card. & locorum Ordinarios, sublata eis, & eorum cui-
libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, &
auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane,
si secus super his à quoquam quavis auctoritate scien-
ter, vel ignoranter contingit attentari, decernimus. Quo-
cirea omnibus & singulis, ad quos spectat, & pro tempo-
re quomodolibet spectabit, in virtute sancte obedientie
districte & præcipiendo mandamus, quatenus statutum, de-
cretum, & constitutionem hanc nostram inviolabiliter
obseruent, & observarvi faciant.

§.6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac in Conciliis etiam generalibus editis, etiam in corpore Juris clausis, necnon Legibus, Statutis, Decretis, Consuetudinibus, & Privilegiis, ad favorem minorum vigintiquaque annis quomodolibet, & ubicumque locorum editis, ac alias in ipsorum favorem facientibus, Apostolica etiam confirmatione, ac juramento, & seu quavis firmitate alia ruboratis. Quibus omnibus, & singulariis, illorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem harum literarum publicationem, & affixionem fieri juxta formam in praedicta Clementis constitutione praescriptam, easque publicatas, & affixas omnes intra Urbem, & extra, tam circa, quam ultro montes, & mare, post tempus in ipsa Clementis constitutione praescriptum ardare & afficere, ac si quilibet

§.8. Mandamus pariter, ut earundem transumptis, etiam *Transumpti*,
impressis, manuque Notarii publici subscriptis, & sigillo fidem adhibe-
re. Officii Sanctæ Romanae Inquisitionis, vel alicujus perso-
na in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem
que præsentibus hisce adhiberetur, fides adhibeatur.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum , sub Annulo Dati P. An. 5.
Piscatoris , die 23. Martii 1628. Pontificatus nostri anno die 23. Martii
Quinto.

*Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo publicato,
sexcentesimo vigesimo octavo, Indulione undecima, die ve-
ò decima Septembris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Pa-
ris, & D. N. D. Urbani divina providentia Pape Octavi
anno ejus Sexto, retroscripte litteræ Apostolica affixa, & pu-
licare fuerunt ad vobas Basilicarum Sancti Ioannis Latera-
nenſi, & Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi
Flori, dimissi præsentibus literis per aliquantulum temporis
statuum, ut moris est, affixi, ac deinde amori poſtea earundem
exempla etiam impressa, & affixa reliqua fuerunt per nos Fran-
ſcum Pignoccatum, & Camillum Fundatum S. D. N. Papa
uri.*

*Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Curfer, pro Mag.
D.D. Curfuran.*

Confirmatio, & innovatio Regulae Cancellariæ, LXXX.
Decreti Cameræ Apostolice, & Constitutio-
num Julii III. quoad fructus Beneficiorum
Ecclesiasticorum inexactos.

anc Julii III. Constitutionem habet sup. tom. I. n. 7.

V R B A N V S P A P A V I I I
Ad perpetuam rei memoriam.

Fternus rerum Conditor, cuius iudicia abyssus mul- *Proximam.*
ta, sacrosanctum Apostolicz servitutis officium

obis ad hoc , licet immetitis , demandare voluit , ut
M . 3 . Speculatorum

M 3 Speculatoræ

Speculatores domus Israël, qui est Ecclesia sua sancta, Cameralibus predictis sufficienter derogatum, ac proin-
ab eo constituti, inter ceteras ejusdem servitutis curas, de successoribus in beneficiis, & Ecclesiis, & respectivè
boni Patri familiæ exemplo provideamus, ut non modò Camere predictis, quod fructus inexactos hujusmodi
Ecclesiæ omnium, & personarum eis in divinis deser- prejudicium illatum fuisse.
vientium indemnitas jugiter consulatur, veridim etiam: s. Non amperemus in isto officio nullius dñe.

5.5. Nos omnem in præmissis dubitandi, seu hæsitandi materialiæ in medio tollere, necnon Ecclesiastum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac etiam respectivæ Cameræ predicatorum indennitati consulere volentes, & quarumcumque literarum Apostolicarum, tam in forma Brevis, quam sub plumbo super facultatibus testandi, disponendi, & ab intestato succedendi, & alijs quomodolibet expeditarum, ac quarumcumque aliarum concessionum, & gratiarum desuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores, necnon alia quæcumque, etiam his forsan de necessitate exprimenda, præsentibus propulsis, & sufficiens.

Revocari, non inutiliter faciamus.
§. i. Aliis siquidem per regulas Cancellariz Aposto-
licae per Nos in crastinum assumptionis nostrae ad sum-
mi Apostolatus apicem editas omnia, & singula facul-
tates, & indulta in ea parte, in qua needum vere, & rea-
liter suum erant sortita effectum, per quoscumque Ro-
manos Pontifices prædece stores nostros, ad favorem qua-
rumcumque personarum concessa, quibus eis, vel eorum
singulis ullo modo, & ex quavis causa, vel prætextu per-
mittebatur fructus certos, vel incertos, jura, obvenio-
nes, & emolumenta quacumque quomodolibet benefi-
ciorum per eos obtentorum, anticipatis solutionibus ul-
tra unum annum elocare, & arrendare, ac ad firmam, vel
annuam responcionem concedere, seu eos, & ea ad favo-
rem quarumcumque personarum obligare, vel hypothe-
care, in tolatum dare, aut de eis quomodolibet, & ex
quavis causa disponere pro tempore ad vitam beneficia-
torum, & ad tempus quo beneficia hujusmodi obtinui-
sent minimè restricta, nec coarctata, inter alia revocavi-
mus, cassavimus, & annullavimus.

Et deinde per annam .vij. ubi super dictis dissertationibus resolvitur i. dubium impudicium Cam. Apof. rite factum est etiam ex parte dicitur ab inv. mus. calvivimus, & annullavimus.

6.2. Ac deinde per nostras sub plumbo, sub datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Domini 1624.11. Kalend. Novembris, Pontificatus Nostri Anno II. expeditas literas, sicut post generali gratiarum, & indultorum in praedictum Camera, & Sedis Apostolicae per eosdem Praedecessores nostros quomodolibet concessorum revocationem, facultates testandi, & ab intellecto succedendi, quibusvis etiam per Nos concessas exceptimus.

§. 3. Nihilominus mentis, & intentionis nostræ fuisse
& eff. declaravimus prædictæ Regule Cancellarie super
revocatione inditorum supervenientiz, ut præfetur per
Nos edite, nullatenus per easdem literas præju-
dicare, quinim cendam regulam quoad omnia in illa
comprehensa, ac omnes, & quascumque personas quavis
dignitate, etiam Cardinalatus fulgen, confirmavimus, &
quatenus opus esset, innovavimus, & extendimus, ac aliâs
prout in dictis literis, quarum tenores præsentibus pro-
expressis haberi volumus, pleniū continetur.

Ob iusta po-
tius reman-
entium fuit
in hinc Cas-
mariensi d.
regule rur-
ore medi-
garum facul-
tates testan-
di de fru-
ctibus non ex-
actis, & su-
per hoc res-
ponde decre-
to. Nam etiam
volumus, prius continetur.

6.4. Cum autem, sicut accepimus, pro interesse successorum in beneficiis Ecclesiasticis, & seu respectivè Came-
rae nostrae nonnullis in dubium revocato, an regula no-
stra praedita facultates ab eisdem predecessoribus no-
stris quomodolibet concessas, & emanatas testandi, quo
ad Ecclesiarum, & beneficiorum fructus inexactos, re-
vocaret, in eadem plena Camera nostra Apostolica sub
13. Januarii 1625. resolutum fuit, facultates testandi, in
ea parte, in qua conceditur facultas disponendi de fru-
ctibus non exactis, per predicitam regulam nostram esse
revocatas, & super resolutione hujusmodi decretum
Camerale emanaverit, eiusdem decretri ab

Camerale emanaverit, ejusdem decreti observantia, & executione etiam subsecutis, & pariter ex eo quod in facultatibus testandi & de bonis disponendi, ac ab intestato succedendi per Nos ab inde circa concessis, expressa constitutionum etiam declaratoriarum felicis memorie Julii Pape III. etiam predecessoris nostri super fructibus inexactis aliis in favorem Ecclesiarum, & beneficiorum, ac in eis successorum, & respectivae Camere nostra Apostolicae editarum derogatio, cum diversis, & prægnatis & claustris, etiam derogatoriarum derogatoris appropositis, à nonnullis pretendatur, regulæ, & constitutioni potius hujusmodi, resolutionique, & Decreto

5.5. Nos omnem in præmissis dubitandi, seu hæsitandi materiam è medio tollere, necnon Ecclesiaturum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac etiam respectivè Cameræ prædictorum indemnitatì consulere volentes, & quarumcumque literatum Apostolicarum, tam in forma Brevis, quam sub plumbō super facultatibus testandi, disponendi, & ab intestato succedendi, & aliàs quomodolibet expeditari, ac quarumcumque aliarum concessionum, & gratiarum defuper quomodolibet factarum veriores, & totos tenores, necnon alia quæ nonque, etiam hic forsitan de necessitate exprimenda, præsentibus propriebus, & sufficienter expressis, & ad verbum inseritis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura de-liberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua validura constitutione easdem nostras Cancellariaz Apostolicæ regulam, & constitutionem, prædictamque resolutionem Cameralē, ac decretum defuper emanatum hujusmodi, necnon ipsas dicti Julii prædecessoris Constitutiones in favorem Ecclesiaturum, & beneficiorum, in eisque successorum, ac Cameræ Apostolicæ respectivè super fructibus inexactis hujusmodi editas, & de iis quomodolibet disponentes, tenore præsentium perpetuò approbamus, & confirmamus, illasque, & earum quamlibet quoad fructus inexactos hujusmodi in favorem Ecclesiaturum, & beneficiorum in eisque successorum, & respectivè Cameræ nostræ Apostolicæ prædicta innovamus.

6.6. Insuper Motu scientiæ, & consensu

S. 6. Insuper Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus declaramus, & in verbo Rom. Pontificis attestamur, mentis, & intentionis nostrae nunquam fuisse, nec esse, minusque de cætero fore per quamcumque concilium, Indultum, seu facultatem testandi, & disponendi, ac ab intestato succedendi, vel transmittendi, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & per modum Indulti, seu legis generalis, vel alijs quomodolibet à Nobis emanatam, & pro tempore emanandam prædictis regulæ, & constitutioni nostris, nec resolutioni, & decreto Cameralibus, illorumque observantia, minusque Constitutionibus d. Julii prædecessoris hujusmodi, quoad dd. fructus inexactos, etiam affictus, & emolumenta quacumque inexacta hujusmodi deberentur ratione fructuum recollectorum, & in horreo reconditionum, ac etiam consumptorum, derogare, nec aliquid eis præjudicium ullo modo inferre, quinidem eadem nostras regulam, & constitutionem, decretumque, & resolutionem Cameræ prædictæ, ac dicti Julii prædecessoris Constitutiones per Nos, ut præfertur, approbatas, confirmatas, & respectivè innovatas de cætero perpetuis futuris temporibus, quoad fructus quarumcumque Ecclesiarum, & beneficiorum quomodolibet qualificatorum, & quocumque nomine nuncupatorum inexactos hujusmodi inviolabilitate observari, ac omnimode executioni demandari debere, etiam si in prædictis indultis, licentis, seu facultatibus testandi, vel alijs quomodolibet disponendi, & ab intestato transmittendi, vel succedendi, hactenus etiam per Nos concessis, & de cætero etiam per successores nostros Romanos Pontifices, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, vel alijs quomodolibet contendendis, clausula prædictæ regulæ nostræ revocatoria præservativa, sive quodvis aliud Decretum, sub quacumque verborum forma, & expressione conceputum, de eaem regula præservanda apposita, & appositum respectu-

5.7. Omnes verò , & singulas licentias , indulta , & ^{in bujusmodi} facultates testandi , & aliàs quomodolibet disponendi , ^{Indulteris app-} vel ab intestato transmitendi , & succedendi , tam à Ro- ^{nari, ac si} manis Pontificibus prædecessoribus nostris , & à Nobis ^{populi intelligi} hacenus quomodolibet concessas , & emanatas , quam- ^{gavus clauso} in futurum etiam à successoribus nostris prædictis , etiam ^{la profruuntur} Motu , scientia , & potestatis plenitudine paribus conce- ^{va juriun} pendis , & emanandas in favorem quarumcumque ^{Cam. Appt.} personarum , etiam speciali , & individua mentione , & ^{Ecclesiast. Br.} ^{neb. & in} ^{sacraform.} exprimere

URBANUS OCTAVUS.

239

expressione dignorum, eujuscumque qualitatibus, statutis, libet faciendis comprehendendi, sed tempore ab illis exce-
gradus, & conditionis sunt vel fuerint, & quacumque plas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exi-
dignitate, etiam Cardinalatus fulgeant, censendas, habent, stere, & forte, suosque plenarios, & integros effectus
& intelligent, esse, conserique, haberi, & intelligi debet, fortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos
perinde, ac si in eis, & quacumque illarum parte appo- spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviola-
biter observari.

§. 10. Sieque, & non aliter in premissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delega-
to, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & Sandæ Romane Ecclesie Cardinales, ac Camerarium
& Thesaurarium Cameræ, necnon Præsidentes, & Cle-
ricos Cameræ nostre Apostolice in quavis causa, &
instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri ju-
dicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judi-
cari, & definiri debere, irritumque, & inane quicquid se-
cū super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, nostra de Cœnac. jure quæsito non tollen, aliisque Cancellariae Apostoli- abrogatur
ca regulis, necnon quibusvis constitutionibus, & or-
dinacionibus etiam Apostolicis, ac juramento, vel alia
quavis firmitate roboratis statutis, usibus, stylis, & con-
fuetudinibus, etiam immemorabilibus, necnon literis fa-
culty testandi, aliasque de rebus, & bonis disponen-
di per quoscumque Romanos Pontifices prædecessores
nostrorum, ac etiam Nos quibusvis personis, etiam Sanctæ
Romanae Ecclesie Cardinalibus, sub quibuscumque
tenoribus & formis, ac quibusvis etiam derogatoriæ
derogatoriis, etiam Motu, scientia, & potestatis ple-
nitudo similibus, etiam in remunerationem laborum,
& dannorum passorum, ac ratione officiorum, & digni-
tatum, necnon exitulo, & causa mere onerosis, & alias
cum quibusvis efficacioribus clausulis, & decretis, pri-
vilegiis quoque, indultis, aliisque literis Apostolicis in
contrarium, ut premititur, & alias quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, &
singulis, etiam pro luctienti eorum derogatione de
illis, corumque totis tenoribus specialis, specifica, ex-
pressa, & individua, non autem per clausulas generales
idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ha-
benda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fo-
ret, & tenores hujusmodi specifici, & ligillatim impressi,
& inserti forent, praesentibus pro plenè, & sufficienter
expressis, & ad verbum insertis habentes, ad effectum
omnium & singulorum premissorum specialiter, & ex-
presse derogatus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 12. Ut autem præsentium literarum notitia ad om- Transumptio
nes deveniat, volumus quod illæ, sive earum exempla rum fidei.
ad valvas Basilicarum Sancti Joannis Lateranensis, ac
Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flora
affixa, seu affixa omnes ita arctent, & afficiant perinde,
ac si unicuique personaliter intimata, vel intimata
fuerint.

§. 13. Quodque earundem præsentium transumptis, Hujs Conf.
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subfcri- puncionis
ptis, & filio alicujus personæ in dignitate Ecclesiasti- fidei.
ca constitute munitis eadem prorsus fides in judicio &
extra adhibetur, quæ ipsi præsentibus adhiceretur, si
forent exhibitz, vel ostentiz.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Pis- Dat. P. An. q.
catoris, die 5. Aprilis 1628. Pont. nostri anno 5. due 5. April.

Anno à Nativitate Domini Nostræ Jesu Christi 1628. Publicato.
indit. 11. die vero 10. mensis Julii, Po. tif. Sanctissimi in
Christo Patris, & D. N. D. Virvani divina providentia
Pape ollavi, anno ejus Quinto, supradictis literis Apostolica,
seu Constitutiones affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ba-
silicarum S. Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum
de Urbe, & in acie Campi Flora, dimisis ibidem præsentibus
literis per aliquantum temporis spatium, ut moris est, affixis,
& deinde amoris, postea earundem exempla etiam impressa, &
affixa, ut moris est, per nos Franciscum Pignoccatum, & Ca-
mullum Fundatum Sanctiss. D. N. Papa Cius.

Brandimartis Latinus pro D Mag. DD. Consorum.

LXXXI. De electione Priorum Provincialium, ac celebratione Capitulorum Provincialium, necnon de modo regendi, & gubernandi Provincias Fratrum Discalceatorum Ordinis Eremitarum Sancti Augustini Congregationis Italicæ.

Vide de his Fratribus notata ad Conf. 63. Clement. VIII. sup. tom. 3. Et ad Conf. 3. Greg. XV. Pastorale, hic sup. ubi notavi.

Edic. An. D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1628. Ad finem rati memoriam.

Alias iste pars eiusdem Basilii à Sanktissima Tripartite Vicarii generalis Congregationis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nunquam Provinciarum, ipsa quamplures domus regulares per universam Italiæ habeat, ita ut solus per seipsum commodè eas regere, & eis sup. in gubernare nequirit, prouindeque earundem domorum utilitati maximè consultum iri existimat, si eadem Congregatione in Provinciis, ut infra dividetur: Nos supplicationibus ejusdem Basilii Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, Congregationem praeditam in quatuor Provincias, videlicet Romanam, Neapolitanam, Jamnensem, & Siciliæ Apostolica autoritate perpetuo divisimus, & separavimus, necnon pro ea prima vice usque ad proximè futuri Capituli generalis ejusdem Congregationis celebrationem tantum, & non ultra, in Romana, Victoriorum ab Epiphania, in Neapolitanæ Simeonem à Cruce, in Januensiæ Valerianum à Sancto Augustino, ac in Siciliæ Provinciarum hujusmodi Provinciales Joannem Baptistam à Sancto Francisco de Paula Ordinis, & Congregationis hujusmodi professores dilectos filios, sub uno ipsius Congregationis Vicario generali, ac cum privilegiis, gratiis, indultis, facultatibus, jurisdicione, & auctoritate sub certis modo, & forma tunc expressis dictis auctoritate crevimus, constitutimus, & deputavimus, & aliis prout in nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plenius continetur.

*Sed autem in diversis que in statu s. i. ordinis de multis Provinciis etiamem fratribus etiamem
dicitur, illi non modo de
terminatur.*

6. 3. Nos felici ejusdem Congregationis, illiusque Fratrum regimini, atque guberni, quantum cum Dominio possumus, consulere, eodemque Fratres specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, eorumque singulare personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & paenit. à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendū harum serie absolventes, & absolutas fore cententes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati. Quod omnes ipsius Congregationis Vocales pro hac vice dumtaxat in Capitulo generali praedicto Priorem generalem, & alios officiales generales, sicut haecen in eadem Congregatione usque in presentem diem fieri consuevit, tam constitutionum ejusdem Congregationis, quam declarationum, sive decretorum à præteritis Capitalis generalibus emanatorum vigore eligere libere, & licet possint, Apostolica auctoritate tenore presentium licentiam concedimus, & impar timus, ita tamen, ut congregatis in unum pro celebrazione ipsius Capituli generalis Vocalibus praedictis, antequam ad quilibet electionem deveniatur, per viam

constitutionum proponatur, discutiatur, & terminetur modus expediens, & opportunus, qui de cetero in Capitulorum generalium, & Provincialium celebratione, Prioris generalis, & Provincialium electione servari omnino debet, quas quidem constitutiones ad Nos, & hanc Sanctam Sedem deinde transmitti volumus, ut quid circa illarum confirmationem statuendum fuerit, matura consultatione adhibita, deliberate valeamus.

147

**D. N. examinatarum, cum annullatione qua-
rumcumque aliarum Constitutionum prædi-
ctis repugnantium.**

*Ista Constitutiones Urbane sunt impressae in libro Ro-
mae de Anno 1618. quas hic imprimere denou-
tois est.*

Fratribus hujus Ordinis, eorumque Superioribus ambi-
tum prohibuit Paul. V. ut in const. 116. *Admonitio-*
sup. tom. 3. Et pro d. Ordinis Studentum Collegium
in Insula Melivitana erexit idem Paul. in const. 121.
In supereminenti, d. tom. 3. Et aliud in Civitate Prague
*instituit postea Greg. ut sup. in const. 21. In superem-
nenti. De toto autem Ordine Beati Francisci attende
quæ sunt indicata ad Honor. III. const. 5. sup. tom. 1.*

*An.D. V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus
per abundantiam divinae gratiae præpositi, inter
gravissimas, multiplicesque Apostolicae servitutis curas
in eam peculiari studio jugiter incumbimus, ut qui abje-
ctis vanitatibus, huic temporali vita renuntiarunt, chari-
tatemque secessantes, & spiritualia renunciantes, divini immi-
nis obsequiis se emanciparunt, sub providè, atque ordina-
tè editis statutis feliciter regantur, atque gubernentur.

*Capitulo 5.1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus fi-
lius Felix Franciscinus de Cassia, Minister generalis
Fratrum Ordinis Minorum Sancti Francisci Conven-
tualium nuncupatorum, quod in proximè præterito ip-
sius Ordinis Capitulo generali de anno 1625. celebrato,
pro feliciori ipsius Ordinis, ejusque Fratrum progressu,
ac disciplina regularis observantia, novæ ipsius Ordinis
constitutiones Urbane nuncupatae in unum volumen
compilatae fuerunt.*

*5.2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat,
pro majori earundem Constitutionum validitate, atque
observantia, diœsus Felix cupiat illas Apostolicae confor-
mationis patrocinio communiri, & alias per Nos, ut in-
frà provideri.*

*5.3. Nos qui Constitutiones ipsas per dilectum filium
Jacobum Crescentium Monasterii Abbatia nuncupatae
Sancti Euthitii, Sancti Benedicti, seu alterius Ordinis,
Soletan, dictorum Commendatarium diligenter exami-
nari, & revideri jussimus, piis dicti Felicis votis, quan-
tum cum Domino possumus, annuere, illumque specia-
libus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à qui-
busvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
altisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à ju-
re, vel ab homine quavis occasione, vel causa lati, si
quibus quomodolibet innodatus existat, ad eff. & cum
presentium dumtaxat consequendum, harum serie ab-
solventes, & absolutum fore censemtes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, Constitutiones hujusmodi in
unum volumen compilatas, sic de mandato nostro ex-
aminatas, & revisas, ut præfetur, Apostolica auctorita-
te, tenore presentium perpetuè approbamus & confir-
mamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmatis robur
adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti
defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint,
supplemus.*

*5.4. Omnes verò, & singulas alias dicti Ordinis
Constitutiones in antea factas, etiam auctoritate Apo-
stolica roboratas, in iis, quæ presentibus repugnant, &
quæ annis proximè præteritis pro reformatione Fra-
trum dicti Ordinis Regni Poloniae factæ fuerunt, revo-
camus, cancellamus, & annullamus, viribusque, & effectu
Hujusmodi evacuamus.*

*5.5. Decernentes Constitutiones hujusmodi compila-
tas, ac de mandato nostro examinatas, & revisas, ut præ-
fetur, ab omnibus, & singulis dicti Ordinis Fratribus,
ceterisque personis sub penit in illis contentis inviola-
biliter observari debere.*

*5.6. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices
Bullar. Mag. Tom. IV,*

ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apo-
stolici Auditores ubique judicari, & definiri debere, ac
irritum & inane quidquid secus super his à quo cumque
quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit
attentari.

*5.7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis, ac dicti Ordinis etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia robora-
tis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indul-
tis, & literis Apostolicis in contrarium quomodolibet
concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, &
singulis, eorum omnium tenores praefectibus pro plenè,
& sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore
permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.*

*5.8. Volumus autem quod presentium transumptis
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiasti-
ca constituta munitis eadem proorsus fides ubique adhi-
beatur, quæ ipsis presentibus adhiberetur, si forent ex-
hibitæ, vel ostenta.*

Dat. in Arce Gandulphi Albanen. Diocesis, sub An-
nulo Piscatoris, die 15. Maii 1628. Pont. nostri anno
quinto. Dat. P. An. 5.
die 15. Maii.

*Sequitur Deputatio Ministris generalis hujus Ordinis
in Executorem obseruantia dictarum Confisso-
num Urbana.*

*V R B A N V S P A P A VIII. Edita An. D.
Dilecto filio Franciscino à Cassia Ordinis Fratrum Minorum
Sancti Francisci Conventualium nuncupatorum Ministro
Generali, salutem & Apostolicam benedictionem.*

Nuper à Nobis emanarunt literæ tenoris subsequen-
tis, videlicet: Urbanus Papa Octavus. Ad perpe-
tuam rei memoriam. Militantis Ecclesiæ regimini, me-
ritis licet imparibus.

*Residuum est const. quæ prædicit.
5.2. Cum autem, sicut accepimus, Constitutiones hu-
jusmodi de mandato nostro examinatae, emendatae, corre-
cta, & revisa, ac per Nos approbatæ, & confirmatae, ut præfatio de
præfetur in generali corundem Fratrum Congregatio-
ne in domo regulari sanctorum duodecim Apostolorum
de Urbe de mensa Maii proximè præteriti celebrata pu-
blicatæ, & accepta fuerint: Nos ut Constitutiones præ-
dictæ eo faciliter in omnibus ipsius Ordinis Domibus, &
locis regularibus introducantur, exadiusque ab illorum
Fratribus, & personis observentur, quo amplioribus fue-
rit Nobis, & hac sancta Sede facultatibus sufficiat,
provide re volen. ac de tua fide, prudentia, pietate, doctrina,
& religiosor viros, vitæ, ac moribus probitate, doctri-
næ, & religiosus zelo plurimum in Domino confisi, tuam
in præmissis auctoritatē in primis Apostolica auctorita-
tate prefata tenore presentium excitamus, tibique per
presentes committimus, & mandamus, ut per te ipsum, si
conmodè potueris, in minùs per idoneos ipsius Ordinis
religiosor viros, vitæ, ac moribus probitate, doctri-
næ, & religiosus zelo plurimum in Domino confisi, tuam
in præmissis auctoritatē in primis Apostolica auctorita-
tate prefata tenore presentium excitamus, tibique per
presentes committimus, & mandamus, ut per te ipsum, si
conmodè potueris, in omnibus tuis
Ordinis domibus, & locis regularibus auctoritate nostra
introducas, easque ab omnibus illorum Fratribus, &
personis, quantum fieri posse, & expedire judicaveris, obser-
vari eadem auctoritate cures, & facias, contradictores
quilibet, & rebelles per sententias, censuras, & penas
Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedias,
appellatione postposita compescen.*

*5.3. Nos enim tibi præmissa, & quæcumque alia circa Facultas
et necessaria, & quomodolibet opportuna facien, dicen. & auctorita-
tem, & exequen, plenam, liberam, & ampliam faculta-
tem, & auctoritatem dicta auctoritate tenore presentium
concedimus, & impartimur. Non obstant. omnibus illis,
quæ in presentibus literis concessa sunt non obstat, ceter-
isque contrariis quibuscumque.*

D. Roma aud. S. Mariam Majorem, sub Annulo Pis-
catoris, die 16. Sept. 1628. Pont. Nostri Anno Sexto.
Dat. P. An. 6.
die 16. Sept.

N 2 Ordinatio

URBANUS OCTAVUS.

XXXIX. Ordinationes, & Leges observandæ in electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani.

Hujus Hospitalis materiam vide indicatam ad conf. 2. Anabaf. IV. Christianæ, sup. tom. I. Et etiam hujus Pone. conf. I. s. Vniversalis, qua confirmavit omnia privilegia ei quomodolibet concessa. Et aliam pariter conf. 78. Exponi, hic supra, qua confirmavit decretum editum ad ipsius Hospitalis, & Mili- litum favorem circa conf. Greg. XV. Conservatoribus.

Edita A.D. V R B A N V S P A P . A VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

Ecclesiæ. In specula militantis Ecclesiæ, nullo meritorum suffragio, sed per abundantiam Divinae gratiæ constituti, inter cetera, quibus juxta creditum humiliati nostri Apostolatus officium jugiter urgunt, illa Nos maxime sollicitos reddunt, ut eorum, qui ad primaria in Militis Regularibus munia assumendi sunt, electiones certis legibus celebrantur, & omni perturbatione remota, scilicet perficiantur.

Orationem lo-
gico prefari-
tio votum, &
electio. Ma-
gni Magistri
probatis ne
Locumtenens
a quo magis-
tratus in ac-
tus gratiarum
concessione
fieri remittat,
sed que ad
privatum id
rum portint.
exercere, et
alias facias
ut inf.

§.1. Quare certam legem, & formam in electione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani celebra branda praescribere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestate plenitudine, hac nostra perpetud validitatem constitutione prohibemus, & interdicimus, ne de cetero ullus Locumtenens à pro tempore existente dicti Hospitalis Magno Magistro, vel Sede Magistrali vacante, à consilio status, seu completo juxta formam statutorum, seu stabilimentorum dicti Hospitalis, auctoritate Apostolica confirmatorum deputatus, vel electus, cum quovis Fratre Milite dicti Hospitalis, seu alia quavis persona ad habitum Fratrum dicti Hospitalis admitti petente, super cuiuscumque generis impedimento, vel defectu, etiam in vim quorundamque privilegiorum, seu facultatum eadem auctoritate concessorum, seu confirmatorum dispensare, aut alias gratias quovis praetexte facere, minusque literas Apostolicas Magno Magistro praefuncto directas executioni demandare, aut alios quovis actus gratiam concernentes, sub pena privationis vocis activæ, & passiva eo ipso incurreat, facere audeat, vel presumat. Volentes, & expressè præcipientes, ut ipse Locumtenens ea solum, quæ ad meram iustitiam pertinent, exercere valeat, alioquin omnia & singula per eum contra praesentium tenore quomodolibet gesta, irrita, & iniuria, nulliusque roboris, & momenti existant. Sieque dispensati, & alii quicunque executionis literatum prædictarum, necnon gratiarum eius sic, ut præfertur, à Locumtenente hujusmodi factarum, usu, & effectu careant, & alii in eodem statu, in quo antea erant, non secus ac si cum eis super suis imponentibus, vel defectibus dispensatur, gratia que eis concessa, ac litera Apostolica hujusmodi executioni demandata non fuissent, remaneant.

De pecunia
debetis
sede Magis-
trandi vacan-
te recipiendo
confundendis.

§.2. Occurrente autem Sedis Magistralis vacatione tres ejusdem Hospitalis FF. Milites fide, & facultatibus idonei, per Locumtenen, & Consilium præfatos deparentur, ut in iporum sic deputatorum manibus pecunia per debitores communis Aerari, vacatione prefata durante, in numerata pecunia realiter, & cum eff. & solvantur, & numerentur. Solventes vero solutionum hujusmodi di quietarias ab ipsis deputatis reportent, qui quidem Deputati statim, secuta Magni Magistri electione, pecuniarum per eos receptarum, & exactarum rationem reddere, pecuniasque ipsas Magno Magistro canonice eleto, seu Thesaurario, vel alii Ministeriis, ad quos de jure, & ex forma statutorum, seu stabilimentorum hujusmodi spectabit, consignare, & restituere teneantur, aliterque factæ solutiones nullatenus solventibus si fragentur, quin adhuc communis Aerari, ad effecum non ferendi sufficiunt, debitores censentur.

Milites non
erant loci
§.3. Præterea ne nullus dicti Hospitalis Frater, & co-

Miles, sive Capellanus, sive Armorum serviens, & extra non se in limites natus, cum quo super defectu limitum dispensans in eum sit, nullusque Frater Capellanus, actu Sacerdos non existens, minusque nullus Frater servitus, qui ex gratia, nullis factis probationibus, receptus fuerit. Miles, sive Capellanus, qui in quovis alio actu ille in electione Magni Magistri, aut in quovis alio actu ille lam concerne, etiam cujusvis privilegii à Sede Apostolica obtenti, vel consuetudinis etiam immemorabilis, aut quovis alio pretextu, ingenio, vel colore, votum, vel suffragium ferre, nec etiam passivum habere, seu in ea quomodolibet se intromittere, vel immiscere audeat, vel presumat, aut privilegio, vel consuetudine hujusmodi, sive quibusvis aliis gratis sibi specialiter, etiam auctoritate Apostolica desuper concessis uti possit, aut valeat. Exceptis tamen venerabili Fr. Episcopo Melivitanano, & dilecto filio Priote Ecclesiæ Conventualis ejusdem Hospitalis nunc, & pro tempore existentibus, necnon quovis alio Magnæ Crucis Fratre, quos, licet receptos extra limites, ad suffragium scandendum habiles declaramus, eosque in hac prohibitionis parte nullatenus comprehendere intendimus, sed ejusdem Episcopi, necnon etiam lingua Germanica jura, privilegia, & prærogativas, si que illis alibi competunt, præservamus.

§.4. Insuper statuimus, ut ipse Locumtenens una cum Consilio supradicto quamprimum eorum Fratrum qui juxta fraternam praesentis nostre Constitutionis suffragium latiri sunt, notam, sive catalogum, cum eorum nominibus, patris, & denominationibus, necnon tempore susceptionis habitus, ac residentia, & caravannarum per eorum quemlibet factarum confiei, illamque in locis publicis, & conflictis, ad hoc, ut si quis se gravarum senserit, aut contra aliquem excipere voluerit, intra terminum ab eisdem praefigendum, in Aquis Cancellarii, seu Vicecancellarii, aut cujusvis alterius ad hoc deputandi, exhibere, & jura sua deducere possit, & valeat, affigi curen: quo termino elaplo, & nihil opposito, opponere volentes amplius non audiantur.

§.5. Ipsius vero Locumtenens, & Consilium ipsas, & quascumque alias controversias, quas Sede Magistrali vacante, oriiri contigerit, donec ad Magni Magistri consummatam electionem deventum fuerit, privative quo ad alios quoscumque summarie, simpliciter, & de plano, absque strepitu, & figura judicii, etiam manu regia, juxta tamen eorum statuta, stabilimenta, & consuetudines hujusmodi, omni, & quacumque appellations, in integrum restitutio, & aliis quibuscumque executionem retardare valentibus, temoris, decidere, & terminare etiam possint, & valent.

§.6. Conventus vero, & omnes Fratres die, & hora solitis in Ecclesia d. Hospitalis congregentur, & Missa celebrata, Hymnoque, Veni Creator Spiritus, decantato, singuli Fratres jus suffragij vigore praesentium habentes, ad Caspella unicuique lingua ad id in eadem Ecclesia destinatam, seu destinandam, exceptis tamen Fratribus illius lingua ex qua dictus Locumtenens exiterit, qui in corpore Ecclesiæ S. Joannis remaneant, accedant, ibique prævio juramento per eorum singulos alta, & intelligibili voce juxta formam in statutis, seu stabilimentis hujusmodi præscriptam, & de praesenti obseruandam, deque eligendo eum quem secundum Deum judicaverint expedire, præstando: Quod quidem in omnibus aliis electionibus, vigore earundem praesentium faciendis, per omnes, & singulos suffragium laturos præstari, & renovari volum, non unum, ut antea consueverant, sed tres Fratres Milites ex unaquaque lingua capaces, ac juxta praesentum, necnon statutorum, seu stabilimentorum praefatorum formam qualificatos, in electores eligant, ita ut imponeretur non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabantur, sed viginti quatuor elegantur, ipsaque trium Fratrum cujuscumque lingue electio per secretas schedulas modo, & forma sequentibus fiat, videlicet quod omnes schedulae vel impressæ, vel una & eadem manu tantum conscriptæ sint, cum expressione eorum omnium, quæ in similibus electionum schedulis exprimi solent, præter nomina, & cognomina, seu denominations eligentiam, & eligendorum, illæque super mensa in Capelis, & Ecclesia hujusmodi respectivæ apponi, singulique eligentes.

eligenos seorsim, & separatis, aliis inde remotis, ad ipsam mensam accedere, & ipsime in una proprium nomen, seu cognomen, aut denominationem, in altera vero schedulis partibus, illius quem eligere voluerint, nomen, seu cognomen, aut denominationem propria manu, alioquin suffragium sit nullum, scribere debent. Liceat tamen iis, quibus Consilium, & Locutus est prelatorum ex aliqua infirmitate, vel alterius justificatae rationabilis impotentia causa id concederint, nomina, cognomina, seu denominations prefata per alium, ab ipsime Locutus est, & Consilio deputandum describi facere. Quilibet vero eligenus hujusmodi ad mensam prefatam accedens, nominibus, seu cognominibus, aut denominationibus prefatis in sua schedula, ut praefatur, conscriptis, illam compliceret & involvatur, ad effectum ut a nomine legi possit, eamque sic complicata, & involuta summis digitis elevans, & circumstantibus palam, & publice ad hoc ut unicam esse omnibus pateat, commonstrans, in urnam, seu vas in mensa ad hunc effectum appositum immittat. Quo facto tres antiquiores, seu magis antiani, tanguam scrutatores palam, & publice, omnibus videntibus, & audientibus eligentes, & schedulas in urnam, seu vas immisso numerent, & ubi pauciores, seu plures schedulas numero eligenit reperte fuerint, illici comburantur, & ad novum scrutinium toties deveniantur, donec schedularum numerus eligenit toties coequetur, illisque respondent, ipsaque trium hujusmodi Fratrum Militum pro unaqua lingua electio fiat, illique electi censeantur, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris habuerint, dummodo singuli quartam saltem suffragiorum partem afferantur. Si vero nemo, sive duo, aut unus dumtaxat ex tribus eligendis hanc quartam suffragiorum partem reportaverit, scrutinium toties tenoverit quoad alios, qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta saltem quarta parte compleatur. Qui vero, ut praefatur, electus fuerit, a suffragio ferendo pro aliis duobus arceatur, statimque atque electus fuerit, ab ipsa Capella recessat, & ad locum opportunum se conferat. Quod si Locutus est in dd. trium numerum elegatur, statim alius Locutus est deputetur, seu magis antianus ipius Consilii existens Locutus est, loco praesideat, prout Consilio expedite videbitur. Quia vero Prioratus, & aliae dignitates Anglicanae lingue Magno Magisterio Hospitalis hujusmodi, donec illud Regnum ad gremium S. R. E. redierit, Apostolica auctoritate unitate reperiuntur, unaquaque lingua successivè alium eligat, & ex septem sic electis, viginti & unus supradicti per secreta pilularum suffragia pro majori numero eligenit respectu minoris, tres diversarum nationum, Gallicæ videlicet, Hispanicæ, Italicæ, & Germanicæ elegant, qui tres, ut praefatur, electi lingua Anglica representent, illiusque vice, & nomine in electione hujusmodi tantum suffragium ferantur. His peractis ipsi viginti quatuor, ut praefatur electi, ad locum Conclavis se conserant, in quo etiam electione Magni Magistri, non alibi facienda erit, ibique Præsidentes electionis per pilulas secretas, juxta antiquam dicti Hospitalis consuetudinem hactenus observatam elegant, qui si electus loco dicti Locutus est, cum prohibitionibus supradictis gratias, & alia supradicta non faciendo, præsideat, & ea que Præsidentes electionis de jure, & privilegio, usu, vel consuetudine facere, & gerere possint, seu debent, gerat, & faciat, & subinde ad electionem Triumviratus, nempe unius militis, unius Capellani, & unius Armotorum servientis Fratrum, qui sint diversorum linguarum, juxta formam scrutinii pilularum superius descripti, usque ad perfectam electionem hujusmodi procedant, ipsaque electione celebrata, ipsi tres sic eleeti in Conclavi praedicto ad quarti electionem, diversamen lingue, unanimes deveniant, si autem intra unius horæ spatium concordes non fuerint, tunc & eo casu singuli alii Fratrem Militem eorum cuiilibet bene vivum, qui non sit ex eorum linguis, nominent, nominationeque hujusmodi ad viginti quatuor electores relata, ipsi ad secretum pilularum, pro electione unius ex dictis tribus nominatis, scrutinium deveniant, in quo

Bullar. Mag. Tom. IV.

ille, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris numeri reportabit, pro quarto electus sit, & esse censeatur. Quartus autem sic electus ad Conclave accedit, & cum aliis tribus ad quinti, quintus vero similiter electus cum aliis quatuor ad sexti electionem procedat per minorem suffragiorum numerum, siveque successivè usque ad sextidecimi electionem, videlicet duorum ex unaqua lingua, juxta eorum preminentias, & prærogativas hactenus observatas, quibus præjudicium inferre non intendimus, deveniat. Occurrente autem in omnibus electionibus prædictis suffragiorum paritate, magis antianus, & in antianitatis qualitate is, qui diuinotatem residentiam in Conventu, & in residentia paritate is, qui plures Caravanas fecerit, alii præferatur, electusque sit, & esse censeatur. Completa tandem sexdecim præfatorum electione, ipsi sexdecimi sic electi (odio, amore, & aliis quibuscumque humanis affectibus posthabitis, solumque Deum, illiusque Religionis deus, ac propagationem præ oculis habentes) ad electionem Magni Magistri, quem caparem, & pro tanti Ordinis dignitate, & utilitate idoneum judicaverint, juxta stabilimenta prefata deveniant.

§.7. Quod si electione Magni Magistri aliter, quam in Conclavi, prævia electione trium Fratrum Militum unius, cunctisque lingue, non receptorum ex gratia limitum, modo, & forma præmissis, tam respectu scrutinii, & suffragiorum, quam lingue Anglicanae facienda, & non electio prius uno Fratre Milite, uno Fratre Capellano, & alio Fratre serviente Armorum, ut supra, qualificatis, qui sive ad electionem decimosextri, duorum videlicet pro libet lingua, juxta tenores presentium procedant, & a sexdecimi electis hujusmodi, demumque de alio, quam uno ex Fratribus Militibus, ex eadem limitum gratia nequam receptis, celebrata fuerit, nulla, & irrita sit eo ipso, nullumque sortiatur effectum, quæ omnia inviolabiliter observari debere declaramus.

§.8. Mandantes propterea dilectis filiis dicti Hospitalis Magno Magistro, ac Locutus est, & Consilio, omnibusque alii Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, ut presentes literas in Cancelleria dicti Hospitalis recipiant, & admittant, ac registrant, recipique, & admitti, ac registrari current, & faciant.

§.9. Ac decernentes, presentes literas, & in eis contenta quacunque, etiam ex eo quod ipsius Hospitalis Magnus Magister, Conventus, & Fratres ad præmissa vocati, & auditio non fuerint, aut alia quacunque causa, quantumvis legitima apparente, de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitiis, aut intentionis nostræ, vel alio quocumque defecti notari, impugnari, invalidari, infringi, aut injuri, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci non posse, sed illa semper, & perpetuo valida, firma, & efficacia existere, fore, usque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ejusdem Hospitalis Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§.10. Siveque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caulfatum Palatii Apostolici Auditore, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, sublatae, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debet, ac irritum, & inane si secus super his à quoquaque quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.11. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Hospitalis Constitutione, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, stabilimentis, usibus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolici eidem Hospitali, illiusque Magno Magistro, Conventui, & Fratribus, ac quibusvis aliis personis, etiam particularibus, necnon dispensationibus super quibusvis defectibus, ac sub quibuscumque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, in generali, vel in specie, etiam Motu, scientia, & potestis plenitudine similibus, ac alias in contrarium quomodo dolibet.

URBANUS OCTAVUS.

dolibet concessis, & innovatis, quas ad effectum premissis interponimus, prout conspicimus in Domino salutem nemini suffragari posse decernimus. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ad effectum presentium tantum illis aliis in suo robore permanens, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

*Publicationis
Urbani in Insula Melitana
anno obligeatae.*

*Transumptis
exhibitib[us] fidem.*

*Dat. P. A. 5
die 3. Iulii.*

Publicationis.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi Millefimo sexcentesimo vigesimo octavo, indictione undecima, die vero tercia mensis Augusti, Pontificatus Sanctiss. in Christo Patri, & D. N. D. Urbani divina prouidentia Papa Octavi Anno ejus Quinto, retroscripta littera Apostolica affecta, & publicata fuerunt ad valvas Basilicarum Sancti Ioannis Laterane, si, & Principis Apostolorum de Urbe, Cancillaria Apostolica, & in acie Campi Flora, dimissi presentibus literis per aliquantulum temporis spatiu[m], ut moris est, affixis, ac deinde annosis, postea earundem exempla etiam impressa, & affixa reliquae per nos Franciscum Pignocatum, & Camillum Fundatum Apostolicos Curf.

Brandimartes Latinus S. D. N. Papa Cufor,
pro Mag. Cuf.

X.C.

Approbatio, & Confirmatio multarum Constitutionum, seu Ordinationum pro tutiori Fratrum Discalceatorum Reformatorum Ordinis S. Augustini Congregationis Gallie gubernio editarum.

Ifforum Fratrum materiam habet signatam ad confitendum.

63. Decet, Clem. VIII. sup. tom. 3. licet ibi non loquatur de hac Congregatione Gallie.

*Edita An. D.
1628.*

V R B A N V S P A P A VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Dilectis nobis in Christo Fratribus Discalceatis Reformatis Ordinis S. Augustini Congregationis Gallie.

Promissione.

Ex injuncti Nobis Apostolici muneric debito factaturum prosperum statum, felicemque directionem sinceris desiderantes affectibus, his quæ provide facta fuisse dicuntur, ut firma perpetuæ, & illibata persolvant, liberter cum à Nobis petitur, Apostolici munimini adjiciens firmitatem, aliasque defulper ejusdem muneric par-

tes interponimus, prout conspicimus in Domino salutem nemini suffragari posse decernimus. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu

quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, ad effectum presentium tantum illis aliis in suo robore permanens, motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Prior Generalis totius Ordinis Eremitarum S. Augu-

stini, necnon Fratres Reformati Discalceati nuncupati

eiusdem Congregationis Gallie, quod cum inter ipsum Priorum generalem ac Fratres hujusmodi nonnullis difficultates circa ejusdem Congregationis regimen

ortæ fuissent, tandem post longam, & maturam negotii

hujusmodi discussione dictus Prior generalis felici, ac

profpero ipsius Congregationis regimini, ac strictioris

quam ipsi Fratres proficit obseruantæ conservatio-

nii, & augmento consilere volens, de assensu, & consen-

su dilectorum filiorum Prioris generalis, & Assistentium

dicti Ordinis nonnulla conciluit, & providit tenoris

subsequentis.

§. 2. Quod Congregatio gubernetur per Vicarium

generalem (sicut nunc, & tempore gubernata fuit) in

Capitulo Congregationis eligendum, qui à Priore ge-

nerali Ordinis pro tempore existente, absque aliqua

contradicione confirmetur, cum omnibus actis in eo-

dem Capitulo, dummodo nihil in praedictum au-

titatis Reverendiss. Prioris generalis contineant, qui

Vicarius generalis semper si eligendus de corpore ejus-

dem Congregationis, qui eandem vitz austritatem

profiteatur.

§. 3. Et quod predictus Vicarius generalis cum Definito-

ribus Monasteriis, & Ecclesiæ oblatas acceptare, & novas

fundare possint, etiam Monasteria Ordinis Eremitarum

Sancti Augustini, quæ non actu à Religione possidentur,

& quæ possidentur, non poterunt nisi de consensu Re-

verendissimi Patris Generalis, ita tamen ut in fundacio-

nibus, & erectionibus hujusmodi servetur forma in con-

sstitutionibus, & decretis Apostolicis.

§. 4. Eligatur unus ex eadem Congregatione à Priore

generali in Presidentem Capituli: quod si non mittan-

tur literæ Presidentiaz, sit ipso facto Presidentis primus

Definitor Capituli precedentis, juxta Constitutiones

dictæ Congregationis.

§. 5. Quod nullus predicta Congregationis Frater

professis in aliquam Provinciam, vel Congregationem,

tam predicti, quam cuiusvis alterius Ordinis, & Insti-

tuti (Catholican exceptis) absque Sedis Apostolica

licentia transire possit: qui aliter transferit, ad Congrega-

tionem redire per centuras Ecclesiasticas, & alio meliori

modo à Vicario generali compelli possit.

§. 6. Et quod nullus in predicta Congregatione laicu-

vel conversus ad statum Clericorum, etiam durante

tempore Novitiorum transire possit, aut Ordines factos

fulciperi, juxta formam Decreti Clementis VIII.

§. 7. Quod si quis Frater dictæ Congregationis pro-

ppter aliquem excessum, vel culpam juxta illorum consti-

tutiones punitus fuerit per Superioris Congregationis,

à Priore generali in detrimentum disciplina Reforma-

tionis, & observantæ absoluvi non possit. Et si quis Di-

scolus & Incorrigibilis, Apostata, vel alia legitima causa,

servato Decreto D. N. Urbani Papæ VIII. à Congrega-

tione fuerit expulsus, per Priorem Generalem contradic-

ente Vicario Generali Congregationis ad illam remitti

non possit, nisi constiro de gravamine.

§. 8. Prior Generalis per se, vel per alium ejusdem

Congregationis fratres visitare & corriger poterit, jux-

ta tamen disciplina & constitutiones Congregationis,

quibus derogare non poterit, qui Prior Generalis in visi-

tatione hujusmodi primum Definitorum Congrega-

tionis assumat, & quod tam in visitatione, quam extra, Fra-

tres de loco ad locum non mittat, sed si quis mittendus

fuerit, Vicario Generali significet, ad quem Vicarium

Generalem literas obedientiales pro loci mutatione dare

pertineat. Et quod si quid alteri factum fuerit, aut ten-

tatum contra præmissa, inane & irritum esse decer-

natur.

§. 9. Et quod ad omnem vagandi occasionem tollen-

dam nullus Frater Congregationis Romam petere pos-

ter, etiam sub prætextu litterarum à Priore Generali ob-

tentatarum, nisi consentiente Vicario Generali Congrega-

tionis, & ab ipso benedictione accepta.

§. 10. Cum

URBANUS OCTAVUS.

151

Pontifex. §. 10. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat omnia & singula præmissa, post maturam discussionem tam ab ipso Priori Generali, quam Fratribus Reformatis huicmodi per modum concordia provisa & acceptata fuerint, ipsaque Prior Generalis plurimum cupiat eadem præmissa, quo firmas subsstant, exactiusque observentur, Apostolicæ nostræ confirmationis robore communificari. Nos Priorum Generalem, & Fratres prædictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulare personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet inmodatæ existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, datum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porreatis inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio præmissa per diem Priorum Generalem ut supra concessa, seu ordina- ra, & per ipsos Fratres Reformatos, ut petitur, cum omnibus inde sequitis, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò approbamus & confirmamus, illisque inviolabili Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenienti supplex.

§. 11. Præterea ne quis in Gallia habitum in materia & forme similem, ita ut ex prædictis Fratribus Discalceatis existimari possit, nisi prædicta Congregationis membrum actualiter existat, gestare, sive nonen Discalceatorum Reformatorum Sancti Augustini sibi arrogare, aut prædictam Congregationem esse Ordinis Eremitatum Sancti Augustini verbo vel scripto temere negare audeat, seu præsumat, sub excommunicationis poena interdicimus, & prohibemus.

§. 12. Et ut vita asperitas, & observantia puritatis Regulae Sancti Augustini, & peculiarium Congregationis prædictæ constitutionum absque ullo impedimento serventur, volumus quod desuper nullatenus à Superioribus dicti Ordinis dispensari possit, sed semper fixa & firma remaneat stricta Regularis observantia.

§. 13. Decernentes præsentas literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis nostra, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, aut in ius vel controversiam revocari, aut aliter quomodolibet infingi, vel retardari, suspendi, limitari, aut aliter in contrarium disponi, statui, vel ordinari numquam posse, sed illas, & in eis contenta quæcumque semper & perpetuò valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integras effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, inviolabiliter observari.

§. 14. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Rogamus quoque, & hanciam attingere Charissimum in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum, quatenus Congregationem Fratrum Discalceatorum Reformatorum huicmodi pro sua in Deum pietate, ac in Nos & hanc sanctam Seden observantia habens propensios commendatam, illam benigno favore & gratia presequeatur.

Deputatio. §. 15. Quocirca venerabilibus fratribus Archiepiscopis, Episcopis, ac aliis locorum Ordinariis dicti Regni per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte Fratrum Discalceatorum huicmodi fuerint requisiti, solummiser publicantes, eisquæ in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciente auctoritate nostra præmissa omnia ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabiles, firmiter observari. Non permittentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebet molestatu, contradicentes quolibet & rebelles per censuras &

poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris & facti remedia, appellatione postposita, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 16. Non obstantibus constitutionibus, & ordinati- nibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis contraria. huicmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & con- fuctudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, & Congregationi, illorumque Superioribus & personis, sub quibuscumque sen- tentiis, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria- rum derogatoriis, aliisque etiacionibus & insolitis clau- sulis, & cautelis, necnon irritantibus & aliis Decretis in genere vel in specie, ac aliter in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Qui- bus omnibus, eorum tenores præsentibus pro expensis habentes, illis alias in suo labore permanfutis, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 17. Volumus autem, ut præsentium transumptis, Fides trans- sumptorum. manu Notariorum publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica consti- tuta munis eadem prorsus fides ubique adhibetur, quæ ipsi præsentibus adhiceretur, si forent exhibite, vel ostensa.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pif- Dat. P. An. 5.
catoris, die 21. Iulii 1628. Pontificatus nostri anno 5. die 21. Iunii.

Quod Fratres Capuccini Ordinis Sancti Fran- XCI.
cisci ad laxiorem Ordinem sine Sedis Apo-
stolicæ, ad Cartusianum verò, sine Mini-
stri generalis licentia de cetero non tran-
seant.

Ipsius Fratribus ut Crucem propriam in processionibus deferre possint, indulxit i. aulus V. in Conf. 107. Pastoralis, sup. tom. 3. Et uberioris habet in Clement. VII. Conf. 21. Religionis, sup. tom. 1. Transiit quoque à Fratribus Capuccinis ad Fratres Minimos S. Francisci de Paula, & è contra, prohibuerat Pius V. Conf. 45. Sedis, sup. tom. 2.

V R B A N U S P A P A VII. Edict. An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1628.

I. Nunc Nobis Apostolici munera ratio postulat, *Exordium.* ut Religiosorum virorum, qui spretis hujus saeculi vanitatibus, divini numinis obsequiis, sub suavi religionis iugo, & strictioris observantia regulis selec- manticarunt, paternam curam gerentes, in his ejus- den munera partes sedulè intendamus, per quæ pro- spero, felicique eorum statui, & directioni opportunè consulatur, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

II. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Capucinorum nuncupatorum, Nobis nuper exponi fecit, *Quia multi* Fratres ad nonnulli dicti Ordinis Religiosi, nulla desuper ab Apo- stolica Sede, vel Superioribus suis obtenta licentia, ad posse praetare, *hujus Ordinis.* *ad transiit* alios Ordines, seu Congregationes se transferre posse dunt, pretenderint, & pretendant, non sine gravi regularis disciplina observantia detramento, dictique Ordinis inquietudine.

III. Nos pro nostri Pastoralis officii debito præmissis, *Ponit. ad lxx.* quantum N. bis ex alto conceditur, obviam ire, ac pro- *xv. Ordinum* *nam fine secundum* *de* *apostolice* *ca. ad Caro* *nomine Nobis super hoc humiliiter porreatis inclinati, obseruantur.* *transiit* *Ordinis Religiosus ad laxiorem absque speciali nostra, generalis licentia, & Sedis Apostolice, ad Cartusianum verò, seu quemque alium Ordinem, vel Congregationem, nisi interdicto.*

N 4 de

de Ministri generalis pro tempore existentis dicti Ordinis licentia in scriptis obtinenda, quovis praetextu, aut ex quavis quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, sub apostatis, & infamie perpetua nota, nec non excommunicationis, ac privationis vocis activa, & passiva poenis ipso facto absque ulla declaratione in currenti transire quoquo modo audeat, seu presumat, Apostolica auctoritate tenore presentium interdicimus, & prohibemus.

*Decretum
preferenti-
vum addit.*

*No judicari
principi-*

*Contraria
derogat.*

*Transumptio
fictio vari-
mandat.*

*Dat. P. An. 6.
die 9. Aug.*

XCII.

§. 3. Decernentes, presentes literas semper, & perpetuas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, siveisque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, in violabilitate observari.

§. 4. Sique, & non aliter in premissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quodam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, neconon prefatorum, ac quorumvis aliorum Ordinum, & Congregationum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate aliarboratis statutis, & consuetudinibus, privilegii quoque, indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ordinibus, & Congregationibus, illorumque Superioribus, & personis, sub quibuscumque sententiis, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanentibus, haec vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus; ceteris que contraria quibuscumque.

§. 6. Volumus autem quod presentium transumptis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subsciptis, & ligillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides ubique adhibetur, qua ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostendit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Augusti, millesimo sexagesimo vigesimo octavo, Pontificatus Nostri Anno Sexto.

*URBANVS PAPA VIII. Edita 1611.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Cum, sicut accepimus, aliquibus Religiosis quorundam Ordinum, seu Congregationum à Sede Apostolica indultum fuerit, ut Sacralementes personarum secularium confessiones audire valeant, etiam ab Episcopis Diocesanis ad examinati, & approbati non fuerint, nec desint qui temere asseverent, hoc ipsum privilegium ceteris quoque aliorum Ordinum Regularibus competere, ex amplissimis privilegiorum communicationibus, quas ab eadem Sede Apostolica obtinuerunt, & hinc saluberrimum Sacri Concilii Tridentini decreta delupes sanctum ponitus evertatur.

§. 1. Nos huic malo opportune providere volentes, de Revocatio Ven. Fratrum nostrorum Sanctæ Romane Ecclesie Cardinals negotiis Regularium præpositorum consilio omnia, & singula indulta hujusmodi audiendi secularium confessiones absque Ordinarii examine, & approbatione, quibusvis Collegiis, Capitulis, Religionibus, Societatis, & etiam Societati Jesu, Congregationibus, & Ordinibus, tam Mendicantium, quam non Mendicantium, neconon Monachorum quorundamque, etiam Sancti Benedicti, Cisterciens, & Carthusien, ac etiam quibusvis Militiis, etiam Hospitalis Sancti Joannis Hierosolymitani, ac quibuscumque Ecclesias, etiam Patriarchalibus, & Metropolitanis, Monasteriis, ceterisque locis pii, sive eorum, & eorum respectivè Abbatis, Præpositis, Decanis, Magistris, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rektoribus, etiam Generalibus, vel Provincialibus, Capellaniis, Confessariis, aut aliis quocumque nomine nuncupatis Superioribus, & personis quibuscumque, etiam quomodolibet exemptis, ac Sedi Apostolicae immediatè subjectis, cujuscumque dignitatis, præminentia, & conditionis existentibus, & quovis privilegio munitis, & tam ad supplicationem partium, quam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicae potestatis plenitudine haec tenus quandcumque, & qualitercumque, ex quavis, etiam de necessitate exprimenda causa, & alijs quomodolibet concessa, Apostolica auctoritate tenore presentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, annulamus, viribusque, & effectu vacuamus, ac revocata, cassâ, sublata, abrogata, & annulata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nec Religionibus, Societatis, etiam Societati Jesu, Congregationibus, Ordinibus, ac Militiis, & Ecclesiis, Monasteriisque predicitis, eorumque Superioribus, & personis quibuscumque imposterum ullo modo suffragari minusque illos, & illas, etiam de iis specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum mentio habent, fore, indultis hujusmodi uti posse.

§. 2. Presentes vero literas, & in eis contenta quæcumque ex eo quod quicunque in premissis interesse habent, seu habere pretendenties, ad hoc vocati, & auditu non fuerint, de subreptionis vito, aut intentionis nostra, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, in jus, vel controversiam revocari, ad terminos juris reduci, aut adversus illas quocumque juris, gratiae, vel fuchi remedium impetrari nullatenus posse, sed illas semper validas, & efficaces existere, & fore, siveisque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere.

§. 3. Sique per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac S.R.E. Card. etiam de Latere Legatos, & Nunios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 4. Non obstantibus premissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis Ordinibus, Societatis, & Congregationibus predicitis, eorumque Præpositis, Decanis, Magistris, Abbatibus, Ministris, Prælatis, Prioribus, Rektoribus, & aliis Superioribus, Capellaniis, aliisque predicitis, sub quibuscumque quo

URBANUS OCTAVUS.

153

que tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, & iritatis & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac alia in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenores hujusmodi presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subsciptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munus eadem profusa fides adhibetur, qua præficiibus adhibetur, si forent exhibitz, vel ostentæ.

§. 6. Quodque eadē præfentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Jo. Lateran. ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flora affixa, omnes ita arctent, & affiant, ac si unicuique personaliter intimata fuissent.

Datum Rome apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 12. Septembris 1628. Pont. nostri anno 6.

Anno 1629. Indictione 12. Pontificatus auctem Sanctissimi D. N. Pape Urbani dieina providentia Papa VIII. anno ejus sexto, d'è vero Luna octava Jammaris retroscriptæ litore affixa, & publicatae fuerunt ad valvas Basilicarum S. Ioannis Later. ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Flora, ut moris est, per nos Franciscum Pignoccaum, & Pompeum Giranum ejusdem Sanctissimi D. N. Pape Curores.

CIII. Quod Indulta concessa diversis Urbis Tribunibus, & Judicibus cognoscendi causas criminales super delictis quarumcumque personarum, privative quoad alios, non privative quoad Gubernatorem Urbis pro tempore existentem, sed cumulative cum eo concessa intelligentur.

Hujusmodi Indulta multis Archibishopalibus, Collegiis, Capitulis, Militiis, ac similibus concessa à diversis Pontificibus require in Repertorio, in singulis eorum nominibus.

Auctoritatem vero Gubernatoris Urbis, lege in Leonis X. Const. 8. Etsi cunctarum, suprà tom. 1. & in Pii IV. Const. 1. Cum scire, tom. 2. necnon Pii V. Const. 107. Cum Apostolica, d. tom. 2. In quibus omnibus alias de hac materia loquentes Constitutiones habes indicatas.

An. D. 1628. V R B A N V S P A P A V I I I . Ad perpetuum rei memoriam.

Dicit Romanum Pontificem, qui bonique supremum assertorem, si quæ dubia circa constitutas administrandas justitiae rationes orientur, declarationis suæ oraculo ita dilucidare, ut præcisa coiuscumque habitationis, sive dubii materia, unicuique quod suum est, per competentes Judices, & Ministros æqua lance tribuatur.

§. 1. Cum itaque, sicut acceperimus, varia diversis Alianza Urbis nostra Tribunalibus, & Judicibus, etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus Proectorsibus, & Collegiis, vel aliis etiam hic de necessitate exprimendis Indulta quascumque causas criminales, vel eatum aliquas super quibuscumque delictis, criminibus, & excessibus quarumcumque personarum, tam Laicarum, quam Ecclesiasticarum, etiam regularium, & Militiarum, etiam

speciali nota dignarum, privative quoad alios quoscumque cognoscendi, per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam Nos concessa sint.

§. 2. Nos debitez earundem caularum cognitioni, atque expeditioni quantum cum Domino possumus, confulere volentes, necnon omnium, & singulorum Indulctorum prædictorum tenores, ac Dat. præsentibus pro expressis habentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ postulatis plenitudine: Quod omnibus, & singulis Indulta privatis hujusmodi, non privative quoad modernum, & pro quoad vicie tempore existentem dictæ Urbis Gubernatorem, sed cumulativè cum eo concessa intelligantur & intelligi debent.

§. 3. Sicque, & non aliter, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caularum Palatii Apostoli Auditores, ac S.R.E. Cardinales, Camerarium, Vicecancellarium, Cameræ Apostolicæ Thesaurarium generalem, & quovis alios Officiales, & Ministros, sublati, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debeant, ac irritum, & inane si securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenari, tenore præsentium declaramus, & (quatenus opus sit) statuimus, decernimus, & mandamus.

§. 4. Non obstantibus (quatenus opus sit) regula nostra de jure quæ sito non tollendo, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris, die 23. Septemb. 1628. Pontificatus Nostri Anno Sexto.

Confirmatio Privilegiorum, & Indultorum Ordini Fratrum Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum, & illius personis confessorum, dummodo sint in usu, nec revocata, vel Sacris Canonibus, Concilii Tridentini Decretis, aut Constitutionibus Apostolicis non repugnantia.

Hunc ordinem approbat Greg. IX. ut suprà tom. 1. Const. 9. Devotionis, ubi plenè ipsis materiali legere potes. Reformatis vero istius Ordinis transsum ad hos Calcentos sine Sedis Apostolica licentia interdixit istem Pontifex suprà in Const. 77. Injuncti. Eademque Ordini, ut Missam, & Oficium recitare valeant in die festo Sancti Raymundi Confessoris, d. Ordinis Professoris, de communione Confessoris non Pontificis concessit iste Pont. sup. in Const. 52. Salvatoris.

V R B A N V S E P I S C O P V S, Servus Servorum Dei: Ad perpetuum rei memoriam.

Ex clementi Sedis Apostolicae provisione, necnon exordium personarum Deo devotarum sub Religionis iugo Domino militantium pia devotione provenire dignatur, ut Romanus Pontifex quandoque per prædecessores

fores suos Romanos Pontifices pro personarum earundem, locorumque illarum felici successu, & quiete consolata approbet, & confmet, atque communiat, prout personarum earundem, ac locorum, & temporum qualitatibus debite pensatis conspicit in Domino salubriter expedire.

*Motu à dī-
versis Poniſiſ.
moderni Procuratoris Generalis infraſcripti Ordinis
hunc Ordiniſ
Beatae Mariae Nobis nuper exhibita petiſto continebat,
quod oam inter orores vitæ Regulatis Ordines ille in
prinzipiis conspicuus eſſe videretur quem Beatissima Cœlo-
rum Regina ad Captivorū in infidelium partibus misere-
ſervientium redēptionem Sancte Raymundo de Peni-
ſort, & claræ memorie Jacobo Aragoni Regi, nec-
non quondam Petro Nolasco primo illius professori, dum
vitam ducerent in humanis, singulari quodam mifera-
tionis affecti ſibi fore chariflum revelaverat, felicis
recordationis Calliſtus Papa IIII. p̄edecellus noſter il-
lum certis Ordinibus ratione quarti voti, quo illius Fra-
treſ ſe Infidelibus in Captivorum redēptionem pignus
fore dōvōtent, & obſtrigunt, celiſorem, & perfēctorem
vocavit, & hic ipſe Ordo jam inde ab anno Domini mil-
leſimo ducentefimo decimo octavo, in Cittate Barchi-
nonensi, ab eodem Jacobo Rege in die festo Sancti Lau-
rentii Martyrī, ſub invocatione Beatae Mariae de Mer-
cede, & Redēptione Captivorum nuncupata institu-
tus, & à pia memoria Gregorio Papa IX. etiam p̄edecel-
loſo noſtro à Nativitate Domini millesimo duenteſi-
mo trigelimo, & revelatione verō p̄edicta duodecimo,
Pontificatus autem ſui octavo annis, in festivitate Sancti
Antonii Abbatis conſermatus, iis pietatis incrementis in
corporum animarumque Captivorum hujusmodi ſalu-
tem, ſcilicet eorum aliis redimendis, aliis instruendis,
aliisque in fide corroborandis opere, & ſermone in dies
magis magisque effloruit, ut quamplurimi Romani Pon-
tifices ſimiliter p̄edecelloriſ noſtri, non minus primam
illius originem cœlitus revelatam, quām pios hujusmo-
di progreſſus admirati innumeratas propemodum in cum
gratias, & privilegia, ex inexhausto Ecclesiæ Dei the-
ſauro depremptas, Sedis Apostolicae benignitate libe-
raliſſime contulerit.*

*Pro Ordo
ſupplicava:
Ponit uo co-
fratre de-
gnerunt.*

§. 2. Quare pro parte dieti Ludovici, tam ſuo, quām
univerſorum ejusdem Ordinis Profectorum nominib⁹
Nobis fuit humiliter ſupplicatum, quatenus privilegia
hujusmodi pro ſirmiori illorum ſubſtentiā Apostolico
munimine roborare, aliaſque eis in p̄emissis, ut infra,
opportūne providere de benignitate Apostolica digna-
temur.

*Prout modo
approbat, &
ceteris in viſceribus gerimus charitatis, pro perum,
modo fac. Ca-
non. & Cate-
chis, non ad-
verſum, &
ſuppler que-
annis & deſi-
gnis.*

§. 3. Nos igitur dieti Ordinis Beatae Mariæ, quem
præ ceteris in viſceribus gerimus charitatis, pro perum,
& tranquillum ſtatuum paterno zelantes affecti, ac Lu-
dovicum, & ſingulos Religiosos hujusmodi quibusvis
excommunicationis, ſuspensionis, & interdicti, aliaſque
Ecclesiasticis ſententiis, ceſuris, & poenit. à jure,
vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latit, ſi qui-
bus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum p̄eſen-
tium dumtaxat conſequendum harum ſerie absolventes,
& abſolutos fore cefentes, hujusmodi ſupplicationibus
inclinati, omnia, & ſingula privilegia, & indulta, im-
munitates, exemptiones, libertates, p̄errogativas, an-
telationes, p̄eſeminentias, licentias, facultates, con-
ceſſiones, remiſſiones peccatorum, indulgentias, abſolu-
tiones, aliaſque gratias universas per dictum Grego-
rium IX. & recolendæ memorie Gregorium XI. Inno-
centium IV. Innocentium VI. & Innocentium VIII. Ale-
xandrum IV. & Alexandrum VI. Clementem IV. Cle-
mentem VI. & Clementem VII. Joannem XXII. Nico-
laum III. Nicolaum IV. & Nicolaum V. Bonifacium
VIII. Urbanum V. Martinum etiam V. Eugenio IV.
Pium II. p̄edictum Calliſtum. Paulum II. Pa-
ulum III. & Paulum IV. Sixtum IV. Julius II. &
Julium III. Leonem X. noviſſimeque Sixtum V.
Clementem VIII. & Paulum V. & alios quoſcumque
Romanos Pontifices p̄edecelloriſ noſtri univerſo
Ordini Beatae Mariæ hujusmodi, & ſingulis illius Pro-
vinciis, Monasteriis, Prioratibus, Domibus, & alii re-
galarij locis, necon Generali Magiſtre, illiusque,

five ipsius Ordinis Vicario, ſeu Vicariis, Procuratoribus,
Viſitatoribus, Provincialibus, Redemptoribus Captivo-
rum, Eleitoribus, Definitoribus, Commendatoribus,
Vocalibus, aliaſque Officialibus quoſcumque nomine
nuncupatis, & ceteris illius Fratribus, & Religioſis, &
alii personis quibuscumque, tam in genere, quām in
ſpecie, etiam per modum communicationis, extenſio-
nis, & ampliationis, & aliaſ quomodolibet, & ſub qui-
buscumque verborum formis, & expreſſionibus conces-
ſa, innovata, conſermata, & approbata, & literas Apoſto-
licas deſuper tam in plumbō, quām in forme brevi ex-
peditas, quorum & quarum omnium, & ſingulorum, ac
ſingularum tenores, etiamſi talia ſeu tales forent, quām
ſpeciali, & individuali mentionem requirerent, ac da-
tiſ p̄eſentibus, ac ſi de verbo ad verbum infererentur,
pro plenū, & ſufficienter expreſſis haberi voluimus, dum
modo tamen fini in uſu, & ſacris Canonibus, & Conci-
lii Tridentini Decretis, necon Apostolica Constitutio-
nibus, & dieti Ordinis regularibus iſtitutiſ non repu-
gnent, illaque, & illa hacceſus revocata, & revocata, ac
lub aliquibus revocationibus comprehenſa, & com-
prehensio non ſint, Apostolica auctoritate earundem te-
nore p̄eſentium perpetuū approbamus, & conſermamus,
illisque perpetuū, & inviolabilis Apostolice firmitatis
robur adjicimus, omnesque, & ſingulos, tam juris quām
ſacrī, & quarumcumque ſolemnitatum de jure, uſu, vel
consuetudine, aut aliaſ quomodolibet requiſitarum, ac
in premiſis omissarum, necon quoſcumque alios,
etiam quantumvis ſubſtantiales defectus, ſi qui deſu-
per quomodolibet intervenerint, dieti auctoritate ſup-
plemus.

§. 4. Decernentes eadē p̄eſentes ſemper, & per-
petuū validas, & efficaces eſſe, & fore, ſuoſque plena-
rios, & integros efficiſt ſortiri, & obtinere, ſicque ab
omniſbus, & ſingulis cenſeri, & ita per quoſcumque Ju-
dices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palati
Apoſtolicis Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de
latere Legatos, dietæque Sedis Nuntios iudicari, & de-
finiri debere, ac irritum, & inane quicquid fecus ſuper
hiſ a quoqum quavis auctoritate, ſcienter, vel igno-
rante contigerit attenari.

§. 5. Non obſtantibus p̄emissis, necon p̄edicti
Bonifacii Papa Octavi pariter p̄edecelloris noſtri de
una, & in Concilio generali edita de alia dietis, dum
modo tamen non ultra tres dietas quis vigore p̄eſen-
tium ad iudicium trahatur, illisque quibusvis Aposto-
licis, etiam in Provincialibus, Synodalibus, universalibus
Conciliis editis ſpecialibus, vel generalibus
Constitutionibus, & Ordinationibus, necon dieti Or-
dinis Beatae Mariæ juramento, confirmatione Apoſtoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis ſtaturi, & con-
ſuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris
Apoſtolicis illi, ejusque Superioribus, & personis, ſub
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriariuſ derogatoriis, illisque efficacio-
ribus, & efficacissimis, ac inſolitis clauſulis, irritanti-
bus, & aliaſ decretis, in genere, vel in ſpecie, etiam
Motu proprio, & conſistorialiter, ac aliaſ in contrarium
quomodolibet conceſſis, conſermatis, & innovatis.
Quibus omnibus, etiamſi pro illorum ſufficienti deroga-
tione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialiſ, ſpe-
cifica, expreſſa, & individua, ac de verbo ad verbum, non
autem per clauſulas generales idem importantes mentio,
ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exqui-
ſita forma ad hoc ſervanda foret, illis alia in ſuo robo-
permanſuris, haſ vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe
harum ſerie latiſſime, & pleniflē derogamus, ceteriſ
que contrarii quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod earundem p̄eſentium
transumptis, etiam impressis, manuque, & ſigillo pro
tempore exiſtenti Magiſtri generaliſ ipsius Ordinis Bea-
tae Mariæ, ſeu illius Vicarii ſubſcriptis, & munitis eadem
proſuſ fides adhibetur, tam in iudicio, quām extra
illud, quæ eisdem p̄eſentibus adhibetur, ſi forent
exhibitæ, vel offendit.

§. 7. Per eadē p̄eſentes autem non intendimus fa-
cilitates dieti Magiſtri generaliſ circa Fratres ipſius Ordini-
nis prebarb.

mit Beatae Mariae Reformatos, seu Recollectos nuncupato in aliquo approbare.

§. 3. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram absolutionis, confirmationis, roboris, adjunctionis, & quodcumque supplicationis, decreti, derogationis & voluntatis infringere, vel ei auctu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum.

Dat: Rome apud S. Marian Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1628. Idibus Octobris, Pont. nostri anno sexto.

nium notitiam pervenire possint, in Sacraria dictæ Ecclesiæ, & Bibliothecæ ejusdem Domus portis interioribus remaneant affixa.

§. 4. Nulli ergo omnino bonum licet hanc paginam nostram absolutionis, inhibitionis, praecipi, decreti, & voluntatis infringere; vel ei auctu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum.

Dat: Rome apud S. Marian Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1628. pridie Kal. Novemb. Pont. nostri anno 6.

CV. Excommunicatio contra extrahentes Sacra Reliquias, aut Libros ex Ecclesia, & Biblioteca Collegii Sancti Francisci de Paula ad Montes Vrbis Fratrum Minimorum Nationis citerioris Calabriae.

De hoc Collegio vide in hujus Sanctiss. Pont. const. Ex injuncto, hic suprad, ubi notavi.

A.D. V R B A N V S E P I S C O P V S, Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Urtis, & honestis Christi fidelium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis.

§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum modernorum Vicarii Generalis, & Fratrum Domus regularis Nationis Calabriae ad Montes nuncupatos de Urbe, Ordinis S. Francisci de Paula Minorum nuncupatorum petitio continebat, quod in Ecclesia coram Domus quamplures diversorum Martyrum, ac Beatorum, & Sanctorum Reliquias, necnon in ejusdem Domus Libraria, seu Bibliotheca diversi generis libri, volumina, & alia scripta Ecclesiæ, & Domui hujusmodi hinc inde pro majori divini cultus augmento, & Fratrum eorumdem spirituali consolatione, & profectu piæ, & studiosè comparata reperiantur: Et propterea ne successu temporis tam Reliquias, quam libros, & volumina, seu scripta hujusmodi passim distribui, & inde asportari, ac disperdi contingat, pro parte corundem Vicarii, & Fratrum Nobis fuit humiliiter supplicatum, quatenus in premissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur prædictum Vicarium, & Fratrum hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim quibus quomodo libet innovati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem Vicario, & Fratribus, eorumque successoribus, & aliis personis quibuscumque, tam secularibus, quam regulatibus, ne deinceps perpetuis futuris temporibus ullæ omnino Reliquias, nec Libros, seu Volumina, & Scripta hujusmodi ab Ecclesia, & Domo, seu Bibliotheca præfatis ullo modo amovere, transportare, distribuere, seu mutuò dare audeant, seu præsumant, sub excommunicationis eo ipso incurriende sententia Apostolica austoritate tenore præsentium inhibemus, & præcipimus.

§. 3. Decernentes ex nunc irritum, & inane quicquid fecis super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit atteneri.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, & in Provincialibus, & Synodalibus, Universalibusque Conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Domus, & Ordinis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatae alia roboris statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, quod literæ præsentes saltem semel quolibet anno in dicta Domo publicentur, ac illarum copia, & exemplar authenticum, ad hoc ut ad om-

Nova institutio Collegii in Oppido Civitate XCVI. nuncupato Fuldense, ad Scholares Germanicæ Nationis ibi Latinis literis, aliisque liberalibus disciplinis instruendos; una cum congrua dotis assignatione, ac gratiarum, privilegiorumque concessione, & extensione.

Hujusmodi Collegii Institutionem factam habet à Gregor. XIII. qui desuper Apostolicas literas non expediti, prout facile credendum est, & referuntur hic in §. 2. Et quia parum processit d. Collegium, iste Pontifex de novo, & ex instegro instituit.

Non dissimilia Collegia pro hujusmet Nationis Scholaribus erexit iste Pontifex in Civitate Pragensi sup. Const. 66. Quoniam, & in Civitate Viennensi, ut in Const. 67. Quoniam, sup. Ac unum antea pro adolescentibus ex Illyricis Provinciis in Civitate Lauretana instituerat in Const. 64. Zelo Domus Dei, sup.

V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita A.D. Seruus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Quoniam divina bonitatem visum est humilitatem nostram turbulentissimis Christianæ Republicæ temporibus ad Universaliæ Ecclesiæ regimen vocare, ex eo tempore Nos ejusdem adjuvante gratia ea cogitare non destimus, quæ sicut officii nostri ratio postulat, ad divinum ubique cultum propagandum, & Ecclesiasticam disciplinam restaurandam, & augendam, animarumque salutem procurandam maximè cognovimus pertinere.

§. 1. In primis vero animo recolentes, amplissimam Germanicæ Provinciam, quæ superioribus seculis inter fortissimam ipsius Nationis laudes, atque virtutes tanto sinceræ fidei, & Christianæ Religionis cultu eminentे solebat, ut reliquis Christianæ Republicæ partibus non minori exemplo, quam ornamento, atque decori foret, nunc tot, tantisque in ea instigatu Satanæ excitatis de Religione dissidiis ita miserandum in modum afflictam, & deformatam esse, ut nemo vel mediocre pietate præditus sine lachrymis tam gravem animarum jacturam recordari, nedum intueri queat, eam præcipue curam suscepimus, ut quibusvis possimus modis, nullis laboribus, nullisve sumptibus parcentes, apta sanandis illius vulneribus remedia adhibeamus.

§. 2. Ac proinde considerantes fel. record. Gregorium Papam XIII. prædecessorem nostrum optimo quidem consilio Collegium in Oppido Civitate nuncupato Fuldense, nullius diæcesi, provinciæ Moguntinæ, Quadrangulari alendorum, ac Latinis literis, Logica, Physica, aliisque liberalibus disciplinis, ac Sacra demùm Theologia, necnon piis, & Christiano nomine dignis moribus instituendorum Germanicæ Nationis puerorum causa, ut Hæreticorum maximè nobilium filii, à quibus pendent pagi, oppida, & ditiones in Germania, eca liberalis mensa ille&ti catholice ibidem educarentur, & sanctæ Sedis Apostolice nomen contra Hæreticorum execrationes Antichristianas amabile fieret etiam ipsi hostibus fidei juratis, nulla obligatione requisita, stipendia

Sancti pop. natu.

*Dat. P. An. 6.
die 31. Octob.*

Edita A.D.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

1628.

</

dia verò danda iis, qui Alumni esse non possent, & facilius ibidem absolvendū humaniora studia, descendam fidem Catholicam, & ut à scholis Hereticorum Germania, Juventus abstrahereat, in quibus hujusmodi subfida ex Monasticis, & Ecclesiis bonis, tanquam illecebra adolecentibus conferantur, nulla etiam obligatione à stipendiariis requisita, eidem Collegio mille, & octingentorum scutorum auri de Camera, mille & ducentorum videlicet pro Alumnatu, sexcentorum verò scutorum hujusmodi summa pro stipendiis assignata, quam de presenti Camera nostra Apostolica solvit, alias Apostolica auctoritate erexit, & instituisse, tamen id ejus exceptum, atque conatum, tum propter obitum iphus, tum ob varias quæ postea sequunt sunt temporum, & rerum difficultates, parum processisse, imò nec literas Apostolicas super hujusmodi erectione, & institutione expeditas esse verisimiliter credendum sit, cum factis plurimis tam in Romana Curia, quād in d. Oppido Fulden, diligentiis litera Apostolica super hujusmodi erectione, & institutione non posuerint expedita.

Ideo illud s.p.
quam prop-
agandam fidei
missione de
novo origi-
natur, Ali-
norumque mu-
nerum fin-
tatur.

§. 5. Nos ad opus hoc propagationi fidei utilissimum, præteritum hoc tempore, quo Germania summa operariorum Catholicon inopia laborat, tota vtebus, prout ex suscepit servitutis officio tenetur, promovendum animum, & mentem nostram convertentes, ac ceptum, & conatum dicit Gregorii prædecessoris renovare intendentes, ac singulares personas Collegii hujusmodi à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiastici sententias, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quisbus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præstitionis dumtaxat consequendum, hatum scite absolventes, & absolutas fore, cententes, maturo desuper cum Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Congregationi de Propaganda Fide Praefatis habito consilio, Motu proprio, non ad alicujus Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, meraque liberalitate nostris, ac Apostolica potestati plenitudine, ad Dei omnipotenti laudem, sanctæque ipsius Ecclesie incrementum, precipuamque Germanica Nationis salutem, & commodum, in dicto Oppido Fulden, rursus Collegium ipsum Fuldense appellandum, in quo licet ex tenore creationis, & institutionis Gregorii prædecessoris hujusmodi Quadragini Alumnorum numerus, ex quo tunc tempora erant optima, & minori sumptu ibi mortalis hac vita sustentari poterat, in eo manutendus veniret, quia tamen nunc omnia in triplo, aut quadruplo sunt pretio, nec unquam tanta auctio vilitas, quanta superiori seculo fuit, verisimiliter redditura est, xxx. Alumnorum numerus non ex tota Germania tantum, sed ut hactenus conservavit, ex septentrionalibus ejus Provinciis, videlicet Franconia, Hassia, Buchonia, Saxoniam, Misnia, Turingia, Brunsvigia, Vestphalia, Marchia, Brandenburgica, Ducatu Mechenburg, Pomerania, Holsatia, & Archiepiscopatu Bremensi evocandorum de cetero manuteneri debet, Apostolica auctoritate tenore præsentium denud ex integrō perpetuū erigimus, & instituimus.

Et præcis
eiusmodi
1800. fons
autem annua
affigimus.

Alumnorum
25. Alum-
ni profari
debet, &
alios digre-
si se profa-
re.

§. 4. Illique sic crebro, & instituto pro congrua ejus dote, ac Alumnorum prædicatorum, & illis inservientium personarum sustentatione, onerunque illis incumbentiū suppertatione redditus annuos mille, & octingentorum scutorum aureorum hujusmodi ex Camera Apostolica pecunias quotannis sumendos, & numerandos, distributa in trimestres singulos pro rata solutione, quo ad de totidem reddituum summa in bonis stabilibus eidem Collegio à Nobis, vel successoribus nostris Romanis Pontificibus pro tempore existentibus fuerit provisum, eisdem auctoritate, & tenore concedimus, & attribuimus.

§. 5. Ac ex predictis triginta Alumnis quindecim obligandos ad præstandum juramentum juxta formulam ab eadem Congregatione Alumnis Pontificiorum Collegiorum prescriptam: reliquos verò quindecim nobilis, & illustribus Parentibus, etiam Hereticis ortos, dummodo ipsi sunt Catholici, vel quampridem siant, ab ea obligatione à nostro, & Sedis Apostolica Nuntio causa dimitti contigerit, etiam etiam in dicto Catalogo annis, & pro tempore in illis partibus residente, cui per exprimi; insigniores verò Alumnorum prælatorum actiones

praesentes ex hunc, prout ex tunc, pleargant, & omnino concedimus facultatem, & auctoritatem, pro eius prudentia, communicato tamen prius consilio super uniuscuiusque dispensatione, & re accurare discoula cum dilecto filio Joanne Bernardo moderno, & pro tempore existente Abbe Fuldeni, vel habita relatione ab Ordinariis illarum partium ex quibus ii Alumni fuerint oriundi, dispensando.

§. 6. Et ex prædictis scutis sexcentis auri de Camera, ex 1000, que distribuuntur ad instar elemosynæ Scholaribus pauperibus extra Collegium degentibus, ex 1000, tunc tantum eisdem pauperibus assignanda, & ut hactenus factum est distribuenda, reliqua verò trecenta quindecim Alumnis, qui juramentum hujusmodi præstabiliti sunt, applicanda, & in eorum necessitatibus impendenda esse, eadem auctoritate volumus, statutimus, atque docernimus.

§. 7. Ceterum cum dilectorum filiorum Presbyterorum Societatis Iesu in hoc educandorum, instituendo, & in aliis hujusmodi Collegiis, & in hoc ipso satis cognita sit atque perspecta, idem Collegium, atque Scholaris illius Presbyterorum prædicatorum, siue adhuc fuere, regimini, institutioni, doctrina, atque prudentia, eadem auctoritate etiam perpetuū subjecimus, atque submittimus.

§. 8. Præterea ut ejusdem Collegii conservationi, bonaque tan in his, quæ ad Scholarium institutionem, & disciplinam, quæ ad victum, vestitum, aliaque hujusmodi necessaria pertinent, opportunius consulatur, & promptius eis, paratumque auxilium sit, S.R.E. Cardinales Congregationi de Propaganda fide Praefatos prædictos, nunc & pro tempore existentes ejusdem Collegii Protectores, & Defensores, qui in Viceprotectorem illius dictum modernum, & pro tempore existentem Abbatem Fulden, ita tamen, ut in gravioribus nihil præcipere, aut mandare, vel facere valeat sine consilio & contentiu Nuntii Apostolici prædicti, quibus aliquid eorum, quæ vel in hac fundatione, vel in regulis à Congregatione prædicta approbatis continentur, immutare minime licet, absque ejusdem Congregationis, vel nostra, aut Romanorum Pontificis pro tempore existentis expressa licentia, deputare possint, & valeant, eadem auctoritate constitutus, atque creamus.

§. 9. Illisque, ac Viceprotectori præfato pro salubri illius conservatione, Alumnorumque, bonorum, & rerum, iurium temporaliū, & spiritualium ejusdem Oeconomos, Advocatos, & Procuratores in eo deputandi, & amovendi, ac alios in eorum locum substituendi, differentias, & controversias inter quascumque personas, tam Alumnorum, quam Ministrantium clericorum, & laicorum, non tamen Presbyterorum ipsius Societatis exortas summarie, simpliciter, & de plano, sine figura, aut strepitu judicij, appellatione quæcumque remota, decidendi, definiendi, terminandi, statuante, & ordinationes disciplinam domesticam, & studia Alumnorum prædicatorum concernentia, & qua tamen, & honesta, sacrilegique Canonibus, & Concilii Tridentini decretis non repugnantia faciendi, & condendi, quæ postquam facta, edita, revocata, immutata, & correcita fuerint, perinde habeantur, & observentur, ac si auctoritate Apostolica approbata & confirmata essent, prout illa ab omnibus dicti Collegii Alumnis ita haberi, & inviolabiliter observari mandamus, plenam, & liberam auctoritate, & tenore præmissis facultatem impartimus.

§. 10. Quod autem ad dictorum Alumnorum admissionis modum, & formam deinceps habendam attinet, Rectorem prædictum dicti Collegii pro tempore existentem librum habere, in quo notentur nomina, & cognomina, ac Patrie, & Parentes Alumnorum, qui se cipientur in dicto Collegio, & ex eo dimittentur, ex dicto libro singulis annis Catalogum eorum qui recepti, & qui dimisi fuerint, cum die, menseque ingressus, & egredi illorum, Nuntio prædicto mittere, ut ipse Nuntius illum, præfato de propaganda fide Congregationi transmittere possit: quod si ex aliqua peculiari causa dimitti contigerit, etiam etiam in dicto Catalogo annis, & pro tempore in illis partibus residente, cui per exprimi; insigniores verò Alumnorum prælatorum actiones

URBANUS OCTAVUS.

157

actiones in eodem libro annotata, easque suo tempore eidem Nuntio significatae, ut pariter de illis eadem Congregationem certorem facere valat, quas ad Nos, & Successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes per eandem Congregationem deferri volumus, ut cum occasio tulerit premios cohonestentur.

§. 11. Ac denique alium librum, in quo dati, & accepti rationes diligentissime, & clarissime descripta sunt, illaque singulis annis ad minus eidem Nuncio reddantur, & in ejus matibus relinquatur folium vulgo Bilancium, in quo prouisio Collegii, & alia quæ ipsius Collegii, vel Alumnorum ratione accepit, & ea, que illo anno pro ipsius Collegii, & Alumnorum sustentatione impendit, notata existant, ut similiter ab eodem Nuntio ad Urbem mitti possit, etiam habere. Si quid autem de ratione Pontificis summa, redditis rationibus, supereterit, id vel in aliis Alumnis evocandis, vel in necessariis libris emendis, vel in vestientibus Alumnis dimittendis, vel etiam in redditibus augendis, aut in aliis Collegii necessitatibus arbitrio Nuntii, & Abbatis Fuldeni, praedictorum impendi debere, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus.

§. 12. Ut verò hujus Collegii Alumni post longos studiorum, aut coepitorum, aut consummatorum labores expeditiores, & alacriores ad succurrentum partem necessitatibus reddantur, eisdem Alumnis, ut cum solis litteris testimonialibus dicti Collegii Rectoris pro tempore existentes Abbatii Fuldeni offerendas, ac ejus sigillo munendis, nisi forte Alumnii praediti suos Ordinarios haberint, à quibus dimissorias à Concilio Tridentino ordinatas habere possint, ad omnes, etiam factos, & Prebeytatus Ordines, sine aliquo beneficio, vel patrimonio titulo, etiam extra tempora ad id à Jure statuta, & intra annum, annique curriculo non expectato, minusque servatis ad id à Concilio Tridentino praedicto designatis interstitiis, dummodo ad id alias reperiantur idonei, promoveti, & postquam promoti fuerint, in illis, etiam in Altaris ministerio ministrate, ac etiam tam ipsi, quam ceteri omnes in dicto Collegio degentes, ut penitentia, & Eucharistia, etiam in die Paschatis, & Extreme unctionis Sacramenta à Confessario, aut alio Sacerdote ipsius Collegii à dicto Rectore constituendo suscipere liberè, & licite valeant, auctoritate, & tenore praemissa de speciali gratia indulgimus.

§. 13. Verum ut quantum fieri poterit, dictorum Alumnorum pati pertat, & necessitati succurratur, scrip̄ requirimus, atque monemus Archiepiscopos, Episcopos, & alios antedictarum Provinciarum beneficiorum Ecclesiasticorum Collatores, & Collatrices, ut in illis conferendas, & praesertim si beneficia hujusmodi pro tempore obtinentibus immixtā cura animarum, Alumnos praefatos aliis omnibus ceteris paribus praeferant. Nuntios quoque Sedis Apostolicæ, aliosque praefatos supradictarum Provinciarum, in quorum Diocesi Alumni praefati extiterint, ut in occurrentibus beneficiorum hujusmodi, & praefatum curam animarum habentium vacationibus, quorum collatio, provisio, vel dispositio quoquo modo ad Sedem Apostolicam pertinuerit, de illis Alumnis audiatis, pauperibus, præcipueque nostra Pontificia gratia dignis, Nos, successoreisque nostros Romanos Pontifices pro tempore similiter existentes certiores faciant, ut munificentiam nostram erga illos, prout tempus, vel occasio tulerit, exercere possimus. Et generaliter in Dignitatibus, Personatis, Canoniciatis, & Præbendis Parochialibus Ecclesiis, & alii beneficiis Ecclesiasticis per collationem vel electionem in Alumnorum partiis providendis eisdem Alumnos altis omnibus, ceteris partibus, tam in Rom. Curia quam in Ecclesiis suis originalibus præferri volumus, & decernimus.

§. 14. Atque insuper eisdem Collegio, & Scholaribus, Rectoribus, & Gubernatoribus omnia, & quæcumque privilegia, exemptiones, libertates, & indulxta, quibus Studium generale Almae Urbis nostra, & illius Rectores, Doctoresque in eo legentes quovis modo utuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti, potiri & gaudere possint, & poterint quomodolibet in futurum, ita ut Collegium, & Scholaris, ac Rectores, & Gubernatores hujusmodi alii constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ne illis non solum ad eorum instar, sed paciformiter, & æquè non statutis, & constitutionis privilegiis quoque, indulxit,

Bull. Mag. Tom. IV.

principaliter uti, potiri, & gaudere possint, & valeant in omnibus, & per omnia, eisdem auctoritate, & tenore similiter perpetuè communicamus.

§. 15. Ut verò temporalibus commodis spiritualia munera quoque conjungamus, quibus fidelium devotio, & merita crecente magis & augeri possint, de ejusdem omnipotentis Dei misericordia, ab Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius auctoritate consili, dominib, & singulis Scholaribus, Rectoribus, & Ministris qui in identem Collegium recepti fuerint, in ipso ingressu, & deinde in exitu, si quidem confessi, & contriti Sanctissimum Eucharisticum Sacramentum sumptserint, atque etiam in eodem Collegio decedere eos ab humanis contigerit, in mortis articulo plenariam orationem, & singulorum peccatorum suorum Indulgentiam, & remitti onem misericorditer in Domino concedimus & clargimur.

§. 16. Postrem quascumque Regulas, & Constitutiones ad ejusdem Collegii, illiusque personarum, rerum & bonorum spiritualium, & temporalium curam, regimenes gubernium, directionem, & administrationem, ac alumni præfotorum receptionem, admissionem, vicuum, pag. fidei, amicum, instructionem, disciplinam, & alia quomodo libet pertinentia, à dicta de propaganda Fide Congregatione die 25. mensis Septembri anni Domini 1623. edita etiam perpetuè approbamus, & confirmamus, illas, que ab omnibus inviolabiliter observari volumus, & mandamus.

§. 17. Decernentes praemissa omnia, & singula, ac easdem praesentes nullo unquam tempore ex quibuscumque causis de subreptionis, vel obtreptionis, seu nullitatis via, aut intentionis nostræ, vel quocumque alio defectu notari, impugnari, retractari, seu etiam revocari, suspendi, restringi, limitari, aut in jus, vel controversiam vocari, seu ad terminos juris reduci posse, nec quemquam ad eisdem praesentes in Camera Apostolica, juxta Constitutionem p[ro]p[ter]e mem. Pii Papae IV. etiam prædecessoris nostri desuper editam, aut alijs quandomcumque præsentandum, inserviendum, & registrari faciendum teneri, neque propter illa invalida esse, sed omni modo valere, ac si Constitutio prædicta, & alia contrafia minime emanassent.

§. 18. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Cameræ Apostolicae Præsidentes, Clericos, ac ejusdem Sanctæ Romane Ecclesie Camerati, Vicecamerati, & causarum Palattii Apostolici Auditores, ac alios dictæ Romanae Ecclesie Cardinales, sublatæ eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, irritum quoque, & inane quicquid fecerit super his quoquaque auctoritate, scienter, vel ignorantie contigerit attentari.

§. 19. Quocirca eidem Nuntio, & dicto filio causa Curiæ Cameræ Apostolicae generali Auditori, ac Abbati prædicto Motu pari per Apostolica scripta mandamus, quatenus ip[s]i, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios praesentes nostras literas, & in eis contenta quæcumque, ubi, & quando opus fuerit, ac quies pro parte Rectoris, & Alumnorum Collegii hujusmodi, seu aliorum, quorum favorem illa concerneret, fuerint requisi solenniter publicantes, illisque efficacia defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eisdem praesentes, & in eis contenta hujusmodi ab omnibus ad quos spectat, & pro tempore spectabit, firmiter, & inviolabiliter observari, ac Rectorem, Alumnos, aliasque hujusmodi illis pacifice frui, & gaudere. Non permitentes eos despiser per quoscumque quomodolibet indebet molestati, contradicentes quolibet, & rebellis per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti tenetaria, appellatione postposita, compescendo, ac censuras, & penas ipsas, servata forma ejusdem Concilii Tridentini, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 20. Non obstante nostra de gratiis ad instar non concedem, ac prædicta Gregorii prædecessoris hujusmodi, quatenus opus sit, & quatenus reperiatur, ac quibusvis poterint quomodolibet in futurum, ita ut Collegium, & Scholaris, ac Rectores, & Gubernatores hujusmodi alii constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necessariis non solum ad eorum instar, sed paciformiter, & æquè non statutis, & constitutionis privilegiis quoque, indulxit,

Contrahit
derogat

& literis Apostolicis quibusvis Universitatibus, Collegiis, eorumque Rektoribus, & personis, sub quibusvis retributis, & fornis, ac cum quibusvis etiam derogatoriam derogatorias, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Mora, & potestatis plenitudine similibus, & aliis quomodolibet iteratis vicibus concessis, approbatis, & innovatis, quibus omnibus, etiam si alias pro ratione sufficiente derogatione de illis, eorumque rotis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in eis tradita observata, inserti forent, eisdem praesentibus pro plene, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter aut divisi ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, si pendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas nostras facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem.

Exempli finis avari, p. 15. s. 2. 1.

§. 21. Volumus autem, quod eundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu tamen Notarii publici subscripis, & sigillo communis dicti Collegii, aut aliquius Curia Ecclesiastica, seu personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in iudicio, & extra illud adhibetur, quæ eisdem praesentibus adhibetur, si forent exhibite, vel ostendit.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostram absolutionis, etcionis, institutionis, statuti, subjectionis, submissionis, constitutionis, creationis, attributionis, induiti, requisitionis, monitionis, communicationis, concessionis, elargitionis, approbationis, confirmationis, decretorum, mandatorum, derogationis, & voluntatum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumferit, indignationem omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. P. A. 6. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1628. quarto Kal. Januarii, Pont. nostri anno 6.

XCVII. Approbatio, & Confirmatio Decreti Sacrae Congregationis Rituum super usu Baldachini, & assistentiū, & aliorum Ministerium, pro Abbatibus Congregationis Olivetanae Ordinis S. Benedicti.

Ista Congregatio approbata fuit primò à Joan. XXII ut in ejus const. Cum à Nobis 15. sup. tom. 1. scilicet ejus materiam vide ad C. VI. const. 1. ibid.

V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

A. a. Congr. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Silvius Favilla de Neapoli Procurator generalis Congregationis Rituum, & Monachorum Montis Oliveti, quod à Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus sacris Ritibus præpositis emanavit Decretum tenoris subsequentis, videlicet: Instante Patre Don Silvio Favilla de Neapoli Procuratore generali Congregationis Monachorum Montis Oliveti, nomine Abbatum ejusdem Congregationis, ut attenta antiquissima consuetudine solemniter cum Baldachino, & Assistantibus in eorum Ecclesiis celebrandi, recederetur quod eos à decretis aliis hac de re editis in causis Firmana 28. Januarii 1606. & in Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituum Congregatio, sa- piens audito eodem Procuratore generali, & rationibus ab eo deductis maturè consideratis, Illustrissimo, & Reverendissimo D. Cardinali Cesafino referente, censuit, & declaravit, in hac parte recessendum esse à dictis Sacrae Congregationis decretis, & licere Abbatibus Olivetanis solemniter in tribus tantum Annis festivitatibus celebrentibus uti Baldachino, fine auge tamen, & pompa:

necnon assistentia unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ac aliorum sex ad summum Monachorum sacris indumentis coloris solemnitati convenientis paratorum, ultra Diaconem, & Subdiaconum qui in Missa cantatur sunt Evangelium, & Epistola: ita ut iidem Abbates nullo modo teneant sedem Abbatialem fixam, & permanentem prope altare, ut sedes Episcopalis retinetur consequitur: sed eorum sedes retineatur in Ecclesia iis tantummodo diebus, quibus solemniter celebratur, & dicti sex Monachi, ut supra parati, non in sedibus Choralibus, sed super scabellia sedeant, in situ congruo juxta Ecclesiarum convenientem situm tunc appositum, panno lanceo cooperitis: dictis sacrae Congregationis Decretis in causa Firmana, & Neapolitana editis alias in suo robore permanens. Die 17. Martii 1629.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Silvius praefatus plurimum cupiat, Decretum hujusmodi pro firmiori illius subtilitate, inviolabilique observatione Apostolicæ nostra Confirmationis robore communiri.

§. 3. Nos speciale illi gratiam facere volentes, cum que à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis, à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latente, si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus dicti Silvii ejusdem Congregationis nomine Nobis super hoc humiliter posseclis inclinati, decreatum præsentium hujusmodi, cum omnibus in eo contentis Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuò approbamus & confirmamus, illique inviolabilis Apostolice firmitatis robur adjicimus: ac omnes, & singulos, ram juris, quād facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplemus.

§. 4. Decretum hujusmodi, necnon praesentes litteras valida, firma, & efficacia esse, & fore, suosque plenarios & integros esse sortiri, & oblinere.

§. 5. Atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiti debere, ac iritum, & inane, si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apost. certeisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod praesentium transumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscripis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus ubique fides adhibetur, quæ eisdem praesentibus adhibetur, si forent exhibite, vel ostendit.

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum, sub annulo Piscatoris, die 5. Aprilis 1629. Pont. nostri anno 6.

Quod Priors generales Ordinis Eremitarum XCVI. S. Augustini de cetero utentes aliqua facultate, seu concessione à Sede Apostolica per literas obtentis, in patentium literarum expeditionibus earum tenores de verbo ad verbum inferant; neque ullo pacto quibusdam clausulis Oraculum sapientibus in hujusmodi expeditionibus posthac uti audeant.

Istius Ordinis materiam habes sup. ad const. 6. Alex. IV. tom. 1. Alia vero quæ ibi non habes, tandem posterioris edita notavi ad aliam hujus Sanctissimi Pont. const. Romanus, hic sup.

Vive vocis oracula omnia revocavit, præter ea, quæ facta fuerunt S.R.E. Cardinalibus, & eorum manu firmata, Greg. XV. in const. 27. Romanus, tom. 3.

V R B A N V S P A P A VIII. Edita ad 1629. RCI.

C Ommitti Nobis per abundantiam divinae gratiae pastoralis officii debitum postular, ut ip his, per quæ Regularium

URBANUS

OCTAVUS.

159

quem Regularium personarum paci, & quieti consultatur, litibusque, & discordis obviam itur, ejusdem offici partes etiam per opportune declarationis ministerium interponamus; prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Priors Provinciales Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Hispaniarum, & Indicatum Nobis nuper exponi fecerunt, à decenio circa dilecti filii modernus & alii Priors generales Ordinis praedicti, qui pro tempore fuerunt, in eorum patentibus literis, quibusdam clausulis oraculum sapientibus, nimis factio verbo cum Romano Pontifice, sive auctoritate Apostolica Nobis ad hoc specialiter commis- fa, aliisque similibus, quando scilicet suarum literarum patentium expeditionibus, seu concessionibus, quin effectum sortantur, litera Apostoli, obstante, uti ceperint, ex hoc autem quamplurime lites, & discordiae, ac scandala orta jam sint, & in diec orientantur.

§. 2. Nos inconvenientibus hujusmodi opportunitate declarationis nostrae remedio obviam ire volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris Apostolica auctoritate tenore presentium decernimus, & declaramus modernum, & alios dicti Ordinis Priors generales vive vocis oraculum à Nobis, & pro tempore existente Romano Pontifice nequaquam habuisse, neque habere.

§. 3. Sicque, & non aliter ab omnibus censeri, & obser- servari, atque ita per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauṣatum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, ac Sedis Apostolicae Nuntios judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Inhibentes propter ea in virtute fandæ obedientie, ac sub offici Prioris, seu Vicarii generalis, vocisque activæ, & passivæ privationis, necnon excommunicationis majoris latæ sententia ipso facto incurriendæ, ac aliis arbitrii nostri pœnis, ne de cetero perpetuis futuris temporibus modernus, & pro tempore existens Prior, seu Vicarius generalis dicti Ordinis, praedictis, vel aliis aequivalentibus clausulis in eorum patentibus literis utili modo audeant, seu presumant.

§. 5. Sed si eos aliqua facultate, seu concessione Apostolica Motu proprio concessis, vel ab eis iam obtenta uti oportuerit, literas nostras, & Romani Pontificis pro tempore existentis desuper expeditas, scilicet carum tenores de verbo ad verbum integrè in suis patentibus literis inferant, alias firmis remanentibus pœnis praedictis, eorum litera patentes hujusmodi nullæ sint eo ipso.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, & quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Priori generali, & quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 7. Volumus autem, quod presentium transsumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo aliquius persona in dignitate Ecclesiastica constituta munita eadem prosus ubique fides adhibetur, quæ ipsi presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Dat in Arce Gandulphi Albanensis Dicēsis, sub Anno Piscat. die 15. Maii 1629. Pontif. nostri anno 6.

XCIIX. Prohibitio impostorum concedendi exemptiones Officiorum, & praesertim eas quibus Fratres Provinciales, Definitores, aut Visitatores, vel Prædicatores Majores nuncupati

ordinis Eremitarum Sancti Augustini gallæ- dent, Fratribus ejusdem Ordinis, qui ea nunquam exercuerunt, absque Sedis Apostolicae expressa licentia.

De hoc Ordine vide notara ad conf. 40. Romanus, sup. & ad conf. praecedentem.

V R B A N U S P A P A VISS, Edita Anno 1629.
Ad futuram rei memoriam.

Nec ceteras Apostolicae servitutis curas, quibus circa ~~causam~~ universali Ecclesiæ regimen assidue premimur, haec nos præcipue sollicitos habet, ut personæ regulares divini numinis obsequiis sub suavi religionis iugo mancipare, juxta regularia earum instituta in pacis amicitiate salubriter regantur, & gubernentur, & propter ea si que earum felici gubernio obesse, aut in eorum regularis discipline observantia aliquod detrimentum vergere cognoscimus, ea quantum cum Domino possimus, removemus, & prohibemus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut dilecti filii Priors Provinciales Ordinarij tam Hispaniarum, quam Indianorum Occidentalium Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini Nobis nuper exponi fecerunt, regularis discipline obseruantia in eodem ordine à nonnullis annis circa plus rīnum defecerit, praesertim ab eo tempore, quo ejusdem Ordinis Priors generales nimia facilitate, & nullo habito respectu concedunt exemptiones officiorum dicti Ordinis Fratibus, qui ea nunquam exercuerunt, unde infinita confusiones, & discordiae oriuntur, eo quod cedem exemptiones Fratibus plurimum minus benemeritis, eas favoribus & aliis modis extortis tentibus conceduntur, quandoquidem rationi consentaneum minimè videatur, ut aliquis religiosus officii quod nunquam exercuit, exemptionibus gaudeat æquè, ac illi qui illud exercuerunt, dilectus verò filius modernus dicti Ordinis Prior generalis, ut asserunt, multis Fratribus dicti Ordinis qui nunquam Provinciales fuerunt, ut Provincialium abfectorum, aliis verò qui nunquam Definitores exiterunt, ut Definitorum, & aliis qui nunquam verbum Dei prædicarunt, ut ejusdem verbi Dei Prædicatorum exemptionibus gaudent concessit, & indulxit.

§. 2. Nos inconvenientibus hujusmodi quantum cum Domino possimus occurrere volentes, supplicationibus corundem Provincialium nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne de cetero praedictis modernis, & pro tempore existens dicti Ordinis Prior, seu Vicarius generalis exemptiones officiorum ulli dicti Ordinis professori, qui ea prius non exercuerit, & praesertim eas exemptiones, quibus illi qui Provinciales, Definitores, aut Visitatores, vel Prædicatores majores nuncupati fuerunt, gaudent, absque expressa Sedis Apostolicae licentia concedere audeat, seu presumat, sub cœna excommunicationis ipso facto incurriendæ, ac privationis vocis activæ & passivæ, & suspensionis ab officio, Apostolica auctoritate tenore presentium interdicimus, & prohibemus. Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, ac dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Priori, seu Vicario generali, & aliis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alla exquisita forma ad hoc servanda fore, eorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter,

O 4 K

Exemptio de derogatione, ceterisque contrariis quibuscumque.

Huius Bullae Exemptio a domino mandat.
§. 4. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis matrificis Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prossimis ubique fides adhibeatur, que ipsis presentibus adhibetur, si forent exhibitae, vel ostendit.

Dicitur P. A. e. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem sub anno 1619. die 25. Maii. Pont. nostri anno 6.

C. Exemptio concessa Clericis Regularibus Pauperum Matris Dei Scholarum Piartum, a processionibus, & aliis actibus publicis.

De informis Clericorum Regularium Congregatione notavi supra ad conf. 14. Gregor. XV. In Supremo.

Editio An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S.
1619.

Exordium.

*D*icitum pastoralis officii Nobis ex Alto commissum requirit, Nosque ad id promptos excitat, ut Regularium studio pia vita, & puerorum institutioni sedulè vacantium, ne ipsis ab illis distrahantur, quantum cum Domino possumus, libenter annuamus.

Causa hujus exemptionis.
§. 1. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilecti filii Ministri generalis Religionis seu Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei Scholarum Piartum nuncupatorum petitio continebat, videlicet: Clerici Presbyteri, aliqui Superiori, & personæ d. Religionis, seu Congregationis à principio ejusdem Religionis institutionis, ut juxta pius eorum institutum à quibuscumque occupationibus expediti, puerorum in bonis literis & probis moribus ac Doctrina Christiana, aliquique piis & salubribus documentis eruditioni, & instructioni, & animarum saluti consulere, & invigilare possint, ad publicas processiones, que in Civitatibus, & locis in quibus ipsa Religio, seu Congreg. propagata est, celebrantur, & ab Ordinariis locorum indicantur, convenire minime consueverint; nihilominus ipsis Religionis, seu Congreg. Clerici Presbyteri, aliqui Superiori prædicti diversi in locis ab eorundem locorum Ordinariis præcessione hujusmodi, contra eorum instituta, etiam sub censuris Ecclesiasticis interesse, & eas passim comitari cogantur, unde non solum ab eorum piis exercitiis non parum retrahuntur, sed etiam gravissima iurgia & dissensiones inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos super præminentia oriri consueverunt. Cum autem, sicut eadem petitio subjungebat, eorundem Clericorum Presbyterorum Superiorum, & personarum institutioni non convenient ad similes processiones accedere, & propria eorum instituta prætermittere, ipsique pro fugiendis scandalis, quæ præcedent hujusmodi causa inter eos, & aliarum Religionum Fratres, seu Monachos hujusmodi intercedere possint, cupiant ab interessentia in processione publicis hujusmodi, ut infra, eximi, & liberari. Quare pro parte ejusdem Ministri generalis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in premisis opportune providere de benignitate Apostoli dignaremur.

Exemptio de qua in Ritu.

§. 2. Nos igitur qui justis, & honestis potentium votis libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunitis, ipsos Ministrorum generalem, ac Clericos, Presbyteros, Superiores, & Religionis, seu Congreg. Scholarum Piartum hujusmodi singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latris, si quibusquammodolibet innodati existunt, ad effictum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum eidem Ministro generali, ac Priori, Religioni, seu Congreg. illiusque Clericis, Prelatis, Superioribus, & personis nunc, & pro tempore tecum Dominico Pinello ejusdem Congregationis Cassinianum

existentibus, quod ipsi eam Urbem, videlicet ex nomine de cetero perpetuis futuri temporibus, in Urbe vero arbitrio, dilecti filii nostri nunc, & Romani Pontificis pro tempore existentis Vicarii in d. Urbe in spiritualibus generalis, quibuscumque processionibus, & aliis quibuslibet actibus publicis quo cum tempore de more, vel consuetudine, aut alias pro tempore facientis & celebrandis, aut ab Ordinariis locorum quibusvis indicidis, interesse minime teneantur, nec ubique locorum per quocumque Ordinarios hujusmodi, aliasque personas inviti cogi, aut compelli possint, auctoritate Apostolicae perpetuo concedimus, & indulgemus, ipsosque desuper ab eisdem Ordinariis, vel aliis personis molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus unquam posse.

§. 3. Irritumque, & inane, si secus super his à quamquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingerit, attentari decernimus.

§. 4. Non obstantibus quibusvis Apost. ac Synodalibus, Provincialibusque editis, & edendis constitutionibus, & ordinacionibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, & decreti infringere, vel ei auctu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem omnipotens Deus, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se novet incursum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno 1619. Kal. Junii, Pont. nostri anno 6.

Confirmatio Decreti à Sacra Rituum Congregatione super usu Baldachini, & Ministrorum, ac aliarum Cæremoniarum pro Abbatibus Congreg. Cassinensis, alias S. Justinæ de Padua.

De hac Congregatione vide notata ad constitut. I.

Juli 11. Super Cathedram, tom. I. Et de Designatorum electione, eorumque vacatione ab officio, ac die auctoritate, nonnulla ordinavit istemque Pontifex sup. in conf. 87. Commissi.

V R B A N V S P A P A VIII. Editio 1619.

Ad perpetuam rei memoriam.

*E*xponi Nobis nuper fecit dilectus filius Dominicus Recens Pinellus Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis, alias Sanctæ Justinæ de Padua Procurator generalis, quod alias à Ven. Fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus sacris Ritibus Præpositis emanavit Decretum tenoris subsequentis, videlicet: Cum alias de anno 1606, sub die 28. Januarii Sacra Rituum Congregatio, instante Archiepiscopo Firmano, interdixerit Priori S. Catharini Ordinis Canonicorum Regularium in eorum Ecclesia usum aliquatum cæremoniarum, & de anno 1617, sub die 18. Martii illud Decretum ad instantiam bonum Cardinalis Caraffæ Archiepiscopi Neapolitanæ extenderit ad omnes Piores, & Abbates cuiuscumque Ordinis, etiam Cassinensis, ab hoc Decreto reclamavit Procurator generalis Cassinensis, & ad Sac. Congregationem recursum habuit, afferens suam Congregationem indefensam faulte, & re maturè, ac diligenter discussa, referente boumem Cardinale Lancellotto, Sacra Congregatio de anno 1618, sub die 12. Martii, censuit quod ustum Baldachini, & quorundam Ministrorum in aliis Decretis prohibitorum, recedendum esse à prædictis Decretis de annis 1606, & 1617, emanatis, & licet ille abbatibus, quando solemniter celebrant, uti Baldachino, & apparatu juxta eorum antiquissimam consuetudinem, ira tamen, ut modestè, cum debita convenientia, sine pompa, & auro, atque in tribus ad summum festivitatibus qualibet anno utantur, prout in dictis Decretis latè continetur. Nunc demùn Archiepiscopus Florentin, ad Sac. Congregationem accedens instituit prohiberi Abbat S. Marie ejusdem Civitatis Florentiae Ordinis Cassinensis ustum Baldachini, & dictorum Ministrorum, & aliarum multarum cæremoniarum, in dedecus, & prejudicium suæ Archiepiscopalitatis, dignitatis vergentium, & citato, & interveniente Pauperis, Superioribus, & personis nunc, & pro tempore tecum Dominico Pinello ejusdem Congregationis Cassinianum

URBANUS OCTAVUS.

161

Cassinensem Procuratore generali, & partibus s^ep^e ac
sepius auditis, ac negotio diligenter discusso, referante,
Illustrissimo, ac Reverendissimo Domino Cardinale Pio,
eadem Sacra Rituum Congregatio in h^ec dico ul-
timo Decreto fact^o de anno 1618. censuit, & declaravit
licere Abbatibus Cassinen. quando solemniter celebrant,
quod in tribus ad summum festivitatibus facere eis per-
mititur nisi Baldachino, sine auro tamen, & pompa, &
aliquibus etiam Ministris paratis sacris indumentis. Quia
verò numerus horum Ministerorum in aliquibus corum
Ministeriis erat valde excessivus, veruit, ac prohibuit, ne
iudicem Abbates solemniter, ut supr^a celebrantes, alios pos-
sint habere Ministros sacris indumentis paratos, quām
duos Diaconos, & Presbyterum assistentes, Diaconum, &
Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistola, ac
sex ad summum alias, duos cum Pluvialibus, duos cum
Tuniculis coloris temporis convenientis, quoad reliquia
verò in dictis Decretis de annis 1606. & 1617. emanatis
contenta, Sacra Congregatio eadem Decreti confirma-
vit, & quatenus opus sit, innovavit, inhibens omnibus
Abbatibus Cassinenibus, ac serid præcipiens, ut in reli-
quis omnibus ea ad unguem inviolabiliter observent, eo-
rumque dispositioni addidit, ut supradicti Abbates nullo
modo debeat, nec possint habere, nec tenere sedem suam
Abbatiale fixam, & permanentem propè Altare, ubi se-
des Episcopalis retineri consuevit, minusque liceat su-
pradicis sex Monachis paratis ut supr^a, sedere in sedi-
bus Choralibus, ut Canonicorum sacerdotalium mos est, sed
Sedes pro Abbate solemniter celebrante retineatur in
Ecclesia iis tantummodo tribus diebus, quibus ipse
Abbas solemniter celebrat, dictique sex Monachi parati
sedere debeant loco congruo juxta Ecclesiarum conve-
nientem situm, super scabellis ad hunc effectum tunc ap-
positis, panno lacone cooperatis, die 29. Januar. 1628.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat,
Dominicus prædictus plurimū cupiat præinsertum De-
cretum hujusmodi, quo firmius subtilitat, & inviolabiliter
observetur, Apostolica nostræ confirmationis robore
communiri. Nos ejus votis hujusmodi annuere. Aliumque
specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à
quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
aliisque Ecclesiasticis sententias, censuras, & penas, à jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus
quomodolibet innovatus existit, ad eum præsentium
dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, &
abfolatum fore censentes: supplicationibus ejus nomine
Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinser-
tum Decretum hujusmodi Apostol. auctoritate tenore
præsentium perpetuū approbamus, & confirmamus, illa-
que inviolabilis Apostolica firmitatis robur adjicimus,
ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti, & quosvis
alios defectus, si qui desuper quomodolibet interven-
tint, aut interveniente dici, vel censeri possent, supplemus.

§. 3. Decretumque hujusmodi, necnon præfentes lite-
ras cum omnibus in eis contentis semper, & perpetuū
valida, firma, & efficacia existere, & fore, suosque ple-
narios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac eidem
Congregatione, illiusque Abbatibus, ac Monachis, &
personis in omnibus, & per omnia plenissime suffragari,
neque illos à quoquam quavis auctoritate super præmis-
sis quovis modo impediti, molestari, inquietari, vel
perturbari unquam posse, nec debere.

§. 4. Et ita per quoscumque Judices ordinarios, &
legatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores
judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si se-
cus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari, decernimus, & de-
claramus.

§. 5. Quocirca dilectis filiis nostris, & Apostolica
Sedis Nuntiis, ac causarum Curia Camera Apostolica
Generali Auditori per præsentes cotimittimus, & man-
damus, quatenus per se, vel alium, seu alios præsentes
literas, & in eis contenta hujusmodi, ubi, & quando
opus fuerit, ac quoties pro parte Abbatum, & Mon-
achorum dictæ Congregationis requisiti fuerint, seu ali-
quis eorum requisitus fuerit, solemniter publicantes,
eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assisten-

tes, faciant auctoritate nostra Abbates, & Monachos pre-
dictos præmissorum omnium, & singulorum commodo,
& effectu pacifice frui, & gaudere, non permetentes
illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet
indebet molestati, vel inquietari, contradicentes
quolibet, & rebellis per sententias, censuras, & penas
Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia,
appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad
hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sacerularis.

§. 6. Non obstante fel. rec. Bonifacii Papæ Octavi pre-
decessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de
duabus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis auctoritate
præsentium ad judicium non trahatur, alisque
Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec
non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostoli-
ca, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & con-
suétudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris
Apostolicis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis clausulis, & decretis in contrarium præ-
missorum quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-
vatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præ-
sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in
suo labore permanens, hac vice dumtaxat specialiter,
& expresse derogamus, ceterisque contraria quibusvis
cumque.

§. 7. Volumus autem, quod præsentium transumptis,
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & figillo persona in dignitate Ecclesiastica consti-
tuta munitis eadem proflus fides adhibetur, quæ
eisdem præsentibus adhibetur, si forent exhibitæ, vel
ostentæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif-
catoris, die 11. Julii 1629. Pont. nostri anno 6.

Dat. P. An. 6.
die 11. Julii

Unio quarundam Domorum Regularium Pro-
vinciarum novi Regni Granaten, seu Quiten,
in Indiis Occidentalibus Fratrum Discalceato-
rum Ordinis Eremitarum S. Augustini, sub
gubernio Fratrum Calceatorum ejusdem Or-
dinis existentium, Fratribus Discalceatis dicti
Ordinis, Congregationis Hispaniarum.

*De hujusmodi Fratribus lege que notavi ad conf. §.
Greg. XV. Pastoralis, sup. Et ad aliam conf. 36.
Ad Sacram. Prater que scito hunc Sanctissi-
mum Pont. Congregationem Itaque horum Fra-
trum in quatuor Provincias divisisse, ut Conf.*

§. 8. Ad uberes, hic sup.

V R B A N U S P A P A V I I I . Edita An. D.
Ad futuram rei memoriam.

U niversalis Ecclesiæ regimini, nullis licet nostris suf-
fragantibus meritis, sed immensa Redemptoris nostri
benignitate præpositi, ex injuncti Nobis munera debiti
to Christi fideliū sub suavi Religionis jugo, & stri-
ctoris observantie regulis Altissimo famulantium votis,
per quæ prospero, felicique eorum statui, atque progres-
sui opportunè consultur, libenter annuimus, ac desu-
per ejusdem munera, partes propensis studii interponi-
mus, ut iudicem Christi fideles in pacis amicitate, ac ju-
stitia, & sanctitate coram Domino felicioribus in dies
proficere valeant incrementis.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius
Franciscus de Resurrectione, Procurator generalis Fra-
tum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Eremita-
rum Sancti Augustini domorum Regularium Beatae Ma-
rie de Candelaria, ac Sanctæ Crucis de la Popa, in Pro-
vincia novi Regni Granaten, necnon S. Josephi de Pana-
ma, ejusdem seu Quiten, Provinciæ in Indiis Occiden-
tibus, sub cura & gubernio Fratrum Calceatorum ejusdem
Ordinis existentiu, quod Fratres prædicti pro majori di-
vini cultus incremento, ac Catholice Religionis propa-
gatione, & felicitati eorum statu, & directione, se, & eorum
domos

Fratres Dis-
calceati Ord.
S. Au-
gustini
gusti Provin-
cia novi Re-
gni Granaten.
sub cura & ges-
tum Calce-
atorum Ord.
exifties p.
rima curva
antri C. Mer-
ita. Difesa
e. at.

O 3 domos

URBANUS OCTAVUS.

Hispaniarum domos predicas dilectis etiam filiis Fratribus Discal-
coatis etiam nuncupatis dicti Ordinis Congregationis
pro confusa Hispaniarum per Nos, ut infra uniti, & incorporari plu-
rimū desiderent, & ad-hoc dilectorum filiorum Prioris
generalis dicti Ordinis, ac Vicarilis dictae Congregationis
expressus accedat assensus. Quare Nobis humiliter
supplicari fecerunt, ut eorum votis ejusmodi annuere de
benignitate Apostolica dignaremur.

Qui M'na. §. 2. Nos igitur, qui Religiosorum Ordinum quorum-
bus a misericordia dei militantium pacem, felicemque
statum sinceris desideramus affectibus, Franciscum, &
greg. usq. usq. Fratres primodictos specialibus favoribus, & gratiis
prosequi volentes, & eorum singulares personas à qui-
bus p' ab - bus excommunicationis, suspensionis, & interdicti,
qui aliquae differentiae

confessione, aliisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & poenis à jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si qui-
bus quomodolibet innodatae existant, ad effectum pra-
sentium dumtaxat consequendū harum serie absolventes,
& absolutas fore consentes, hujusmodi supplicationibus
inclinati, de Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardina-
lium negotiis Regularium Praepositorum consilio, Fra-
tres Discalceato primodictos, eorumque domos prædi-
catis Fratribus Discalceati Congregationis Hispaniarum
Ordinis hujusmodi, ita ut unum corpus simul, unamque
Congregationem sub eisdem legibus, constitutionibus, &
juribus constituant, nec aliqua inter eos sit differentia.

Fratres Pro- §. 3. Ipsique primodicti Fratres Discalceati secundo-
vinc. secundis. dicitur Fratribus hujusmodi se conformare, necnon Vi-
Vicar. gen. d. cario generali dictae Congregationis, & Commissario ab
Congr. gen. eo ad domorum Regularium predicatorum regimen, &
Commun. s. r. e. gubernium pro tempore deputan, subesse, eisque debitam
Cardinalium D. obedientiam, & reverentiam in omnibus præstare debeant.
peccandi ob- §. 4. Ita tamen, ut iudicem primodicti Fratres Conven-
dientia subse- tuum Indianorum hujusmodi in eorum negotiis, & causis
re clarae. possint libere, & licite recurrere, etiam per viam appelle-
Et responsum rationis ad Priorem generalem dicti Ordinis Sancti Au-
ad Privilegia. gustini, necnon ad Sedem Apostolicam, omisso medio,
Ord. S. Aug. non secus atque si dicta unio quadam hoc facta non fuisset,
ac Secon. A. Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuū
pecc. concessus unius, annexim, & incorporamus.

Eisdem tri- §. 5. Eisdem primodictis Fratribus, & Regularibus
vile, omnia domibus, quod omnibus, & singulis privilegiis, indultis,
in lata, lata, favoribus, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus,
Cognit. soni indulgentiis, concessionibus, & gratiis, quibus alii præ-
commodatio- dicatae Congregationis Fratres, eorumque domus de jure,
etia performa- usu, consuetudine, privilegio, aut aliis quomodolibet
rebus inde- utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti, frui, & gaudere
g. posse. possunt, & poterunt quomodolibet in futurum, pari modo, & abfque ullo priori differentia uti, frui, potiri, &
gandere libere humiliter, & licite possint, & valeant in
omnibus, & per omnia, perinde ac si ab initio erectionis
dictae Congregationis primodicti Fratres, eorumque do-
mus Regulares predicta eidem Congregationi unita, &
incorporata fuissent, auctoritate, & tenore predictis
concedimus, & indulgemus.

Classificatio §. 6. Decernentes, presentes literas, & in eis contenta
prætermissio- quæcumque semper, & perpetuò valida, firma, & effica-
vas addic. cia existere, & fore, suoque plenarios, & integratos effe-
ctus sortiri, & obtinere, ac primodictis Fratribus in om-
nibus, & per omnia plenissimè suffragari.

Decretum in- §. 7. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices
missus appa- ordinarios, & delegatos, etiam causatum Palatii, Aposto-
lici Auditores, ac S.R.E. Cardinales etiam de Latere Le-
gatos, & Sedis Apostolicae Nuntios judicari, & definiti
debet, irritumque, & inane si quid secus super his à
quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter
comigerit attentari.

Cognitio §. 8. Non obstantibus quibusvis Apostolicis, in ac uni-
titula. versalibus, provincialibusque Conciliis editis generali-
bus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus,
necnon Ordinis, & Congregationis, ac Domorum, &
Provinciarum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, &
literis Apostolicis sub quibuscumque tenoribus & formis,
ac cum quibusvis classulis, & decretis in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & in-

novatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum ten. præsen-
tibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo
robore permanuris, hac vice dumtaxat specialiter & ex-
timū derogamus, certeisque contraria quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod præsentium transumptis, Exempli
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
bitis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica consti-
tute munitis, eadem proorsus ubique fides adhibetur,
qua ipsi præsentibus adhibetur, si forent exhibiti,
vel ostendit.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscat. die 16. Julii 1629. Pont. nostri anno 6.

Beatificatio Caetani Thienzi Clericorum Re- CII
gularium Fundatoris, ac Indultum celebran-
di Missam, & Officium de eodem recitandi.

Hujus Congregationis institutionem habet sap. ad
conf. 11. Clem. VII. tom. I.

VRBANVS PAPA VIII. Edita
Ad perpetuam rei memoriam.

In Sede Principis Apostolorum, nullis licet nostris suscep-
fragantibus meritis, divina providentia constituti, ad
ea per quæ servorum Christi veneratio in terris promoveatur, & laudetur Dominus in Sanctis suis, pastoralis
muneris Nostræ partes propensis studiis impendimus,
prout pia Christi fidelium, & præsertim Catholicorum
Regum, & Principum vota expolcunt, Nosque conspi-
cimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sanè nomine dilectorum filiorum Praepositi ge-
neralis, & Congregationis Clericorum Regularium
Theatinorum nuncupatorum N.bis nuper expositum
fuit, quod facta nuper per dilectos etiam filios causa-
rum Palatii Apostolici Auditores Nobis relatione de
processibus Apostolica auctoritate fabricatis, super san-
ctitate servi Dei Caetani Thienzi Nobilis Patrii Vi-
centini, dictæ Congregationis Fundatoris, iisque in Congre-
gatione Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E.
Cardinalium sacris Ritibus prepositorum, de mandato
nostro per plures sessiones, citato etiam ad hoc, & au-
ditio Promotore Fidei, ad relationem dilecti filii nostri
Antonii Sanctæ Matris in Aquiro Diaconi Cardinalis
Barberini nuncupati, Nostræ secundum carnem ex Fra-
tre germano Nepotis, accertimè discussis, cognito pri-
mù super validitate dictorum processuum, deinde super
virtutibus heroicis, ac demù super miraculis in vita,
& post mortem intercessione dicti servi Dei ab Altissimo
patratis, iudicem Cardinales unanimi consensu censuerunt,
tud posse, quandcumque N.bis placuerit, ad solem-
nem Canonizationem dicti servi Dei Caetani Thienzi
deveniri. Quare pro parte non solùm Praepositi genera-
lis, & Clericorum predicatorum, verùm etiam Charis-
morum in Christo filium Nostrorum Ferdinandi Ro-
manorum Regis in Imperatorem electi, ac Ludovici
Francorum Regis Christianissimi, necnon dilectorum
filiorum nobilium Virorum Ducis, & Republicæ Ve-
netorum, aliorumque Christianorum Principum Nobis
fui humiliter supplicatum, ut interim donec ad solem-
nem Canonizationem dicti servi Dei Caetani Thienzi
deveniatur, idem servus Dei Caetanus Thienus Bea-
tus nuncupari, atque Officium, & Missa de eo, ut infrà,
celebri possit.

§. 2. Nos p's Ferdinandi Regis in Imperatorem electi,
ac Ludovici Regis, necnon Ducis & Republicæ, alio-
rumque Principum, ac Praepositi & Clericorum predi-
ctorum votis hujusmodi, quantum cum Domino possu-
mus, benignè annascentes, hujusmodi supplicationi
bus inclinati, de coram Cardinalium consilio, ut
ipse Dei servus Caetanus Thienus in posterum Beatus
nuncupari, atque ab omnibus Clericis Regularibus
ubique existentibus officium de communī Confessoris
non Pontificis in die ejus obitus recitari, & Missa cele-
brari, iuxta Breviarium, & Missalis Romanæ Rubricas, etiam
per Sacerdotes Regulares, & seculares ad eorum Eccle-
siæ confluentes, in Civitate vero Vicentina ubi natus,

URBANUS OCTAVUS.

163

Et in Civitate Neapolitana, ubi sacrum ejus Corpus re-
quiescit, in omnibus Ecclesiis, tam regularium, quam se-
cularium, Missa, & Officium, ut supra respectivè cele-
brari, & recitari valeat: Ac pro præsentí anno dumtaxat
dilecti Præpositi generalis, & Clerici solennem Beatifi-
cationem cum Officio, & Missa in die eis benevisa, hic
Romæ in Ecclesia Sancti Andreae de Valle, necnon alii ad
illam confluentes celebrare liberè, & licet possint, &
valeant, Apostolica auctoritate, tenore præsentium li-
centiam & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam
impressis, Secretarii ipsius Congregationis, vel alicuius
Notarii publici manu subscriptis, & alicuius personæ in
dignitate Ecclesiastica constitutæ, aut Præpositi, vel Vicar-
i generalis ejusdem Congregationis sigillo munitis ea-
dem prorsus fides ubique adhibetur, quæ ipsis præsen-
tibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostenditæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pis-
catoris, die 7. Octobris 1629. Pont. nostri anno 7.

CIV. Confirmatio Decreti Sacrae Rituum Congre-
gationis super usu Baldachini, Ministro-
rum, ac aliarum Cærimoniarum, pro Abba-
tibus Congregationis Cœlestinæ, Ordinis S.
P. Benedicti.

*De horum Monachorum Congregatione lege const. I.
Cœlest. V. Et si cunctos, sūp. tom. I. Cui postea
communicavit aliorum Monachorum privilegia
S. D. N. Urbanus VIII. const. 24. Sacrolanceti, sūp.
tom. 4. & Constitutiones, vel Statuta novissimæ
pro Congregationis gubernio edita, confirmavissi
in const. 36. Sa. rosarium, ubi sūp.*

V R B A N V S P A P A V I I I.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius Henricus
Fortuna, Procurator Generalis totius Congregatio-
nis Monachorum Cœlestinorum ordinis Sancti Benedic-
ti, quod nuper à Venerabilibus fratribus nostris S.R.E.
Cardinalibus sacris Ritibus præpositis emanavit Decre-
tum tenoris subsequentis, videlicet:

*Cum Sacra Rituum Congregatio alias de anno 1606, sub
die 18. Iunij, ad instantiam Archiepiscopi Firmani prohi-
buerit Priori Santa Catharina ordinis Canonicorum Regula-
rium in eorum Ecclesia usum Baldachini, & aliquarum Ce-
remoniæ. Et de anno 1617, sub die 18. Marci idem
Decretum ad instantiam Cardinalis Caraffa Archiepiscopi
Neapolitanus extenderit ad omnes Prioris, & Abbates cuius-
cunque Ordinis, etiam Cassinensis, R. P. D. Henrico Fer-
tuna de Monte Leone Procurator Generalis totius Congre-
gationis Monachorum Cœlestinorum Ordinis Sancti Benedic-
ti, agre ferebatur hujusmodi Decreta tanquam prejudicialia am-
biguissima confunditam solemniter celebrandi cum Baldachino,
& Assisteribus in eorum Ecclesiis, instituti audiri in eadem
Sacra Congregatione super dicta antiquissima eorum consuetu-
dine. Et commissa causa Illustrissimo, & Reverendissimo
Cardinali Antonio Barberino, coram quo, audito sibi p[ro]p[ter]o
Ego Procurator Generali Cœlestinorum, & rationibus ab eo
deductis bene perpensis, eodem Illustrissimo, ac Reverendissimo
Antonio referente: Sacra Rituum Congregatio, re-
marcata discussa, confitit in hac parte recedendum a suprascriptis
decretis, de anno 1616. & 1617. & declaravit, licet
Abbatibus Cœlestini in tribus tantum anni festivitatibus so-
lemniter celebrantibus uti Baldachino, sine auro tamen &
pompa, necnon officia unius Presbyteri, & duorum Dia-
conorum, ac aliorum sex ad summam Monachorum sacris Ve-
stibus, coloris & lumentati respectu convenientis indutorum,
duorum tempore cum Pluvialibus, durum cum Planctis, &
aliorum duorum cum tricellis, ultra Diaconum, & Subdia-*

conon, qui in Missa cantaturi sunt Evangelium, & Epistola-
lam: damnando idem Abbates nullo modo teneant Sedem Ab-
batalem fixam, & permanentem prop[ter] Altare, ut sedes Epis-
copalis reiñor[um] soler[um], sed eorum sedes retineantur in Ecclesia us-
tanioris diebus quibus solennizantur, ut supra, celebrari debet:
Et dicti sex Monachi, ut supra parati, non in sedibus Chora-
libus, sed super scabellis sedean in situ congruo, juxta Eccle-
siarum convenientem situm tunc appositis, panno lance cooper-
atis, firmis in reliquo remanentibus supra scriptis sacra Congre-
gationis in Firmano, & Neapolitana Decreto editis die 30.
Junii 1629.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expeditio subjungebat, Quod De-
dictus Henricus plurimum cupiat, Decretum hujusmo-
di pro firmiori illius subsistentia, & inviolabili obser-
vantia, Apostolica nostra confirmationis robore com-
muniri.

§. 3. Nos dictum Henticum speciall gratia favore pro-
fici, qui volentes, & à quibuscumque excommunicationis, sus-
pensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis,
censuris, & peccatis à jure, vel ab homine quavis occa-
sione, vel causa lati, si quibus quomodolibet innova-
tus existit, ad effectum præsentium dumtaxat conse-
quendum harum seris absolventes, & absolutum fore
consentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super
hoc humiliter porrectis inclinati: Decretum preinfor-
atum hujusmodi, cum omnibus in eo contentis, Aposto-
lica auctoritate, tenore præsentium perpetuū approba-
mus, & confirmamus, illique inviolabili Apostolica fir-
mitatis robore adjicimus, ac omnes, & singulos tam ju-
ris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet in-
tervenient, supplemus.

§. 4. Decretumque, & in eo contenta hujusmodi, ac
præsentes literas validas, firma, & efficacia esse, & fore, preservau-
imusque plenarios, & integros effectus sortiri, & obire-
re, ac eidem Congregationi in omnibus, & per omnia
plenissime suffragari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & alios iuxta
delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, cari prohibiti
judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus su-
per his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-
rante contigerit attentari, decernimus, & declaramus.

§. 6. Non obstantibus, præmissis, ac constitutionibus, Contraria
& ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis qui-
buscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Dat. P. A. 7.
anno Piscatoris, die 26. Septembri 1629. Pont. nostri die 26. Sep-
timo.

Jubilæi universalis concessio ad divinam opem
pro imminentibus in diversis Christiani Or-
bis partibus periculis postulandam.

V R B A N V S P A P A V I I I. Edita An. Di-
Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis, salutem,
& Apostolicam benedictionem.

Irritatus affluis humani generis flagitiis Deus con-
suevit iracundia sua flagella sepius ostentare, ut erran-
tes derelinquant vias suas, & aliquando vilitat in virga
iniquitates, & in verberibus peccata: nolens tamen
aliquem perire, remedii atrocioribus excitat peccatorum
sopitas mentes, ut resipescentes ad eum revertantur. Nos
igitur à Pastorali specula, dominici gregis Nobis licet
immetit crediti, prospicientes salutem, cum propriis im-
minere discrimina pestilentia, & damnna famis pervaga-
ri, bellique turbines in detrimentum Catholicæ Reli-
gionis varias Christiani orbis partes invadere, & ibidem
violentis petrebescere animadvertemus, oculos in ex-
celsum tollimus ad Altissimum, qui licet sit justus, etiam
misericors est, & placabilis super nequitia populi sui,
& publica orationis anchora, quod sepius fecimus, ite-
rum innixi, instantis tempestatis impetum evitare spe-
ramus. Adeamus itaque in amaritudine animarum no-
strarum recogitantes vitæ præteritæ annos, Aram mis-
ericordiarum Domini, & sine intermissione orantes, con-

O 4 titi

trit cordis, & humiliati spiritus offeramus ei sacrificium, ut insta elegerint, eis predicta omnia, & singula, vel eorum aliqua in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, tandem cernuist exaudiat, & nostris, & communibus quae ipsi paenitentes efficerent poterunt, paciter concedimus, & indulgemus.

¶ 5. Cupientes autem omnes Christi fideles participes fieri hujus pretiosissimi thesaurei, universis, & singulis utriusque sexus, tam laicis, Ecclesiasticis, secularibus, & regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Instituti licentiam concedimus, & facultatem damus, ut sibi ad hunc effectum eligere possint quemcumque Presbyterum Confessarium, tam secularium, quam cujusvis Ordini regulari, ex approbatibz à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à juro, vel ab homine ne quavia causa latet, seu inflictis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus & delictis quantumvis gravibus, & enormibus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolica, & etiam in literis die Cœnæ Domini legi solitis contentis, & alias per quascumque nostras, aut Rom. Pont. praedecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores presentibus haberi voluntus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum, non tamen à crimine hæc, absolvere, & liberare valeant, & insuper vota quacumque (Religionis, & Castitatis exceptis), in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuilibet in supradictis omnibus casibus paenitentia salutari, aliisque ejusdem Confessarii arbitrio injungendis.

¶ 6. Quapropter tenore presentium in virtute sanctæ obedientie districte præcipimus, atque mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiasticis Prelatis, ac quibuscumque Ordinariis locorum, eorumque Vicariis, & Officialibus, vel iis deficientibus, illis qui cum animarum exercent, ut cum presentium literarum transumpta, aut exempla, etiam impressa acceperint, illa statim absque ulla mora, retardatione, vel impedimento per suas Ecclesiæ, & Diœc. Provincias, Civitates, Oppida, Terras, & Loca publicent, & publicari faciant, ac Clericos, & Populus sibi subjectis solemnies processiones, & supplicationes indicant, & celebrent, Ecclesiæque, seu Ecclesiæ visitandas designant.

¶ 7. Non intendimus autem per presentes super aliqua irregularitate publica, vel occulta, nota, defœtu, incapacitate, seu inabilitate quo modo contracta dispensare, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habilitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie. Neque etiam easdem presentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prelato, seu Judice Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denunciati fuerint, nisi infra tempus celebratioi hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

¶ 8. Non obstantibus constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, presentium quibus facultas absolvendi in cateris tunc expressis casibus ita Romano Pont. pro tempore existentis reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgientiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio fiat, cuiquam suffragari queant, necnon regula nostra de non concedendis Indulgientiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, sive Institutorum regularem, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmatae alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eidem Ordinibus, & Congregationibus, atque Institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & individualia, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda formam aliquam præstare nequivent, ut Confessarius quem expressis, ac formam eorum traditam pro servanda b. bentes,

Concessio Ju-
bilæi pro exi-
stentibus Re-
bus.

Nova pro
existente
bus urbis.

Ac pro istuc-
tionibus.

Etiam pro re-
gularibus,
aliquaque in-
stitutione.

URBANUS OCTAVUS.

185

Habentes hac vice specialiter, nominatim, & expressè ad effictum præsentium derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.9. Ut autem præsentes nostre, que ad singula loca deferrri non possunt, ad omnium notitiam facilissimè deve- niant, volumus ut carundem præsentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, ubique locorum, & gentium eadem profusa fides adhibeatur, que haberetur ipsi præsenti- bus, si forent exhibiti, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscato- ris, die 22. Octobr. 1629. Pont. Nostri Anno 7.

CVI. De Facultate eligendi Confessarium ad Regu- lares utriusque sexus, & cujuscumque Ordinis non extendenda; nec extra forum con- scientie.

Clementis Constitutionem, quam habes indicataam in 1. §. reperies num. 64. sup. tom. 3.

AD. V R B A N V S P A P A VIIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

IN specula militantis Ecclesie, nullo licet meritorum suffragio, divina dispositione constituti, & attente con- siderantes, sacros Regularium Ordines tantas Ecclesie Dei utilitates omni tempore atrulisse, ut ad eas conser- vandas, & instaurandas Romani Pontifices prædecessores nostri magnam jure optimo diligentiam semper adhibue- rint: dignum, quin potius debitum reputamus, ut eorumdem Pontificum vestigiis inhærentes, ad ea pastoralis vi- gilantia, partes jugiter intendamus, ut in eisdem Ordini- bus disciplina regulari obseruantia sarta tecula conser- vetur, & si que illi obesse dignoscuntur, opportunæ con- stitutionis ministerio salubriter removeantur.

§.1. Atas liquide in felic. rec. Clementi Papæ VIII. prædecessori nostro per Procuratorem generalem Ordini- nis Fratrum Beatae Mariae de Monte Carmelo nuncupat. exposito, quod cum in Bulla Cruciatæ Sanctæ, & aliis privilegiis ab Apostolica Sede concedi solitus, detur fu- cultas eligendi Confessarium idoneum, ab Ordinario ap- probatum, qui possit Christi fidèles absolvere à casibus Ordinario & Sedi Apostolica referatis, Religiosi præ- dictis facultatibus uti præsumebant in detrimentum eo- rum regularis disciplinae: Quare idem Clemens præde- cessor sua perpetuæ validura constitutione declaravit, fa- cultatem & concessionem Sanctæ Cruciatæ, & aliorum indultorum prædictorum, quantum ad prædictum articu- lum eligendi Confessarium, & absolvendi à casibus refer- vatis, non habere locum cum Fratribus, & Sororibus Mo- nialibus quorūcumque Ordinum, & Congregationum cujusvis Instituti, Mendicantium, & non Mendicantium, tam in provincia Hispania, quam extra eam ubilibet con- stitutis, neque eis suffragari, sed eisdem Clementis præ- cedentis intentionis fuisse, quod idem Fratres, & Mo- niales, quantum ad Sacramentum Pœnitentie, seu Con- fessionis administrationem dispositioni suorum Prelatorum subiecti essent, prout in dicti Clementis prædecesso- ris in simili forma Brevis desuper sub die 23. Novembris 1599. Pontificatus sui anno octavo expeditis literis, quarum tenores pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

§.2. Nihilominus, sicut Nobis non sine animi nostri molestia innocuit, nonnulli Ordinis Fratrum Prædicato- rum professores, prætextu Bullæ ejusdem Sanctæ Cru- ciatæ, ac dictorum Indultorum Confessarium hujusmodi, qui eos, ut præfertur, absolvat, eligere possit prætendant, & forsitan elegant, etiam ad præfens, postquam literæ no- stræ sub die 14. Junii 1624. Pontificatus nostri anno pri- mo, super facultate eidem Regularibus Confessarium ad effectum hujusmodi eligendi, ad quinquenium tunc proximum concessa, emanante pridem, ab anno, & ultra expiraverunt, in maximum status, & observantia regula- ris prædictum.

§.3. Nos præmissis, quantum Nobis ex alto conceditur,

obviare, ac felici tam eorundem Fratrum Prædicatorum, obversis pre- & Beatae Mariae de Monte Carmelo Religiosorum, quam capi-

omnium, & quorūcumque aliorum cuiuslibet Ordinis, Congregationis, Societatis, & Instituti, etiam speciali

mentione, & nota digni utriusque sexus, tam Mendican- tum, quam non Mendicantium statui arque directioni, &

aliorum Christi fidelium saluti consulere volentes, pra- fatæque Clementis predecessoris declarationi, inheren- tes, illamque tenore præsentium innovantes, ac quatenus

opus sit, ampliantes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolæ potestatis

plenitudine Concessionem sanctæ Cruciatæ, que respe- & facultatis hujusmodi etiam Laicis, & Clericis sa-

laribus cujuscumque status, gradus, qualitatis, & condi- tionis, etiam speciali nota dignæ, quoad casus reservatos

etiam in Bulla Cœna Domini (hæresi excepta) contentos non nisi in foro conscientie, non autem in foro externo suffragatur, aliorumque Indultorum hujusmodi, quantum ad prædictum articulum eligendi Confessarium, & absolvendi à prædictis casibus reservatis, etiam in Bulla Cœ- na Domini contentis, cum Fratribus, & Monialibus præ- dictis Fratrum Prædicatorum, & aliorum quorūcumque Ordinum, & Congregationum, Societatis, & In-

stituti prædicatorum Mendicantium, & non Mendicantium, tam Provinciæ Hispanie, quam extra eam ubilibet consti- tutorū, locum minime habuisse, neque habere, nec in illis

ullo modo suffragari potuisse, neque posse, excepto dum taxat illo quinquennio, quo literæ nostra hujusmodi, ut

præfertur, duraverunt, siquidem die 14. mensis Junii 1629.

proxime præteriti jam expiraverunt, sed nostræ inten- tionis fuisse, & esse, quod idem Fratres, & Moniales, quan-

tum ad Sacraementum Pœnitentie, seu Confessionis admini- strationem ordinaria dispositioni suorum Prelatorum,

& Sedi Apostolica quoad sibi reservata, subjecti sint, earundem tenore præsentium perpetuè declaramus.

§.4. Decernentes præsentes nostræ literas de subre- Claustro
tionis, vel obreptionis, aut nullitatis vicio, seu intentio- bræviatione
ni nostre, aut alio quocumque defectu à quoquam im- vas apposita
pugnari non posse.

§.5. Sicque, & non aliter in omnibus, & singulis præ- missis per quoscumque Judices ordinarios, & delega- mandas.

tos, etiam causarum Palati Apostoli Auditores, ac San-cta Romana Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Lega- tos, Vicelegatos, ac Sedis Apostolica Nuntios, ac Cru- ciatae Commissarios, & quosvis alios quavis auctoritate

fungentes, sublati eis & eorum cuilibet quavis aliter ju- dicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, inter-

pretari, ac judicari debere, ac irritum & inane si fecerit su- per his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel igno-

ranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac omnibus, & singu- Contraria
lis illis, que in prædictis Clementis predecessoris literis anfractis. concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibus- cumque. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro sufficienter ex- pressis habentes, illis alias in suo robore permanentis, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Ut autem præsentium tenor omnibus innotescat, Publicatio
volumus eas in valvis Basilice Principis, Apostolorum, nra in Urbe
& in acie Campi Flora de Urbe, ut moris est, publicari, omnes afficer
ipsoque sic publicatas, omnes, & singulos ubique ex- decernit.

§.8. Quodque præsentium transumptis, etiam impres- Transumptis
sis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo fidem dare
personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis ea- jubes.

dem prorsus ubique fides adhibeatur, que præsentibus ipiis adhiberetur, si forent exhibiti, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscato- Dat. P. An. 7.
ris, die 19. Junii 1630. Pontificatus nostri anno die 19. iun. sub
septimo.

Prohibitio erigendi Scholas sub denominatione CVII.
Scholarum Piarum: Et annulatio erectorum
sub

sed tali nomine ab aliis, quam à Clericis regularibus Religionis Pauperum Matri Dei Scholarum, Piarum. Ne non interdictio deferendi habitum per dictos Clericos gestari solitum.

Scholarum Piarum materiam legi sup. in conf. 101. Pauli P. obi alias Constitutiones habet indicatas.

Editio. D. V R B A N V S P A P A VIII. 1630. Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. A Duberes fractus, quos dilecti filii Clerici Regulares Congregationis Matri Dei Scholarum Piarum in Vinea Domini proferunt, considerationis nostrae aciem converentes, dignam, quin potius debitum reputamus, ut ea, que felicibus eorum progressibus obesse possunt, quantum cum Domino possumus, removeamus, & prohibeamus.

Prohibitione de gratiis in R. brevia. §. 1. Specialibus itaque illos favoribus & gratiis pro qui volentes, & eorum singulare personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa iatis, si quibus quomodolibet innodatis existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censer. supplicationibus Ministri generalis dictae Congregationis Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ne alii quicumque quavis auctoritate fungentes, Scholas sub denominacione Scholarum Piarum erigere, aut forsan jam erectas pias nominare, nec inscribere, minusque habitum per dictos Clericos Regulares gestari solitum gestare audent seu presumant, sub excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis per contrafaciennes ipso facto incurriendis, Apost. auctoritate tenore presentium interdicimus & prohibemus.

§. 2. Decernentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, & ab omnibus inviolabiliter observare.

Concessione. §. 3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si quid eas super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Ut autem presentes facilius omnibus innotescant, volumus ut earundem presentium transumptis, etiam impressis, maxu aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus ubique fides adhibeatur, quae adhiberetur presentibus, si forent exhibita, vel ostensa.

Dicit. Rom. apud S. Martham Majoram, sub Annulo Piscatoris, die 7 mensis Augusti 1630. Pont. nostri anno 8.

Declaratio super Constitutione Pii Quarti de registrandis in Camera gratiis illius interesse concernentibus.

Hanc Pii Quarti Constitutionem habet sup. tom. 1. conf. 98.

Editio. D. V R B A N V S P A P A VIII. 1630. Ad perpetuam rei memoriam.

Promissio. C um sicut accepimus plures Rom. Pont. predecessores Nostris concesserint, prout etiam Nos concessimus, diversa privilegia, indulta, licentias, & gratias, etiam interesse Cam. Apost. concernentia, tam per literas Apost. sub plumbo, & in simili forma Brevis expeditas, quādā per Chirographa eorum, & Nostra respectivē manus sub scripta, in quibus quidem literis, & Chirographis, Motu proprio, seu Constitutioni fel. rec. Pii Papae IV, predecessoris Nostrī, qua caverunt ut omnes, & singulæ gratie interesse dictæ Camera concernentes in eadem Camera in-

tra eorum ibi expressum tempus registrari debeant, alii gratiae ipsæ nullæ finit, derogatum reperitur, à nonnullis vero nimium scrupulis in dubium revocetur, an tales derogationes adhuc in Camera predicta registrari debuerint, & debeant.

§. 1. Nos ne ullo unquam tempore de ipsorum privilegiorum, indultorum, licentiarum, & gratiarum validitate, ex eo quod privilegia, indulta, licentias, seu facultates, aut derogationes hujusmodi in eadem Camera registrata non fuerint, habentur, eosque ad quorum favorem emanarunt, ex praetextu super privilegiis, indultis, licentias, gratiis, & facultatibus eisdem pro tempore, ut presertim, concessis, molestari contingat, provideri cupientes, ac Motus proprii, seu Constitutionis predicti Pii Predecessoris tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes.

§. 2. Motu proprio, non ad aliquius Nobis desuper oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera animi Nostræ deliberatione, certa scientia, ac de Apost. potestatis plenitude, omnia, & singula privilegia, indulta, licentias, gratias, & facultates, tam per Predecessores Nostros, quam per Nos ipsos per literas Apost. sub plumbo, aut in forma Brevis expeditas, seu per chirographa eorumdem Predecessorum, vel Nostra manus respectivē subscripta, etiam quodcumque interesse dictæ Camera concernentia, cuiuscumque qualitatibus, generis, quantitatis, & valoris, etiam maximi, & inexcogitabilis existat, concessis hactenus, & in posterum per Nos, & Rom. Pont. Successores Nostros concedenda, in quibus Motui proprio, seu Constitutioni Pii Predecessoris hujusmodi, ad effectum ut illi, ad quorum favorem emanarunt, & emanabunt pro tempore, ad ipsa privilegia, indulta, licentias, & gratias in eadem Camera registrandum non teneantur, derogatum fuerit, seu derogari contigerit in futurum, etiam illæ, & illa, sive derogatio, & voluntas hujusmodi in predicta Camera registrata non sint, & non registrantur, etiam ab eorum data valere, & de eorum validitate dubitari non posse, neque propter illos, ad quorum favorem emanarunt, aliquo modo molestari debere, tenore presentium decernimus, & declaramus.

§. 3. Ac dilectis filiis Nostro, & S. R. E. Camerario, ac Thesaurario, Generali, Presidenti, & Clericis, necnon Commissario ejusdem Camera nunc, & pro tempore existentibus, & aliis quibuscumque desuper interesse quomodolibet pretendentibus, aut qui illud quomodolibet pretendere possent, perpetuum silentium desuper imponimus.

§. 4. Mandantes Camerario, Thesaurario, Presidenti, & Clericis, necnon Commissario nunc, & pro tempore existentibus, & aliis interessé pretendentibus predictis, ne sub nostro, & pro tempore existentis Rom. Pont. indignationis, aliisque Nostro, & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrio imponendis penitus, & etiam interdicti ingressus Ecclesie, ac aliis Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis ipso facto per contravenientes, & eorum quemlibet, toties quoties contravenerint respectivè incurrident, à quibus à nemine, præterquam à Roman. Pont. pro tempore existente, præterquam in mortis articulo constituti, absolvi, seu illæ eis relaxari nequeant, predictorum aliquem super præmissis aliquo modo molestare audeant, vel presumant.

bis, Monasteriis, locis regularibus, & personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque effaciotoribus, & insolitis clausulis, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliæ in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficiente derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium & singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialistes, & exprelse derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod præsentium transumptis, *Hujus transumptis quod* manu alicuius Notarii publici subscris- *subscris- quibus, & pa- pte. in pr-*
ptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica consti- *to. omnes illi gare faciat.*
tuta munis eadem prorius ubique fides adhibetur, *be omnes illi*
que præsentibus ipsis adhiberetur si forent exhibite, vel *gare faciat.*
ostenæ: quodque exdem præsentes literæ, seu illarum exempla ad valvas Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum de Urbe, & in acie campi Floræ affixa, omnes ita arctent, & afficiant, ac si unicuique personaliter intimatae fuissent.

Dat Roma apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 5. Novembris 1631. Pont. nostri anno 9. *Dat. P. An. 9.*
di. 5. Nov.

*Die & anno supradicti affixa, & publicata fuerunt supra- Publicatio
dicta litera ad valvas Curia & Camera Apostolica, ac in acie in Vrb.
Campi Flora, aliisque locis solitus, & consuetis, ut moris est,
per me Andream Scalmanum, S.D.N. Papa Curjorem.*

Extensio Constitutionis Greg.XV. revocatoriaæ CXXI.
omnium concessionum vivæ vocis oraculo factarum, præter S. R. E. Cardinalibus, & eorum manu firmatarum, ad omnes etiam factas Cardinalibus, & eorum manu signatas.

Hanc revocationem factam à Greg.XV. habeb supra inser ipius conf. num. 27. incip. Romanus Pontifex, tom. 3. Quam postea declaravit non comprehendere illos officiales, quibus ratione munera suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberi solebas, hic idem S.D.N. Vrb. supradicta in conf. 29. Alias fel. rec.

V R B A N V S P A P A V I I I I, Edit. An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. *1634.*

§. 1. Alias fel. rec. Gregorius Papa XV. prædecessor *Greg. XV. dicitur conf. de
ut. conf. de
hac materia
aducatam in
2. rubr.*
nostrus, ut subnascientibus jugiter variis difficultatibus, & abusibus ex privilegiis à Sede Apostolica vivæ vocis oraculo sacerdotiis concessis obviam iret, Constitutionem edidit tenoris subsequens, videlicet, Gregorius Papa XV. Ad perpetuam rei memoriam, Romanus Pontifex in specula militantis Ecclesie, &c.

Omititur residuum, quia est sup. tom. 3. num. 17.
§. 2. Cum autem experientia rerum magistra compertum sit, concessiones, & gratias vivæ vocis oraculo, *Quam bila
Pap. expon.
dic. ut. in
rubr.*
etiam à S.R.E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sese ab his, in quorum favorem emanantur, minus canonica interpretatione extendi, & perpetram in discipline Ecclesiastice detrimentum executioni demandari: Idcirco, quantum cum Domino possumus, his, & aliis malis occurrere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, & de consilio nonnullorum Venerabilium fratum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium hujusmodi matute discussendum commisimus, omnia, & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias qualcumque per Bullar. Mag. Tom. IV.

Summos

URBANUS OCTAVUS.

Summos Pontifices predecessores nostros, ac per Nos etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscri-
viva vocis otaculo, & S. R. E. predicitur Cardinalium pris, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica consti-
tuta munitis eadem prorsus ubique fidei adhibetur, que
quorumcunque manus firmata, quibuscumque Generali-
bus, Provincialibus, ceterisque Superioribus, & personis
eiusmodi: quodque eadem presentes litera, fave illarum
five Sacolariis, five regularibus, vel etiam ipsis Ordini-
bus, Congregationibus, Institutis, & Societibus,
etiam Societati Iesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris,
aliisque personis predictis quacumque de causa, etiam
de necessitate exprimenda occasione, praetextu, vel colo-
re, etiam intuitu, contemplatione, seu ad instantiam Imper-
atoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut alias
quomodolibet concessa, illorum tenores presentibus
pro expressis habentes, tenore presentium revocamus,
cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac de ce-
tero revocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viri-
busque, & effectu vacua esse, & fore, nullique prorsus
deinceps suffragari posse, nec debere declaramus.

*Publieri à
Societibus
Ordinibus for-
bit.*

§. 3. Præterea, ut presentes literæ omnibus, & singulis
ad quos spectat, & pro tempore spectabit, quantocitatis
innoscencie, omnibus, & singulis Generalibus, & aliis
quocumque nomine nuncupatis Superioribus quorum-
cumque Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam
Societatis Iesu, & Institutorum, sub excommunicatione,
ac privatione officiorum, & dignitatum, necnon vo-
cis activæ, & passivæ penitus ipso facto incurriendis pre-
cipimas, & mandamus, ut infra tres menses proximos à
di publicationis presentium computandos, omnes, &
singulos Provinciales corundem suorum Ordinum, Con-
gregationum, Societatum, etiam Societatis Iesu, & Insti-
tutorum, de eisdem presentibus literis certiores faciant,
earumdemque presentium exemplaria illis transmittant,
qui quidem Provinciales sub eisdem penitus teneantur
singulis Superioribus Monasteriorum, Conventuum,
Collegiorum, Domorum, & locorum regularem præ-
cipere, ut eisdem presentes subditis suis, ut moris est,
publicent.

*Clericulas
preferentes
addit.*

§. 4. Decernentes presentes literas, etiam ex eo quod
quicunque in præmissis interest habentes, vel habere
prætententes ad hoc vocati, & auditio non fuerint, de
subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ,
seu alio quopiam defectu notarii, impugnari, invalidari,
redargui, in jus, vel controversiam vocati, aut ad viam, &
terminos juris reduci, fave adversus illas quocumque
juris, gratia, vel facti remedium imperatrici nullatenus
posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces exis-
te, & fore, suoque plenarios, & integros effectus ferti-
ri, & obtinere.

*Allier judi-
cian & facul-
tatem tollit.*

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &
delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores,
sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, &
interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti
debere; ac irritum, & inane si quid fecerit super his à quo-
quam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter conti-
gerit attentari.

*C. auctorita-
tum tollit.*

§. 6. Non obstantibus præinsertis literis hujusmodi,
ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, &
quatenus opus sit, etiam regula nostra de non tollendo
jure quæsito, privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-
stolicis eisdem Cardinalibus, ac Ordinibus, Congre-
gationibus, Institutis, & Societibus, corumque Superi-
oribus, quocumque nomine nuncupatis, sub quibuscumque
verbacum formis, & tenoribus, ac quibuscumque
derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, &
insolitis clausulis, ac iritantibus, & aliis decretis, in ge-
nere, vel in specie, ac alijs in contrarium præmisorum
quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti
derogatione illis, corumque totis tenoribus specialis,
specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem
per clausulas generales idem importans mentio, seu
quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita
forma ad hoc servanda, fore, illorum omnium tenores
presentibus pro plenè, & sufficienter expressis haben-
tes, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque con-
trariis quibuscumque.

§. 7. Volamus autem, quod presentium transumptis,

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, *Dat. P. A.*
die 20. Decemb. 1631. Pont. nostri anno 9. *die 20. D.*

*Die & anno supradictis affixa, & publicata fuit ad valvas Publica-
Basilicarum S. Iohannis Lateranensis, & Principis Apostolorum, in Pte.
ac in actis Campi Flora, aliisque locis solitis, & confutatis, se mo-
ris est, per me Andream Scalmannum, S.D.N. Papa Curiensem.*

Notarii extra Urbem creandi, antequam offici- *CXXII*
cium Notariatus exercere incipient, examini-
se subjicere debeant, sub pena nullitatis, &
falsi.

Notarios creatos praetextu Banishmenti Henrici Card.
Castrensis S. R. E. Camerarii annullavit istem
Sanctiss. Pont. in cons. sequenti.

Forma autem hujus examinis prescribitur in hac const.

*P R A N V S E P I S C O P V S, Edita A.
Statuta Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam. 1631.*

*R*atio Pastoralis officii sollicitè vigilare Nos admo- *Provin-*
net, ut ad publica munia, precipue verò nostrorum, *Gubernato-*
& Sanctæ Romanae Ecclesie subditorum interesse con- *ri, Civitas, oceasina, habitu-*
cernentia exercenda viri præficiantur idonei, qui fide, *per Cartulam, meritis, da, ne Nam, E*
doctrina, & experientia commendabiles sustinendo one- *re, officiis, exercitio, prævio in-*
ti sibi credito pares existant.

§. 1. Hinc est quod Nos, qui hodie accepto quod post *Gubernato-*
creationem, & institutionem Archiviorum per fel. rec. *Civitas, oceasina, habitu-*
Sixtum Papam V. predecessorem nostrum in quibusvis *status Ecclesiastici Nobis, tunc illi, & Sedis Apostolica*
Notariatus, nisi prævio rigoroso examine per Guberna- *medium, & immediate subiecti Provinciis, Civitatibus, meritis, da, ne Nam, E*
tores, aut Superiorum loci, cum interventu Advocati, & *Gubernatores Civitatum, ac Praetores locorum minus in-*
Archivistarum approbatu fuisset, exercere posset, faculta- *signum, sumpta occasione quod boni mem. Henricus*
tem creandi Notarios sibi arrogare ausi fuerant, & de *olim tituli S. Pudentiane presbyter Card. Caetanus nun-*
facto creaverant.

§. 2. Creationes Notariorum per Gubernatores & Prae- *Quos fieri*
tores sic factas, invalidas, & attentatas, & Notarios tali *in Pte, in*
facto creatos, non Notarios per alias nostras literas decla- *nullavimus, de novo si*
ravimus, prohibentes assertis Notariis, ut præfertur crea- *creari, tam*
tis, ne officium Notariatus præfensi exercere auderet, vel *ne possemus*
præsumerent, sed de novo se ab habente creandi potesta- *codit, rem*
& servata forma per Nos præscribenda creari ficeret.

§. 3. Volentes formam hujusmodi præscribere, & om- *Eam formam*
nibus interesse habentibus consulere, Motu proprio, non *hic prescribi-*
ad aliquid super hoc oblatas petitionis instantiam, sed *formam.*
ex certa nostra scientia, metaque deliberatione, ac de *Eam formam*
Apostolicæ potestatis plenitudine, tenore presentium *hic prescribi-*
statuimus, & ordinamus, quod perpetuis futuris tempo- *formam.*
ribus in omnibus & singulis Provinciis, Civitatibus, Op- *ad exercitium officii Notarius hujusmodi*
pidis, Castris, Villis, & locis Status prædicti, tam me- *admitiri possit, nec debeat, nisi coram pro tempore ex-*
diat, quam immediate subiecti, nullus omnino, tam ex *istente Legato, aut Presidente, vel Gubernatore Provin-*
predictis, ut præfertur tam creari, quam ex eis, quos in *cia,*

URBANUS OCTAVUS.

cis in qua degit, vel ipsi impeditis, coram Prolegato, vel Legamētente generali respectivè, cum intervenga doctorum Jurium Doctorum, & tōlēm Notariorum, inter quos sit idē Archivista, ubi verò Tribunal Roti institutum fuerit duorum eisdem Auditorum, docuerit prius de exercitio in Notarium legitimè facta, eaque legi, & valida comperta, rigorosè examinatus, & interrogatus fuerit super iis, quæ ad exercitium officii Notariatus spectant: & quatenus ad id repertus fuerit idoneus, super quo examinatōrum omnium conscientiam oneramus, à Legato, Præfido, vel Gubernatore ad exercitium præstatum, præfito tamen prius per eum jura mento de observandis Apostolicis Constitutionibus, & bannimentis super Archivis emanatis, admissus, & super admissione per Archivistam littera patentes Legati, Presidentis, vel Gubernatoris manu subscripta eidem consignata fuerint: Quo verò ad Civitates Legatorum vel Gubernatorum Provincias, præfatorum iuridictioni non suppositas, & illarum loca, ac Territoria, examen, & alia p̄missa copiam singulis Civitatibus hujusmodi Gubernatoribus, cum easundem personarum superiorius expressarum intervēntu adimplentur: In eodem verò quod occasione Legationum Civitas Legato subjiceretur, durante tali subjectione in loco reūtie Legati) & quoad Terras, & alia loca, in quibus specialis Gubernator constitutas reperitur, coram Præfido Provincie. Quo verò ad Civitates, Terras, & loca in districtu dictæ Urbis existentia, coram pro tempore existente Archiviorum Præfecto, cum intervenciū quatuor Jurium Doctorum, & quatuor Camerae Apostolicae Notariorum, supradicta peragri posse volumus: & insuper Notarium, ut præfatur, approbandum, & admittendum p̄missorum occasione in aliqua expensa, præterquam decem Julitorum monēt Romanę pro literis patentibus per Archivistam exigendorum gravari non posse.

§. 4. Et si quis ex superiori comprehensionis Notarii contra præsentium tenorem, non obtenta admissione, ut præfatur, officium Notariatus exercere auctoritate auctoritate, & actus per ipsum factos, perinde ac si nunquam Notarius creatus extisset, nullos & invalidos, ac nullius roboris, & momenti in iudicio, & extra fore, & esse decernimus, & declaramus.

§. 5. Quæ quidem omnia quoad Notarios extra urbem residentes, & quavis auctoritate, etiam ex Urbe proveniente, ac per Protonotarios, & Scriptores Romanae Curie, necnon Communitatū Archiviorum Collegia, & alios quoscumque, etiam Apostolica, vel Imperialia, aut alia quacumque suffulso auctoritate creatos, etiam in Instrumento creationis particulares Judices deputati reperiuntur, locum habere, & observari volumus pariter, & mandamus.

§. 6. Præsentes quoque, & omnia, ac singula in eis contenta, & ex eo quod Scriptores Romanae Curie & aliorum Archiviorum præfatorum, ac Notarii, & alii quicunque in p̄missis, seu eorum aliquis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætententes, p̄missis nullatenus conferrent, & ad hoc vocati, aut auditii non fuerint, minusque causa propter quas eadē præsentes emanarint, deducit, verificat, seu alijs sufficienter, aut etiam nullatenus justificare fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive ex eo quod in p̄missis, seu eorum aliquo solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplēta non fuerint, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine resultante, vel præscriptionis, etiam quadraginta annorum, & ultra, aut enormis, enormous, ac totalis lassonis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis p̄missorum necessariā exprimenda fore, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & alii superioris expressis, seu relatis, nihil ullibi apparet, seu alter probari posset, impugnari, invalidari, retractari,

in ius, vel controvertiā revocari, aut ad terminos suos reduci, vel adversus illas restitutio in integrum, apportionis oris, reductionis ad viam ac terminos iuris, aut aliud quocumque iuris, facti, gracie, vel iustitia remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut imperato, vel conceleste quæsipli uti, sed se juvare in iudicio, vel extra illud posse: neque ipsas presentes sub quibus similium, vel dissimiliū gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alia contraria dispositionibus, pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, iusisque plenarios, & integros effectus fortiori, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet ipeccabili in futurum, inviolabiliter observari.

§. 7. Sieque, & non alia in p̄missis omnibus, & similiter per quoscumque Judices ordinarii, & delegati, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Nuntios, & alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere: irritum quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, pariter decernimus.

§. 8. Quocirca Veterabilib⁹ Fratrib⁹ nostris, & dictæ Sedis de latere Legatis, & Prolegatis, necnon dictæ filiis Præsidentibus, Gubernatoribus, alisque Officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & locorum prædicatorum per Apostolicas scriptas mandamus, quatenus statim atque præsentes nostre litteræ illis, seu alicui eorum præsentatae fuerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contentis quæcumque per se, vel alium, seu alios debitis executioni demandent, & demandari procurent; contradicentes quolibet, & rebelles, ac p̄missis non parentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedii, omni, & quacumque applicatione, recurfu, & reclamatione remotis, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 9. Non obstantibus pia memoria Bonifaci VIII. de una, & in Concilio generali de duabus dietis, dummodo quis ultra tres dietas extra suam Civitatem, vel Diœcesem ad judicium earundem vigore præsentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de gratiis interesse dictæ Camerae quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Camera insinuandis, & registrandis, ac aliis constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, necnon nostra de non tollendo jure quæsto, alisque Cancellariae Apostolicae regulis, necnon Provinciarum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & aliorum dicti Status, tam mediatis, quam immediatis, ut præfatur, subiectorum locorum statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentias, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, & literis Apostolicis, Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis Officialibus præfatis, ac quibusvis alius etiam Communitatibus, Universitatibus, Monasteriis, Hospitalibus, etiā S. Joannis Hierosolymitani, & aliis pīis, & non pīis locis, etiam speciali nota, & mentione dignis, etiā Moris, Scientia, & potestate paribus, & etiā Conſistorialiter, & de eorundem Cardinalium confilio, & confusus sub quibuscumque verbōtum formis, & tenoriis, ac cum quibusvis etiam derogatoriā derrogatoriis, alisque officiariis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alis decretis, etiam necessariā exprimendis etiam in vim contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio robo, & cautela firmati, in contrarium p̄missorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluries, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis: quibus omnibus, & singulis, etiam in eis caveatur expressè, quod nullo unquam tempore sub similiū, vel dissimiliū facultatum, licentiam, concessionum, privilegiorum, & allatūm gratiarum

proprietatum revocatisibus, suspensionibus, limitatio-
nibus, aut aliis contraria dispositiōibus pro tempore
faciēndis comprehendantur, sed semper ab illis exceptas,
& quoties illae emanarentur, toles in pristinum, & vali-
dissimum statum, sicut sub posteriori data per eos, qui-
bus concessio sunt, eligenda, restituta, reposita, & plena-
rie reintegrita, ac denud concessa sunt, & esse conseuantur,
necon pro illorum sufficient derogatione, de illis, co-
rumque totis tenoribus speciis, specifica, expressa, &
individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clau-
sulas generales idem importantes mentio, seu quævis
alii expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad
hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad
verbum inferrentur presentibus pro plenè, & sufficien-
ter expressis habentes, harum serie specialiter, & expres-
sè, ac latissime derogamus, & derogatum esse volumus,
exterrisque contrariis quibuscumque.

Hab. Temp. publicani, & publicanorum omnes officia docentur.

§. 10. Ut huius praesentes literæ ad omnium notitiam
facilius dèveniant, ultra eundem publicationem in
quolibet dicti Status loco faciendam, & in euilibus
loci Archivio registrandam, Volumus, & Apostolica au-
toritate decernimus eisdem praesentes ad valvas Basilicæ
Principis Apostolorum, & Cancellarie Apostolice, &
ac in aie Campi Flora, per aliquem ex Curtoribus no-
stris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui:
qua sic publicaræ, & affixa omnes, & singulos quos
concernant in Urbe commorantes proinde afficiant, &
arcent, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, &
intimate fuissent.

Eiusdem Trans- scriptis vultus fidem haberi.

§. 11. Quodque earendem presentium transumptis,
etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & si-
gillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica confi-
tute munitis eadem profrus ubique fides in judicio, &
extra illud habecatur, que ipsis originalibus haberetur,
si forent exhibitz, vel ostense.

Sanctissimum parvulum ad. di.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nam nostrorum statuti, ordinatis, mandatorum, deroga-
tionis, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei
ausi temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
presumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-
torum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit in-
cursurum.

*Dat. P. A. apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ
1631. 12. Kal. Januarii, Pont. nostri anno 9.*

Publicatione in Urbe.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1631. Indi. 1.,
die vero 7. mensis Februario, Pontif. autem Sanctiss. in Christo
Patri, & D. N. D. Urbani divina providentia Papa 1611.
anno ejus 9. supradicta litera Apostolica officia, & publicata
fuerunt ad valvas Basilica Principis Apostolorum de Urbe,
Cancellaria Apostolica, & in aie Campi Flora, dimisis in eis-
dem locis supradictarum literarum Apostolicarum exemplis
affixis, per me Antonium Bardum Romanum S. D. N. Pap.
Curs.

Registratio in Camera Apost.

Die 11. mensis Martii 1632. Huiusmodi, & Reveren-
dissimus D. Franciscus Vimbardus C. A. Clericus, & Archi-
vorum Status Ecclesiastici Prefectus, ad instantiam R. P. D.
Felicitis Cancellarii Camera prefata generalis Commissarii, ad
majorem cæmelam, & us dicta litera Apostolica semper cum
opus fuerit, in eadem Camera appareat, & alias omni modo
pro registra fure, illas in eisdem Camera libris registrari,
prout registrata fure, & collationata concordant.

Petrus Antonius Severus.

CXXXIII. Declaratio nullitatis Notariorum creatorum a
Gubernatoribus Civitatum, aliorumque locorum
Prætoribus, prætextu Bannimenti
Henrici Card. Caetani S.R.E. Camerarii. Ac
revalidatio Instrumentorum, & scripturarum
per eos olim factarum. Necnon facultas Præ-
fecti Archiviorum cognoscendi causas super
nullitatibus hujusmodi creationum, & acta
talium Notariorum revalidandi.

Quondam Notarios in factum extra Vibam creando,
& entitatis, cui subjacere debent, formam pra-
scriptis hic idem Pons. ac in consuetudine.

F. R. B. A. N. V. S. E. P. I. S. C. O. P. V. S. Edita Anno
Seruum Servorum Dei: Ad preparandum res memoriam. 1631.

In superiora pastoralis officii specula, meritis licet im-
paribus, à Domino constituti, ad eā, quæ populorum
nostræ, & Sedis Apostolice temporali ditioni subditorum
utilitatem, pacem, & securitatem respiciunt, vigi-
lantie nostræ aciem, prout officii nostri ratio postulat,
sedulè dirigimus, & perturbationibus, quæ non solum
ex malitia, verùm etiam ignorantia personarum, & pre-
cipue publicis addictrum negotis exoriri noscuntur
occurrentes, quantum Notis ex alto concegitur, regularem
officii nostri partes impartimur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, alios post creatio-
nem, & institutionem Archiviorum per felicis recorda-
tionis Sixtum Papam V. prædecessorem nostrum, in qui-
busvis status Ecclesiastici nobis, tunc illi, & Sedi Aposto-
lice mediatae, & immediatae subiecti Provinciis, Civitati-
bus, Oppidis, Castris, Villis, & aliis locis designatis fa-
ctam, bon. mem. Henricus, dum viveret tituli S. Pudentia-
na Presbyter Card. Caetanus nuncupatus, S.R.E. Came-
rarius, de ejusdem Sixti prædecessoris expresso mandato,
bonum Archiviorum corundem regimen, & Notariorum
personas concernentes edicatum publicari fecerit, & inter
alia ad obviandum litibus, & aliis periculis, quæ in dies
ob imperitiam Notariorum suscitabantur, quod nullus
Notarius per quamcumque personam, etiam prætextu
cejuslibet facultatis, etiam ex Urbe nostra concessa, extra
Romanam Curiam creatus, officium Notariatus exercere
posset, nisi prævio rigoroso examine per Gubernatorem,
aut Superiorum loci, cum interventu Advocati, & Archi-
vistæ approbatu fuisse presumperint, ac proinde inge-
nitum Notariorum, etiam imperitorum & ineptorum nu-
merum temerè, & de facto creaverint, in nostræ, & Apo-
stolice auctoritatis præjudicium, & gravamen contrahent-
ium, & aliorum, qui similium Notariorum operâ pro
tempore usi decepti remanserunt, jaclaram.

§. 2. Quare Nos temeritati hujusmodi occurrere, li-
tibus, discordiis, præjudiciis, & scandalis, quæ exin-
de provenire solent, obviare, ac tam pro præterito, quâs
perpetuis futuri, temporibus opportuna ratione provi-
dere cupientes, Motu proprio, non ad alicuius super
hoc Nobis oblate petitionis instantiam, sed ex certa
nostra scientia, meraque deliberatione, ac de Apostoli-
ce potestatis plenitudine, habita etiam à nonnullis pro-
bis, & peritis viris per Nos super hoc deputatis senten-
tia, creationes Notariorum per Gubernatores, & Præto-
res prædictos, ut præfertur, factas, nullas, & invalidas,
ac nulliter, & attentate factas, ipsosque Notarios tali
modo creatos, prætextu eorum creationis hujusmodi,
nullo modo Notarios esse, nec reputari debere, Apo-
stolica auctoritate, tenore presentium decernimus, & de-
claramus.

§. 3. Et nihilominus ad consulendum indemnitatî illo-
rum omnium, qui bonam fidem sequuti eorum opera & scriptus
sunt usi, omnia, & singula testamenta, tam in scriptis,
quam nuncupativa, codicillis, necnon ejusvis generis
contractus, & instrumenta, aliaque acta per similes No-
tariorum, tam de præsenti in vita degentes, quam vita fun-
ctorum, pro omnibus, & singulis ejusvis ordinis, status,
gradus, & conditionis, ac quibuscumque Ecclesiæ, &
locis piis, seu inter illos, & illa rogata, stipulata, & facta,
etiam specialem expressionem requientibus personis,
eisdem auctoritate, & tenore perpetuò revalidamus;
Omnesque & singulòs nullitatis ex tali creatione dum-
taxat provenientes defecctus (dummodo tamen nullitas
creationis hujusmodi acceptata, & in Judicium de-
ducta nondum fuerit) sanamus, ipsisque testamenti,
codicillig

URBANUS OCTAVUS.

85

modicis, contractibus, & actis (dummodo aliud non obstante plenam, & indubiam fidem in Judicio, & extra illud, ac si per Notarios legitimè creatos rogata, stipula, & facta fuissent, adhiberi, neque in Judicio aut extra illud de nullitate ex præmissa causa ullo unquam tempore, aut pacto argui, dici, vel opponi posse volumus, & mandamus: necnon sanationem, & revalidationem prædictas in quolibet dicti Status Ecclesiastici loco, à dicto quo in ipso loco præsentes nostre literæ modo, ac forma ibidem servari solitis, & consuetis publicatae fuerint, effectum fortiri, & de publicatione hujusmodi publicum documentum in libris Archivii cuiuslibet loci, in quo facta fuerit, una cum eisdem præsentibus inferendum fieri debere statuimus, & ordinamus.

§. 4. Præterea, cum sicut etiam accepimus, recipia comperit si complutes alios Notarios ex potestatis, vel solemnitatem defecūt, aut alii capitulo, quæ de facili recenteri non possunt, nulliter, & de facto creatos existente, dilecto filio moderno, & pro tempore existentes Archivorum Praefecto omnia, & singula instrumenta, & alia præmissa per Notarios ex quovis alio quam priori capitulo nulliter creatos rogata, & facta, facta tamen prius nobiscum, seu cum pro tempore existentibus Romanis Pontificibus successoribus nostris in singulis casibus occurrentibus verbo, & (dummodo nullitas prefata, ut præteritus, non sit à parte acceptata, nec in Judicium deducta) sanandi, & revalidandi, absque eo, quod unquam in futurum de nullitate hujusmodi dici, aut redargui possit, amplam, & omnimodam licentiam, auctoritatem, & facultatem concedimus, & impartimur.

§. 5. Inhibentes insuper sub indignationis nostra, aliquis gravissimi arbitrio nostro imponendis, & declarandis penit omnis, & singulis Gubernatoribus, Praetoribus, & aliis officialibus quovis nomine nuncupatis Provinciarum, Civitatum, & locorum prædicatorum per Apostolica scripta mandamus, quatenus statim atque præsentes nostre literæ illis, seu alicui eorum præsentatae fuerint, illas solemniter publicent, & publicari faciant, ac in eis contenta quacumque per se, vel alium, seu alios debitam executioni demandent, & demandari procerent, contradictores quilibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, alias opportuna juris, & facti remedias, omni, & quacumque appellatione, recursu, & reclamacione remotis, compensando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio Brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus pia memorie Bonifaci VIII, de una, & in Concilio generali edita de duabus dictis, dummodo quis ultra tres dictas extra suam Civitatem, vel Diœcesin ad judicium earundem vigore præsentium non trahatur, & Pii IV. Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum de gratiis intercessione dictæ Cameræ quomodolibet concernentibus infra certum tempus in eadem Cameræ insinuandis, & registrandis, ac aliis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon nostra de non tollendo jure quæsito, aliquis Cancellaria Apostolica regulis, necnon Provinciatum, Civitatum, Terrarum, Oppidorum, Castrorum, & aliorum dicti Status, tam immediate, quam inmediate, ut præfetur, subjetorum locorum statutis, privilegiis, iudicatis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extentionibus, protogationibus, & literis Apostolicis, Legatis, Prolegatis, Gubernatoribus, Praetoribus, & aliis Officialibus prefatis, ac quibusvis aliis, etiæ Communitatibus, Universitatibus, Monasteriis, Hospitalibus, etiæ S. Joannis Hierosolymitani, & aliis piis, & non piis locis, etiam speciali nota, & mentione dignis, etiæ Motu, scientia, & potestate paribus, & etiæ Consistorialiter, & de eorundem Cardinalium consilio, & consensi, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibuscumque derogatoriis derogatoriis, aliquis efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam necessariò exprimendis, etiæ in viis contractus jurati, & Camerali obligatione vallati, & quovis alio labore, & cautela firmati, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, editis, factis, & pluriis, ac iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam in eis caveatur exprefse, quod nullo unquam tempore sub simili, vel dissimili facultatum, licentiarum, concessionum, privilegiorum, & aliarum gratiarum præfatarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscumque contrariis dispositionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis excepta, & quoties illa emanarent, toties in pristinum, & validissimum statutum, etiam sub posteriori data per eos, quibus concessa

URBANUS OCTAVUS.

187

etiam rei memoriam. In supremo. Apostolatus folio, me-
riti. licet imparibus, &c.

Omittitur residuum hujus cont. quia est sup. tom. 4.

§. 2. Subinde vero cum Frates Recollecti prefati pre-
dicti, acquisitos, illi insertis literis hujusmodi non acquiescerent, sed ad Nos
tecursum habuissent, Nos causam, & causas hujusmodi
prefatos ex altera partibus, de, & super delatione, seu re-
formatione Capucin & Mozetta per eos deferendi, ac de-
lata, qui declaratione in hac parte, & executione respectivè præin-
sertarum literarum nostrarum, rebusque aliis in actis cau-
sa, & causatum hujusmodi latius deducatis, filio nostro
Geffondi tituli Sanctæ Mariae de Populo presbytero Car-
dinali Bentivolo nuncupato, per alias nostras in simili
forma Brevis expedita commisimus, coram quo ad non
nullos actus (circa tamen illius conclusionem) devento,
tandem suam hujusmodi causa tulit, & promulgavit
diffinitivam sententiam tenoris subsequentis, videlicet:

Christi nomine invocato, pro Tribunali sedentes, & so-

lotti Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffini-

tivam sententiam, quam de juris peritorum consilio pari-

ter, & assensu in his scriptis ferimus in causa, & causis,

qua coram Nobis vigore literarum Apostolicarum in

forma Brevi expeditarum, in secunda, seu alia veriori ver-

tutur instantia, inter Rev. Fratres Capuccinos nuncupa-

tos Ordinis Minorum Sancti Francisci ex una, & Rever.

Frates ejusdem Ordinis Sancti Francisci strictioris Ob-

servantie, Recollectos Gallie nuncupatos, de, & super de-

latione, seu reformatione Caputii, & Mozetta per eos de-

ferendi, & declaratione in hac parte, & executione respe-

civè litterarum Apostolicarum Sanctissimi D. N. Papæ

sub dat. Romæ apud S. Petrum, sub diebus 10. Januarii, &

ultima Julii anni 1624, in simili forma Brevis desuper ex-

peditarum, ac Perillustri, & Reverendissimo D. Bernardi-

no Archiepiscopo Damiatensi, Sedis Apostolicæ Nuntio

in Regno Gallie commoranti, & Illustrissimo, & Reve-

rendissimo D. Francisco tituli Sancti Callisti presbytero

Cardinali de la Roche Foucault, & Reverendissimo D. Epi-

scopo Silvaticensi respectivè dictarum, rebusque aliis

in actis cause, & causarum hujusmodi latius deducatis, &

illorum occasione, partibus ex altera, visis prius literis

antedictis, ac omnibus juribus, & scripturis in judicio

productis, actisque actitatis, & partibus hinc inde prius

in jure, & in facto pluries auditis, visisque aliis omnibus

viden, & consideratis consideran. factoque etiam verbo

cum eodem Sanctissimo Papa, causamque & causas præ-

fatas, una cum toto negotio principali Nobis commissas

amplectentes, & incidentes, ac ultimodictas literas San-

ctissimi D. N. Papæ, & etiam sententiam per Illustrissimum,

& Reverendissimum D. Franciscum Cardinalem, & Reve-

rendissimum D. Episcopum antedictos Judices, & execu-

tores alii ab eodem Sanctissimo D. N. Papæ in hujusmo-

di causa deputatos promulgatam declarantes. Dicimus,

pronuntiamus, decernimus, & diffinitivè sententiamus, &

decremus, prædictos Fratres Recollectos teneri, & obli-

gatos esse ad deponendum Caputium, quod deferunt acu-

minatum, & tam eos qui Religionem hactenus ingressi

sunt, quam alios qui eandem Religionem in futurum in-

gredientur, similiter teneri, & obligatos esse ad deferendū

Caputium rotundum formæ, & qualitatis hujusmodi, vi-

delicet Caputium rotundum cum mozzetta largiori illi

unita, & annexa, quod in majori latitudine sua rotundi-

tatis à parte anteriori ad posteriorem intra sinciput, &

occupit non sit largius duarum quindecimartum portio-

num minoris, & extreme sua latitudinis, que erit ab an-

teriori ad posteriorem partem intra guttur, & collu ejus-

dem Caputii, delatione cuiuscumque alterius generis, seu

formæ Caputii illis in posterum penitus interdicta, fir-

misque & in robore suo perpetuò remanentibus, ceteris

omnibus, & singulis contentis in ultimodictis literis

Apostolicis Sanctissimi D. N. que, & quas in omnibus, &

per omnia, etiam sub pœnis, & censuris in eis expressis in-

violabilitate observari mandamus, ac ambas partes justis

de causis animum nostrum moventibus ab expensis ab-

solvimus, & eisdem partibus perpetuum silentium desu-

per imponimus, ac de deponendo, & auferendo, & respe-

ctive deferendo Caputium præstatum ut supra, & alia que

comque mandata de super necesse, & opportuna decer-
nimus, & relaxamus. Et ita disimus, pronuntiamus, decla-
ramus, decernimus, sententiamus, interdicimus, manda-
mus, absolvimus, & relaxamus, non solum præfato, sed &
omni alio meliori modo, &c. Ac ad maiorem demonstra-
tionem, abundanterque cauelam, & partium, ac alio-
rum notitiam, tres modulos Caputii præfati, ut supra de-
ferendi cum mozzetta in pergamente designatos confici
mandavimus, nostroque sigillo, & subscriptione firmavi-
mus & communivimus, quorum unum Notario una cum
hac nostra sententia in actis conservandum, celiq; duos,
unum scilicet cuique parti, sive cuiusque ipsiarum par-
tium procuratori coram Notario, & testibus consignavi-
mus, salva tamen facultate dictum Caputium augendi, &
minuendi pro majoritate, & minoritate corporis, & statu-
re ipsorum Fratrum illud deferre debentum, dummodo
forma, & proportio supradicta nullatenus immutetur,
nec alteretur, &c. Quæ quidem sententia sic apparet subscri-
pta, videlicet: Ego Guid. Cardinalis Bentivolus, Judge
Commissarius Apostolicus.

§. 3. Cùm autem, sicut accepimus, sententia hujusmodi
debita executioni demandata nunquam fuerit, nec Fra-
tres Recollecti predicti illi parere voluerint: Nos pro
nostris pastoralis officiis debito in præmissis, quantum cum
Domino possimus, opportunè provide, ac sententiam
præinsertam hujusmodi debita executioni (ut par est) de-
mandari volentes, Apostolica autoritate tenore præsen-
tum omnibus, & singulis Fratribus Recollectis predi-
ctis, sub excommunicationis latæ sententie pœna, ac pri-
vationis vocis aitiva, & passiva, ac etiam carcerationis,
illorum vero Superioribus sub privationis officiorum per
eos obtentorum, inhabilitatisque ad illa, & alia in poste-
rum obtinenda pœni districte præcipientes mandamus,
quatenus Fratres videlicet præfati Caputium acumina-
tum, quod nunc deferunt, omnino deponant, omniaque &
singula, quæ in literis nostris, & sententia præinserta hu-
jusmodi ordinantur, promptè exequantur, & adimplant:
Superiores vero præfati præmissa omnia observari carent
& facient realiter, & cum effectu. Decernentes nihilomi-
nis iritum, & inane, si quid fecerit super his à quocum
quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, quæ in præinser-
tis literis prædictis voluimus non obstare, ceteri que
contraria quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam
impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & si-
gillo persona in dignitate Ecclesiastica constitutæ mun-
itis eadem proslus fides ubique adhibetur, quæ præsen-
tibus ipsis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense-
ris. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pis-
catoris, die ultima Julii 1632. Pont. Nostri Anno 9.

Confirmatio Decreti editi à Sacra Rituum Con-
gregatione ad favorem Abbatum Congrega-
tionis Camaldulensis Monachorum Ordini-
nis S. P. Benedicti, super usu Baldachini, ac
facultate celebrandi solemniter in Pontifica-
libus.

De Congregatione Camaldulensi lege indicata ad
Conf. I. Alex. II. Nulli fidelium, sup. tom. I.

V R B A N V S P A P A VI I I . Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Desiderii Arigonii,
A Sacra Ri-
tu Bardellonii de Mantua, Procuratoris gene-
ralis Congregationis Camaldulensis Nobis expositum
fuit, quod alias à Ven. fratribus nostris Sanctæ Romanæ
Ecclesiæ Cardinalibus Sacris Ritibus præpositis emana-
vit decretum tenoris subsequentis, videlicet.

Eminentissimo, & Reverendissimo D. Cardinale Co-

lumna referente, ad instantiam P. D. Desiderii Arigonii,

seu Bardellonii de Mantua, Procuratoris generalis Con-

gregatio-

ne Camaldulensi

Q. 4 gregatio-

Congregationis Camaldulensis, nomine Abbatum ejusdem Congregationis, ut attenta antiqua consuetudine solemniter cum Baldachino & Assistantibus in eorum Ecclesiis celebrandi, recederetur quoad eos à decretis aliis hac de re editis. In causa Firmana 28. Januarii 1606. & Neapolitana 18. Martii 1617. Sacra Rituus Congregatio censuit licere Abbatis Congregationis Camaldulensis, quando solemniter celebrant, quod in tribus tantum quolibet anno festivitatibus eis facere permittitur, uti Baldachino, sine auro tamen, & pompa, cum assistentiis unius Presbyteri, & duorum Diaconorum, ultra Diaconum, & Subdiaconum pro cantandis Evangelio, & Epistola, ac sex aliorum ad summum Monachorum sacris vestibus indutorum, quorum duo assistant cum Pluvialibus, duo cum Planetis, & duo cum Tunicellis coloris temporis convenientis, & duammodo idem Abbates nullo modo teant Sedem Abbatiale fixam & permanentem, ut Sedes Episcopalis retineri consuevit, sed eorum Sedes retineatur in Ecclesia his tantummodo tribus diebus per annos singulos, quibus Abbates solemniter celebratur erunt, & dicti sex Monachi, ut supra parati, non in Sedibus Choralibus, sed super scabellis sedeant in loco congruo, juxta Ecclesie convenientem situm, ad hunc effectu tuni appositis, panno lanceo cooperatis, dictis Sacrae Congregationis Decretis in causa Firmana, & Neapolitana editis aliis in suo robore permanens. Die 22. Augusti 1632.

*Suppliante
Pone ut illud
confirmaretur.*

*Quod appro-
baratur & confi-
rmatum.*

*Decretis
preferentia-
was addit.*

*Brisea judica-
rii faciat.*

*Ar. emendaria
solita.*

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 15. mensis Sept. 1632. Pont. nostri anno 10.

§. 1. Cum itaque, sicut dilectus filius Procurator generalis Fratum Ordinis Beatae Marie de Monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum Congregationis Sancte Therese, Eliae Nobis nuper exponi fecit, nonnulli religiosi Carmelitæ Calceati de Observantia nuncupati, in Belgio existentes habitum per Fratres ejusdem Congregationis Discalceatorum gestari solitum, & per eos suscepimus, vel eidem similem, cum gravi Fratrum Discalceatorum Congregationis hujusmodi damno, à primæva sui forma mutaverint, & variaverint, malumque hujusmodi in aliis etiam, & præsertim Siciliæ Provinciae serpere cœperit, quin etiam Fratres Carmelitæ Calceati hujusmodi se Carmelitas reformatos Sancte Therese vocent, & subscribant, in grave ipsorum Fratrum Discalceatorum detrimentum, & scandalum plurimum.

§. 2. Nos pro munera nostri debito huic malo de opportuno remedio, per quod Fratrum Calceatorum præfatorum temeritas compescatur, quantum cum Domino possumus providere, ac Fratrum Discalceatorum Congregationis hujusmodi, quam in visceribus gerimus charitatis, prospero, feliciter statui, & directioni consulete volentes, de Ven. fratribus nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnibus & singulis Fratribus Carmelitis Calceatis de Observantia nuncupatis prædictis, sub excommunicationis majoris latæ sententia, ac privationis vocis activæ, & passivæ, & quoad illorum Superiorum, etiam suspensionis ab officiis per eos obtentis ipso facto incurriendis penitentia districte præcipiendo mandamus, ut habitum regularem uniformem, & per eos antea suscepimus, juxta Congregationis eundem Carmelitarum Calceatuum de Observantia hujusmodi communia statuta deferant, nec illum ullo unquam tempore mutare, vel variare audeant, vel præsumant, abique speciali hujus Sanctæ Sedis licentia.

§. 3. Iis vero, qui eundem habitum, ut supra mutarunt, vel quoquo modo variarunt, sub eisdem censuris, & penitentia, ut præsertim incurriendis similiter mandamus, ut intra duorum mensium spatium post publicationem præsentium, eundem habitum, prout ante deferebant, & quem communis usus, juxta universalia statuta Congregationis Fratrum Carmelitarum Calceatorum de Observantia hujusmodi reassumere omnino debent, & teneantur, ne que se Carmelitas reformatos Sancte Therese, vel Beatae Therese nominent, vel subscribant.

§. 4. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiscopis, & Episcopis, ceterisque locorum Ordinariis, in prædictis, & deputatis, aliis Provinciis, & locis, ubi opus fuerit, constitutis per presentes committimus & mandamus, quatenus ipsi per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quocumque, ubi, & quando opus fuerit, & quoties defuper fuerint requisiti, solemniter publicantes, ac in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, Fratres Calceatos de Observantia hujusmodi ad presentes litteras, omniaque & singula in illis, ut supra contenta, & ordinata plenè observanda, & adimplenda, sub penitentia prædictis cogant, & compellant, invocato etiam

CXXVII. Prohibicio ne Fratres Carmelitæ Calceati de Observantia in Belgio, & Sicilia Provinciis, gestent habitum per Fratres ejusdem Congregationis Discalceatos gestari solitum, nec se Fratres Carmelitas reformatos Sancte Therese vocent, aut subscribant.

Carmelitarum Regulam à Divo Alberto Hierosolymitanæ Ecclesie Patriarcha traditam approbavit Honor. III. ut in ejus conslit. 8. Ut vivendi, sup. tom. 1. ubi lege tibi indicata: Discalceatorum vero, tam virorum, quam Monialium Congregationem approbaviss Gregor. XIII. Cons.

URBANUS OCTAVUS.

189

ad hoc, & opus fuerit, auxilio brachii secularis,
 9.5. Deserentes, easdem praesentes literas, etiam ex
 eo quod ingresso in premillis habente ad id vocari, ci-
 tati, & audit, non fuerint, vel alii quovis pretextu, vel
 causa, de subdepositione, vel obrepositione, seu nullitatis vi-
 tio, aut intentionis nostra, vel alio quopiam defectu no-
 tari, impugnari, retractari, aut in ius, vel controversiam
 vocari nullatenus unquam posse, sed illas semper validas,
 firmas, & efficaces existere, & fore, atque ab omnibus, ad
 quos spectat, inviolabiliter observari.
 9.6. Sieque, & non aliter per quoscumque Judices or-
 dinarios, & Commissarios quavis auctoritate fungentes,
 etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E.
 Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis Apostolicae
 Nuntios, in quavis causa, & infinita, sublatateis, & corum
 cuiuslibet quavis alter judicandi, & interpretandi faculta-
 te, & auctoritate, ubique judicari & definiri debere, ac ir-
 ritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis au-
 toritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.
 9.7. Non obstantibus constitutionibus, & ordinario-
 nibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, Ordinis praedicti,
 etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
 firmitate alia roborata statutis, & consuetudinibus, pri-
 vilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis Fratribus
 Carmelitis Calceatis prefatis, illorumque Superioribus,
 & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque teno-
 ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum
 derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausu-
 lis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in spe-
 cie, etiam Motu, & Scientia, similibus, ac aliis in contra-
 rium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,
 & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores
 præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad ver-
 bum insertis habentes, illis aliis in suo labore perman-
 suris, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse deroga-
 mus, ceterisque contrariis quibuscumque.
 9.8. Volumus autem, quod præsentibus literis, ac om-
 nibus in eis contentis nullatenus derogetur, aut deroga-
 tum sit, vel esse censeatur, nisi de eis specialis & spe-
 cifica, non autem per clausulas generales idem importan-
 tes mentio omnino fiat, quodque præsentium transiun-
 ptis, etiam impressis, manu aliquius persona in dignitate
 Ecclesiastica constituta munitus eadem prorsus fides ad-
 hibetur, que eisdem præsentibus adhiberetur, si forent
 exhibite, vel ostensæ.

Dat Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 1.
 Decembris 1632. Pont. nostri anno 10.

XVIII. De Missionibus Religiosorum cujuscumque Or-
 dinis ad Japonicas, & alias Indiarum Orienta-
 lium Regiones: Impedientium pœnis, & aliis
 ad eas pertinentibus.

*Ad hoc vide Clem. VIII. conf. 74. Onerosa, sup.
 tom. 3. & Pauli V. conf. 90. Sedis Apostolice,
 d. tom. 3.*

V R B A N U S P A P A V I I I .
 Universi Christi fidelibus praesentes literas inspecturis, salu-
 tem, & Apostolicam benedictionem.

EX debito pastoralis officii saluti animarum, & fidei
 Catholicæ propagationi propicientes, ea quæ pro-
 vidè à Romanis Pont. prædecessoribus nostris propterea
 ordinata fuerunt, si subinde experientia doceat ea muta-
 tione indigere, libenter immutamus, aliasque disponi-
 mus, prout ad fidei Catholicæ propagationem, & ani-
 marum salutem hujusmodi conspicimus in Domino fa-
 lubriter expedire.

9.1. Alias siquidem fel. rec. Gregorius Papa XII. præ-
 decessor noster, certis tunc expressis causis adductus, per
 suas in simili forma Brevis literas, sub dat. die 18. Janua-
 tii 1585. Pontificatus sui anno 13. omnibus Patriar-

chis, & Episcopis, etiam Provincie Chine, & Japonie,
 sub interdicto Ecclesiastici, & suspensionis ab ingressu
 Ecclesie & Pontificalium exercitio; alii vero Sacerdos-
 tibus, Clericis, & Ministris Ecclesiasticis, tam seculari-
 bus, quam cujusvis Ordinis regularibus, cujuscumque
 status, gradus, ordinis, & conditionis existent, sub ex-
 communicationis majoris pœniæ ipso facto incurriendis
 interdixit, & inhibuit, ne gd earum regiones, & Pro-
 vincias Japonicas Evangelii prædicandi, vel doctrinam
 Christianam docendi, aut Sacraenta administrandi, alia-
 que mania Ecclesiastica obeundi causa, sine fine, & Sedis
 Apostolice expressa licentia proficii auderent.

9.2. Postmodum autom rec. mem. Clemens Papa VIII. *Hanc pœna
 similiter prædecessor noster, accepto quod tam Chine,
 & Japonum, quam alia illius vicina, & adjacentes In-
 sule, Regiones, & Provincie, ac finitima Regna Indiae
 Orientalis amplissima, & populis resertissima erant, &
 pro tanta animalium multitudine ad fidem Catholica-
 traducenda, & spiritualibus alimentis foventa, pœnas
 operarii, ac ministri necessarii erant, quam ex sola Reli-
 gionis Societate JESU haberi poterant, omnibus, &
 singulis Mendicantium Ordinum Magistris, seu Priori-
 bus tunc & pro tempore existentibus indulxit, ut cum
 necessitas postulasset, quilibet Ordinis sui speciale vi-
 te, & eruditionis religiosos, quos nimurum ad prædicta
 Officia, & ministeria idoneos, & utiles fore in Domino
 judicarent, per Lusitaniam dumtaxat, & suscepta inde na-
 vigatione, in Indias, & Civitatem Goam, atque ad Su-
 periores Ordinum in illis partibus existentes transmittere;
 & tam ipsi sic transmittendi, quam alii supradictorum
 Ordinum Religiosi in eisdem Indiarum partibus
 existentes, & ad hoc munus obeundum à suis Magistris,
 Ministris, vel Prioribus generalibus, seu aliis Superio-
 ribus electi, & approbati, tam ad Japonicas prædictas,
 quam ad alias proximas, & adjacentes, etiam Chine, &
 finitimorum Regnorum, & terre firmae Indie Orienta-
 lis Insulas, regiones, & Provincias accedere possent.
 Ceterum omnibus, & singulis Religiosis, cujuscumque
 status, gradus, ordinis, & conditionis essent, sub ex-
 communicationis majoris, à qua non nisi à Romano Pon-
 tifice, præterquam in articulo mortis absolvi possent,
 necnon privationis vocis tam activæ, quam passivæ, ac
 dignitatum, administrationum, & officiorum quorum-
 cumque, necnon inhabilitatis ad illa, & alia in posterum
 obtinenda, ac exercenda pœnis, ipso facto abique ultra
 declaratione incurriendis interdixit, & prohibuit, ne ex
 Insulis Philippinis nupercupatis, sive qualibet alia In-
 diarum Occidentalium, vel quæ pro partibus Indiarum
 Occidentalium tunc habeantur, parte ad illas pertinen-
 te, in Japonicas, & alias illis proximas, adjacentes, &
 finitimas Insulas, Provincias, & Regiones prædictas,
 etiam quorūcumque privilegiorum eis, vel suis Ordini-
 bus à dicto Clemente, & Romanis Pontif. Prædecesso-
 ribus suis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, in ge-
 nere, vel in specie, etiam super facultate prædicandi ver-
 bum Dei per universum mundum, etenus concessionum,
 seu impostorum etiam concedendorum, approbando-
 rum, & innovandorum, nisi in illis de prohibitione hu-
 jusmodi, & interdicto specialis, specifica, & expresa
 mentio, cum sufficiens derogatione fieret, aut quovis
 alio praetextu, & quæsito colore proficii, & transire au-
 dent, vel præsumerent, & si qui catenus, vel imposta-
 rum fecerint, postquam moniti essent, statim sub
 eisdem pœnis, omni mora, & excusatione cessante,
 ad dictas Insulas Philippinas, vel alias partes Indiarum
 Occidentalium reverti, & redire omnino tenerentur, &
 ad id per quoscumque Judices Ecclesiasticos, sub eisdem,
 & aliis eorum arbitrio infligendis pœnis cogi, & com-
 pelli possent.*

9.3. Et subinde fel. rec. Paulus Papa V. similiter præ-
 decessor noster, accepto experientia compertum esse,
 quod prohibito accedendi ad Indias, & Civitatem
 Goam alias quam per Lusitaniam, nec qui sperabatur ex
 ea fructum protulerat, neque Catholicæ fidei propa-
 gationis negotio utilis fuerit, & propterea ut tan-
 tum opus Dei, sublatu omni impedimento, liberè per-
 agi posset, providere volens, omnibus, & singulis
 mendicantibus.

mendicandum Ordinum Magistris, Ministris, seu Prioribus generalibus, aut alio quocumque nomine nuncupatis Ordinum capitibus tunc, & pro tempore existentibus, ut eadem necessitas postularet, quoslibet Ordinis sui specie vita, & eruditio religiosos, quos nimirum ad praedicta officia, & munia idoneos, & utilles fore in Domino judicasset, ac Superioris Ordinum in illis partibus existent, etiam per alias vias, quam per Lusitaniam in Japonicas, & alias illis proximas adiacentes, & Imitatas Insulas, Provincias, & Regiones praedicas, servata in reliquis dictarum literatum Clementis predecessoris forma in omnibus, & per omnia, & non aliter, transmittere libere, & licite valerent, indulxit, & aliis prout in Gregorii, Clementis, ac Pauli V. predecessorum praedictorum literis desuper expeditis, quatuor tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, plenius continentur.

Modo ut facilius obriis Evangelium propagari possit, & aliquo modo sufficiere, casque aliqua provisione indigere, ut eam in Insulis, & Regno feliciss., ac facilis Sacrofandatum Christi Domini Evangelium praedicari, & Orientis, propagari possit, ac valeat: Nos pro officiis nostri debito concedimus Super habitat cum Ven. fratribus nostris S.R.E. Cardinalemque quilibus negotio propaganda Fidei per universum mundum Ordinum, ut praepositis maturam deliberationem, praefatis Pauli predecessoris nostri literis inherentes, omnibus, & singulis Religionum cuiuscumque Ordinis, aut Instituti, etiam Societas JESU, Magistris, Ministris, seu Prioribus Generalibus, aut quocumque nomine nuncupentur, Ordinum Capitibus nunc, & pro tempore existentibus, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus, ut cum eis expedire vixum fuerit, quoslibet suarum Religionum, Ordinum, & Instituti Religiosos, quos etate, vita, moribus, & scientia idoneos esse ad Missiones judicaverint, ad praedictas Insulas, Provincias, Regiones, & Regna Indie Orientalis, etiam per alias vias, quam per Lusitaniam, liberè, & licite mittere possint, ac valeant, servata tamen in reliquis praefatarum literarum Clementis predecessoris nostri forma in omnibus, & per omnia, & non aliter.

Impedientes baptismis excommunicantes. **§. 4.** Necnon quoquecumque Ecclesiasticos, & Religiosos cuiuscumque Ordinis, tam non mendicantium, quam mendicantium, etiam Societas JESU, & secularares Religiosorum, ut praefertur, mittendorum ad Insulas, Provincias, Regiones, & Regna praedicta accessum hujusmodi impedientes excommunicationis lata sententiae vinculo innodamus.

Religiosi missis, & in praedictis locis nunc degentes, plurimum in Domino hortamur, ut in docendo populos, & praefertim de recenti ad fidem Christianam conversionis, uniformes sint, ne ob doctrinam diversitatem, praefertim in materiis moralibus, neophyti illi aliquod scandalum patientur, quia in hac re Generalium praefatorum curam, & vigiliam plusquam profutrum arbitramur, eisdem injungimus, ut praedictos suos Religiosos ad servandam praedictam conformitatem sapient, adhortentur. Ut autem id facilis succedat, praefati Religiosi instruendis populis praedictorum locorum Inde Orientalis Catechismum Romanum, & Doctrinam Christianam parvam, & magnam bonae memorie Roberti S. R. E. Cardinalis Bellarmini nuncupati, in linguis praedictorum populorum translatas, & impressas, si fieri poterit, omnino adhibeant.

Christianis in viis Provinciis, & in parochiis, ut sacra missa, & in praedictis locis nunc degentes, plurimum contra Christianos, & praefertim Religiosos, acerrima persecutio fuit commota, caque usque ad praesentes perduerat, & viger, omnibus, & singulis Christianis nunc in Japonie existentibus, & pro tempore futuris, ut à quibusvis Sacerdotibus, ut supra, à generalibus eorum illuc missis, & mittendis, quorum copiam habere poterunt, Sacraenta (ordinem tamen Episcopalem non requiringent) etiam parochialia, durante praesenti terum statu, suscipere liberè, & licite valeant, concedimus partem, & indulgemus.

§. 8. Ceterum quia à sanctis Canonibus, Concilio Regis, ac Apostolicis Constitutionibus, omnibus Religiosis, ac etiam aliis Ecclesiasticis, praesertim in sanctis Ordinibus constitutis, mercatura, & negotiationes secularares districte prohibentur, ac valde damnum, indecorum, & indecens existit, hujusmodi personas divino cultu inancipatas, ac principue illas, que ad praedicandum Sacrosanctum Christi Domini Evangelium destinatae sunt, praefatis mercaturia, & negotiationibus se immiscere, aut operam dare, praedictorum sacerdotum Canonum, ac Decretorum, Constitutionumque Apostolicarum dispositioni inherentes, auctoritate Apostolica, earundem tenore praesentium, Religiosis omnibus cuiuscumque Ordinis, & Instituti, tam non mendicantium, quam mendicantium, etiam Societas JESU, eorumque singulis, tam in praedictis locis nunc existentibus, quam in futurum ad illa mittendis, omnem, & quocumque mercaturam, seu negotiationem, quocumque modo ab eis fieri contingat, sive per se, sive per alios, sive proprio, sive Communitatis nomine, directe, sive indirecte, aut quovis alio praetextu, causa, aut colore interdicimus, & prohibemus sub excommunicationis latente sententiae poena ipso facto incurrienda, ac privationis vocis activa, & passiva, officiorum, ac graduorum, & dignitatum quocumque, etiam inhabilitatis ad ea, & insuper amissionis mercium, & lucrorum, ex eis factorum: quia omnia à Superioribus Religiosis, ex quibus delinquentes existent, reservanda erunt ad usum Missionis, quas eadem Religiones habent, & habitur sunt in futurum in praedictis Indiis, & non in aliis usus, eisdem Superioribus districte praesipientes sub eisdem penis, ut in hoc invigilant, & contra delinquentes ad praedictas poenas procedant, sublata eisdem facultate hujusmodi delinquentibus aliquid ex dictis mercibus, & lucris, quantumvis minimum remittendi, aut condonandi.

§. 9. Quod si fore aliquæ controversiae inter Religiosos dictarum Religionum, quod Deus avertat, orientis videtur, Episcopi locorum praedictorum pro tempore existentes, tanquam Sedis Apostolice delegati, illas decidunt, & terminent. Si vero graviora quedam negotia occurserint, ea ad Nos, & Romanos Pontifices successores nostros quantocutius ab eisdem Episcopis referantur, ut quod in illis statui, ac decerni debeat, matura consultatione adhibita, provideri possit, sive volumus, & ordinamus.

§. 10. Decerentes praesentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

§. 11. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scilicet, vel ignorantie contigerit attentari.

§. 12. Mandantes propterea universis, & singulis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac ceteris Ecclesiastum, & locorum etiam Regularium Praelatis per universum Orbem constitutis, ut praesentes literas in suis quisque Provinciis, Civitatibus, Diocesibus, Capitolis, & jurisdictionibus, ab omnibus inviolabiliter observari, & quoties ab Ordinum praedictorum Religiosis requisiti fuerint, solemniter publicari current, & faciant.

§. 13. Non obstantibus interdicto, & prohibitionibus, ac literis dictorum predecessorum, aliisque premissis, necnon Apostolicis, ac in Synodalibus, Provincialibus, & Universalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac Constitutionibus de una, & duabus dietis, ita quod vigore praesentiorum, etiam ultra duas dietas quilibet trahi possit, nechon praedicta Societas JESU, aliarumque Religionum, Provinciarum, & Regionum praedictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indolis, & literis Apostolicis illis, eorumque Praelatis, Superioribus, & personis, etiam particularibus,

URBANUS OCTAVUS.

191

ticularibus, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque derogatorum derogatoriis, aliusque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, etiam Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, in genere, vel in specie, ac alios quomodolibet concessis approbat, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione, aliis de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alias expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, praesentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, hac vice specialiter & expressè, in quantum nostris prohibitionis, & interdicto, aliisque præmissis adversentur, harum serie derogamus, ac derogatum est, & censeri, neque illa eis ullenatus suffragari volumus, & declaramus, ceterisque contraria quibuscumque. Declarantes etiam, ac decernentes facultatem eligendi posteriorem Datam quibusvis Ordinibus, Societatis, etiam JESU nuncupatis, & aliis quibuscumque, etiam speciali nota dignis concessam, nemini adversus presentes nostras litteras posse unquam suffragari.

§. 14. Et quia difficile foret, presentes literas ubicunque usus venerit, ostendi, & publicari, Volumus ut earum exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici, vel alicius dictarum Religionum Secretarii subscriptis, & personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ, vel cuiusvis ex Generalibus prædictis sigillo munitis eadem prorsus fidem in judicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

§. 15. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 22. Februario 1633. Pont. Nostri Anno 10.

XXIX. Confirmatio designationis Novitiatum factæ à Fratribus Eremitis S. Augustini Congregationis Lombardæ, vigore facultatis concessæ Cardinali Protectori, vivæ vocis oraculo à Paulo V. Ac concessio, quod in illis possint recipere Novitios ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum.

Extendis hic Pont. Conf. Greg. XV. quam habes sup. tom. 3. num. 27. Romanus Pontifex, ad omnia vivæ vocis oracula, etiam S. R. E. Cardinalibus facta, & eorum manu firmata, ut in Constitut. 9. Alijs fel. rec. hic sup. Sed huic confirmationi nihil obstat, cum illa extenso sit prior.

Super præfessionibus per Regulares emissis, non facto in locis designatis Novitiatu, nonnulla sancivit hic S. D. N. Urbanus, ut hic supra in Constitut. 5. Religiosos, ad quam legere poteris Conf. Pont. hic indicata. Et de Eremitis S. Augustini lege ad Constitut. 40. Romanus, sup. tom. 4.

Am. D. V R B A N V S P A P A VIIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Expositum Nobis nuper fuit pro parte dilectorum filiorum Vicarii generalis, & Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini Congregationis Lombardæ, quod alijs de anno 1608. fel. rec. Paulus Papa V. prædecessor noster, ejus vivæ vocis oraculo bonæ memorie Antonio Episcopo Ostiensi, Cardinali Saulio nuncupato, tunc ejusdem Congregationis apud ipsum Paulum prædecessorem, & Sedem Apostolicam Protectori suo, prefata Congregationi Novitiatus in aliquibus ejus Dominibus regularibus erigeret, seu designandi facultatem concessit: cuius quidem facultatis vigore, unus in Incoronata nuncupata, Mediolanensis, & alius in Sancti Augustini Bergomensis, & reliquias Novitiatus hujusmodi

in Sancti Barnabæ Brixensis, ejusdem Congregationis Domibus regularibus eret, seu designati, in cunctisque à vi-

giunti quatuor annis circa Novitii ad habitum, & probatio annum peragendum, & professionem regularem deinde emitendam recepti, & admissi fuerunt.

§. 2. Cùm autem, sicut eadem expeditio subjungebat, stante constitutione nostra, quatumcumque gratiarum, indulgentiarum, & privilegiorum à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris vivæ vocis oraculo concessorum re-

vocatione, ne de præmissorum subsistentia, & validitate ul-

lo unquam tempore dubitati contingat, illa cum inde se-

cuit Apostolicæ nostre confirmationis robore commu-

niri plurimum desiderant.

§. 3. Nos Vicarium, & Fratres prædictos specialibus favoribus & gratiis præfeci volentes, & a quibusvis ex-

communicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-

clesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab ho-

mine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomo-

dolibet inmodici existunt, ad effectum præsentium dum-

taxat consequendum, harum serie ab solventes, & absolu-

tos fore carentes, supplicationibus illorum nomine No-

bis super hoc humiliter porrectis inclinati, de venerabi-

lium fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Car-

inalium negotiis Regularium præpositorum consilio,

creationem, seu designationem Novitiatum prædicto-

rum vigore dictæ facultatis, ut præficitur, factas, cum omni-

bus inde securis, dummodo tamen in Novitiatis hu-

iusmodi Novitii ad præscriptum decreti à Nobis super

receptione, & educatione Novitiorum ultimo loco editi,

necnon felicis recordi. Sixti V. prædecessoris nostri, ac alia-

rum constitutionum Apostolicarum, & Decretorum par-

ter similis mem. Clementis-VIII. institutionumque gene-

ralium super receptione, & educatione Novitiorum: ju-

dem Clementis, neconon Pauli V. Romanorum Pontificum

prædecessorum similiter nostrorum auctoritate editarum

recipientur, Apostolica auctoritate tenore præsentium

perpetuò approbamus, conseruamus, illisque inviolabilis

Apostolicæ firmatis robur adjicimus, ac omnes, & sin-

gulos, tam juris, quædam facti defecimus, si qui defuper quo-

modolibet intervenerint, supplemus.

§. 4. Decernentes præmissa, ac presentes literas vali-

das, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plena-

rios, & integras effectus sortiri, & obtinere, ac eidem

Congregationi in omnibus, & per omnia plenissimè sus-

fragari.

§. 5. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &

delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores,

judicari & definiri debere, ac iritum, & inane si feceris

super his à quoquin quavis auctoritate, scienter, vel

ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus nostris prædictis, & quibusvis

alii constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac

quatenus opus sit, dictæ Congregationis, etiam juramen-

to, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmate

roboretur status, & constitutionibus, privilegiis quo-

que, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præ-

missorum quomodolibet concessis, confirmatis, & inno-

vatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præ-

sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alijs

in suo robre permanens, hac vice dumtaxat speciali-

ter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis qui-

buscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,

die 15. Martii 1633. Pont. nostri anno 10.

Quod Fratres S. Augustini Discalceati Hispaniæ, in Philippinis, & Occidentalibus Indiis degentes, à quavis Catholicæ Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente, Minores & Sacros Ordines, etiam non servatis interstitiis, suscipere possint.

De his Fratribus vide sup. ad Conf. 63. Clem. VIIII.

Decet, tom. 3.

CXXX.

VRBANVS

Editio An. D. M. R. B. A. N. V. S. P. A. P. A. VIII.

1633.

Ad perpetuam rei memoriam.

Quo Primo §. 1. **C**um, sicut dilectus filius Procurator Generalis S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum Hispaniarum, & Indianorum in India O. cedentia- lippinis, & Indiis Occidentalibus degentes, ob locorum non facili ad magnis incommodis ipsos Episcopos pro Sacris Ordinibus suscipiens sepius adire nequeant, cupiatque propriae illis per Nos desuper, ut infra, opportunè provideri.

Concedit ut d. **N**os Procuratorem, & Fratres predictos specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penitè à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore carentes, supplicationibus ejusdem Procuratoris illorum nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum Sancto Romano Ecclesiae Cardinalium negotio Propaganda Fidei præpositorum consilio, eisdem fratribus, ut à quocumque, quem maluerint, Catholico Antistite gratiam, & communicationem Apostolica Sedis habente, in proprio Diœcesi residente, vel in aliena de Diœcensi loci consenu Pontificalia exercente, per eos eligendo, ad quatuor Minorum quatuor feriatis, seu unica, & subinde ad Sacros Subdiaconatus, Diaconatus, & Presbyteratus ordines tribus Dominicis, seu aliis festiis diebus continuis, vel interpolatis, etiam extra tempora ad id à jure statuta, ac interstitiis à Sacro Concilio Tridentino designatis minime servari, annique curriculo non expectato, etiam in unoquoque ex dictis Sacris Ordinibus, antequam ad alium promoveantur, se non exercentur, dummodo tam ad id idonei reperiantur, promoveri, & promoti in illis, etiam in Altaris ministerio ministrare libere, & licet valeant, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Necnon Antistiti per eos eliendo hujusmodi ordines predictos tibi conferendi licentiam impartimur.

Obstantibus **dono.** **S**ed, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboris statutis & consuetudinibus, certisque contrariis quibuscumque.

Hujus Conf. **e**xempli cre- **d**is mandata. **D**at. Roma apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1633. Pont. Nostri Anno 10.

CXXXI. De vacatione non expleto sexennio, & aliis casibus Ministri Generalis Fratrum Discalceatorum Ordinis Reformatorum Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum.

Habes de hac Congregatione materialm plenam fignitam sup. ad hujusmodi Pont. Confis. 3. Cum sicut.

Edita An. D. M. R. B. A. N. V. S. P. A. P. A. VIII.
1633.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

In iunctu Nobis per abundantiam divinae gratie pastoralis officii ratio postulat, ut Regularium Ordinum in Ecclesia Dei militantium prospero statui, felicique directioni incumbentes, in his per quas Ordines ipsi, illorum Superiorum quoquo modo occurrente vacatio, nullis

valeant incommodis pergravari, paternis, & follicitis studiis intendamus, prout conspicimus in Domino se-lubriter expedire.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione Procurator Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum, quod in propria eorundem Fratrum Regula à fel. rec. Innoc. Papæ III. predecessor nostro SS. Patriarchi Joanni, & Felici dicti Ordinis fundatoribus tradita, & à Nobis per nostras sub plumbo, sub Datum Roma apud S. Mariam Majorem, anno Incarnationis 1611. 7. Kal. Octobris expeditas literas reformatas, inter alia expressè disponit, quod Capitulum Generale de triennio in triennium celebretur, ac electio Majoris, & Generalis Ministri de sexennio in sexennium in Capitulo Generali per secreta suffragia juxta Concilium Tridentinum. Cum autem, sicut eadem expeditio subiungebat, officium Ministri Generalis hujusmodi ex aliqua legitima causa, etiam ante finitum sexennium vacare possit, cupiatque propterea dictus Joannes per Nos desuper opportunè provideri.

S. 2. Nos pro nostri muneri debito in premissis consultum esse cupientes, ac Joannem, & Fratres predictos specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti alisque Ecclesiastici sententiis, censuris, & penitè à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore carentes, supplicationibus dicti Joannis nomine Nobis super hoc humiliiter porrectis inclinati, de venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotii Regularium præpositorum consilio, quod de cetero perpetuis futuris temporibus, si officium Ministri Generalis predicti ante finitum sexennium vacare contigerit mortis, renuntiationis, depositionis, aut alia quavis causa, statim primus Difinitior Generalis convocet ceteros Difinitores Generales, & Ministros Provinciales Provinciarum Hispaniarum, & primodicto Difinitore Generali presidente, omnes simul canonice elegant unum Vicarium Generalem, qui eandem auctoritatem, præminentiam, vocem, & locum, ac Minister Generalis predictus habeat, eisque Vicarii Generalis hujusmodi officium duret usque ad finem eiusdem Capituli Generalis, in quo electionem Ministri Generalis fieri precipimus.

S. 3. Si congregato jam Capitulo Generali Minister Generalis agrotaverit, vel propter aliam causam ad Capitulum non accederit, tunc totum Capitulum eligat Præsidentem Generalem in prima ejusdem Capituli sessione, qui in absentia Ministri Generalis eisdem auctoritate, & præminentia praesideat: cuius Præsidentis officium solùm durabit usque ad finem ejusdem Capituli, quod tunc celebratur.

S. 4. Si congregato Capitulo Generali, etiam contingit Ministrum Generalem è vita discedere, electo prius Minister Generali, ut dictum est, fiat electio Ministri Generalis in illo Capitulo, in quo hoc eveniret.

S. 5. Sicque, & non aliter ab ipsis Fratribus in premissis

perpetuò observari, & ita per quoscumque Judices ordinarios, & commissarios judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis au-

toritate, scienter, vel ignorantie contigerit attentari,

Apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, ac

decernimus, & declaramus.

S. 6. Non obstantibus fel. rec. Pauli Papæ V. predecessoris nostri, sub Dat. die 14. Augusti 1613, & quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboris statutis, & constitutionibus, privilegiis quoque, indolis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro sufficenter expressis habentes, illis aliis in suo robre permanentibus, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, certisque contrariis qui-

buscumque

§. 7. Volumus

URBANUS OCTAVUS.

195

§.7. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impremis, mutu alicuius Notarii publici sublētratis, & figlio persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus ubique fides in Judicio & extra adhibeat, que presentibus iphis adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensae.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, dic 22. Augusti 1633. Pont. Nostri Anno 11.

XXII. Indictio Jubilæi universalis ad Divinam iram avertendam, & Catholicæ rei pericula, ac detrimenta, præsertim in Germania ingruentia removenda. Et ejusdem prorogatio ad alias duas hebdomadas, cum declaratione quod possint Christi fideles supplerre in sequenti bus duabus, si quid in primis hebdomadib⁹ pro consequenda Indulgentia hujusmodi omiserint.

Multoties ex urgentsimis causis indexis hic S.D.N. Jubilæum, quo (ne toties repetam) vide verbo Jubilæum, in Repertorio.

An.D. V R B A N V S P A P A VIII. Universis Christi fidelibus presentes literas insperatus salutem, & Apostolicam benedictionem.

¶ Teratis precibus, atque inditkis publicè supplicationibus ad Deum sapientius clamavimus, ut calamitatum turbine correptos Nos liberaret, & ærumnas populo suo imminentes averteret, que etiæ penitus amotæ non sint, ex parte tamē divina clementia sublatas, aut esse mitigatas intelligimus. Commoti igitur Catholicæ rei periculis & detrimentis, in Germania præsertim ingruentibus, decrevimus in jejunis, & oratione perseverantes accedere ad eum denuo, qui assiduas fidelium petitiones exaudire consuevit: speramus enim, cūm sit Creator, Redemptor, & misericors Pater animarum nostrarum, fore ut planè Nobis propitiatus, & culparum, quibus ultionem meremur, oblitus, Nos voti compotes efficeremus non dedignetur. Hoc autem ut fructuosis, & majori cum spiritu ardore peragatur, ex veteri Ecclesiæ Romana omnium matris, & magistræ more, in presentibus necessitatibus ejusdem Ecclesiæ thesauros, quorum dispensatores à Domino constituti sumus, proferte, & largissime erogare decrevimus.

§.1. Itaque ex parte Omnipotentis Dei Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, omnes, & singulos utriusque sexus Christi fideles, tam in Alma Urbe nostra, quam alibi ubicumque locorum constitutos, Apostolica auctoritate paternè, enixè requirimus, monemus, & in Domino adhortamur ad infra scripta devotè peragendum, & adimplendum, & ad Deum Salvatorem nostrum orandum, ut per viscera misericordia sua fidem Catholicam protegere, ab hostiis conatis, & infidiis defendere, hæretum extirpare, Principibus Christianis pacem, & veram concordiam donare, præcipue presentibus Ecclesiæ necessitatibus subvenire dignetur. Nos enim de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate consisi, ex illa ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus meritis minimè suffragantibus contulit, universi, & singulis Christi fidelibus in Alma Urbe predicitis degenitibus, qui solemnni processioni, quam à Basilica Principis Apostolorum in Vaticano, ad Ecclesiam Archihospitalis nostri Sancti Spiritus in Saxia nuncupata de Urbe, feria quarta sequentis hebdomadæ, qua erit 29. presentis mensis Martii, una cum Venerabilibus fratribus nostris S.R.E. Cardinalibus, Christianorumque Regum, & Princeps apud Nos, & Apostolicam Sedem Oratoribus, omnibusque Prælatis, & Proceribus, ac universo Clero, & Populo agemus, aut alteri ex processionibus, que feria sexta ejusdem hebdomadæ 31. dicti mensis à Basilica S. Mariæ Majoris ad Ecclesiam Lateran. & Sabbatho ejusdem hebdomadæ prima Aprilis

Bull. Mag. Tom. IV.

ab Ecclesia B. Marie sopra Minervam ad Ecclesiam apud B. Marie de Anima, etiam nuncupata respectivè, de manè per universum Clerum, tam secularem, quam regularem, post meridiem vero per Archiconfraternitates, & Confraternitates seculiarum canonice institutas Aliae Urbis predicitæ sicut, interfuerint, vel qui in eadem, seu immediate sequenti hebdomada, duas ex dictis Basilicis, sive Ecclesiis, saltem semel visitaverint, ibique devote ut supra Deum oraverint, necon feria quarta, & sexta, ac Sabbatho ejusdem, vel sequentis hebdomadæ jejunaverint, atque peccata sua confessi, sequenti saltem die Dominicano sanctissimum Eucharistia Sacramentum reverenter sumpserint, & elemosynas ad libitum, prout charitas singularis suggesterit, fecerint: Ceteris vero omnibus, & singularis fidelibus extra Urbem existentibus in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinalibus locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsi deficientibus, per eos qui ibi curam animarum exercent, prima vel secunda hebdomada, postquam ad eorum noctitiam haec nostra literæ devenerint, indicende, & agende interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesiæ per eosdem designandas saltem semel visitaverint, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & Sabbatho alterius ex duabus hebdomadis ab eisdem deputandis jejunaverint, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissima Communione refecti fuerint, & elemosynas similiter pro arbitrio suo fecerint, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem, sicut in anno Jubilæi visitantibus certas Ecclesiæ intra, & extra Urbem concedi consuevit, tenore presentium concedimus & elargimur.

§.2. Navigantes vero, aut iter agentes, ut cum primù ad sua sece domicilia receperint, suprascriptis peractis, & loco interventus in processione, visitata Ecclesia Cathedrali, vel maiore, aut parochiali loci ejusdem domicili, eandem indulgentiam consequi possint, & valeant. Regularibus autem personis utriusque sexus, etiam in clausis perpetuò degentibus, necon aliis quibuscumque, tam laicis, quam Religiosis, secularibus, vel regularibus, etiam in carcere, aut in captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, qui supra expressa, scilicet jejuniū, elemosynam, Ecclesiæ, seu Ecclesiæ visitationem, ac interventum in processione, & orationem, vel eorum aliqua praestare nequiverint, ut illa Confessarius, quem ut infra elegint, eis in alia pietatis opera commutare, vel in aliud proximum tempus prorogare possit, eaque injungere, quæ ipsi penitentes efficeremus poterunt, pariter concedimus, & indulgemus.

§.3. Cupientes autem omnes Christi fideles participes eligendi, & fieri hujus pretiosissimi thesauri, Universi, & singulis secularum quib⁹ utriusque sexus tam laicis, quam Ecclesiasticis, seculari, & regularibus cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Institutii licentiam concedimus, & facultatem damus, ut eis ab hunc effectum eligere quemcumque presbyterum facultatem Confessarium, tam secularem, quam cuiusvis ordinis concedat. regularum ex approbatib⁹ à locorum Ordinariis, qui eos ab omnibus excommunicationis, & aliis Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure, vel ab homine quavis causa latiss, seu inficiis, necon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis quantumvis gravibus, & oneribus, etiam locorum Ordinariis, sive Nobis, & Sedi Apostolica etiam in literis die Cœna Domini legi soliditatis contentis, & aliis per quacumque nostras, aut Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, quomodocumque reservatis, in foro conscientie, & hac vice tantum, non tamen à crimine hæresis absolvere, & liberare valeant.

§.4. Et insuper vota quacumque (Religionis, & Cœnitatis exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuiilibet in supradictis Confessariis, & omnibus casibus penitentia salutari, aliisque ejusdem confessarii arbitrio injungendis.

§.5. Quapropter tenore presentium in virtute sanctæ obedientie districte præcipimus, atque depicimus mandamus omnibus, & quibuscumque Venerabilibus fratribus

R. fratribus

fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis jejunarent, atque peccata sua confessi, sequenti saltem die Dominica Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum reverenter sumpserint, & elemosynas ad libitum, propter charitas singulis suggestisset, fecissent, ceteris vero omnibus, & singulis fidelibus extra Urbem existentibus, in quibusvis Civitatibus, Terris, & locis, qui processioni ab Ordinariis locorum, vel eorum Vicariis, seu Officialibus, vel de eorum mandato, & ipsis deficientibus, per eos, qui ibi curam animarum exercent, prima, vel secunda hebdomada postquam ad eorum notitiam prefatae nostrae litterae devenient, indicenda, & agenda interfuerint, vel Ecclesiam, seu Ecclesiis per eisdem designandas saltem semel visitassent, ibique ut supra Deum oraverint, ac feria quarta, sexta, & sabbatho alterius ex duabus hebdomadiis ab eisdem deputandis jejunarent, pariterque peccata sua confessi, ac sanctissima Communione reficiuntur, & elemosynas similiter arbitrio suo fecissent, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam & remissionem in forma Jubilaei concessimus, & largiti sumus, cum facultatibus, prout in dictis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, pleniū continetur.

Ratione peregrinationis non tribuitur.

§. 6. Non intendimus autem per presentes super aliquam irregularitate publica vel occulta, nota, defectu, incapacitate, seu inhabilitate quoquo modo contracta difficile, vel aliquam facultatem tribuere dispensandi, seu habitandi, & in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientie.

Publicis documentis iuramento nomine regne confitei, deflatur.

§. 7. Neque etiam easdem presentes iis, qui à Nobis, & Apostolica Sede, vel ab aliquo Prelato, seu judge Ecclesiastico excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, & censuras incidisse declarati, vel publice denuntiati fuerint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi de Jubilaei satisfecerint, aut cum partibus concordavent, illo modo suffragari posse, aut debere.

Contraria iuramenta derogantur.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-nibus Apostolicis, praesertim quibus facultas absolvendi in certis tunc expressis casibus ita Romano Pontifici pro tempore existent reservatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilaei, Indulgientiarum, & facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio sit, cuiquam suffragari queant, ne-
non regula nostra de concedendis indulgentiis ad instar, ac quorumcumque Ordinum, & Congregationum, five Institutorum Regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulitis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & Institutis, illorumque personis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis, cotunque totis tenoribus specia- lis, specifica, & individua, non autem per clausulas genera- les idem importantes mentio, seu quævis alia ex- pressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores presentibus pro suffi- ciente expressi, ac formam eorum traditam pro servata habentes, hac vice specialiter, nominatis, & expres- se ad effectum presentium derogamus, ceterisque con- trariis quibuscumque

§. 9. Ut autem presentes nostræ, que ad singula loca deferri non possunt, ad omnium notitiam facilius deve- niant, volumus ut earundem presentium transumpti, vel exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii pu- blici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesia- stica constituta munitis ubique locorum, & gentium ea- dem prorsus fides habeatur, que habetur. ipsis praæ- sentibus, si forent exhibiti, vel ostensi.

Dat. P. A. 11. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 23. Martii, millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Pont. Nostri Anno Undecimo.

Edita An. D. V R B A N V S P A P A VIII. 1634. Universis Christi fidelibus presentes literas inspectivis, salutem, & Apostolicam benedictionem.

*Ecclesiæ. §. 1. De fidelitate. P*astorali charitate, qua gregem Dominicum cura- ce, & tem- pere- dicitur. nos- tra divinitus commissum prosequimur, ejus- que precium & priorum operum fiducia adducti, ad divi- nam opem pro presentibus Ecclesiæ necessitatibus, pra- fertim in Germania urgentibus, implorandum per nostras in simili forme Breviis, sub die 23. Martii proxime præteriti expeditas literas Universis, & singulis Christi fide- libus in Alma Urbe nostra degentibus, qui Processioni- bus tunc expressis interfuerint, vel Basilicas, aut Eccle- sias, etiam tunc expressas visitassent, & ibi pro Fidei Cat- holicæ defensione, hæresum extirpatione, ac Principum Christianorum concordia devote orassent, necnon feria quarta, & sexta, ac sabbatho unius ex duabus hebdomadiis

Confessio- bus agentes, concedimus & indulgemus, ut quicumque in facilius in tempore in nostris literis prædictis præfixo, aliqua in il- lis præscripta ad Indulgientiam hujusmodi consequendam egerint, aliqua vero omiserint, si hæc in duabus hebdomadiis per presentes prorogatis durantibus, vel aliqua earum adimpleverint, Indulgientiam prædictam nihilominus consequantur, ac gratis hujusmodi fruantur, sicut consequentur, & fruerentur, si omnia dicti duabus hebdomadiis per presentes prorogatis durantibus, aut

cumque. §. 4. De fidelitate. Non obstantibus omnibus illis, que in dictis lite- ris voluimus non obstat, ceterisque contrariis quibus- rollit. Contrariis.

Dat. P. A. 11. Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 21. Aprilis 1634. Pont. nostri anno 11.

Communicatio Privilegiorum omnium, non CXXXI Mendicantium, & Mendicantium Ordinibus seu Congregationibus Clericorum concessio- rum

URBANUS OCTAVUS.

195

rum, Fratribus Discalceatis Hispaniarum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum.

*I*frorum Fratrum Congregationem Hispaniarum inter alios Mendicantium ordines adscripsit Paul. V. & eis privilegia communicavit in const. 60. Ecclesie, sup. som. 3. *C*aseria lego ad hujus Pons. const. 3. Cum sicut, hic sup.

V R B A N V S E P I S C O P V S,
1634. *Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

*R*edemptoris nostri Jesu Christi Salvatoris exempli, quo se ipsum exinaniens, formamque servi accipiens, sui sanguinis profusione nos redemit, assidua meditatione penitentes, continuo excitatur stimulis, ut tantæ liberalitatis memores, gemitus maximè filiorum Ecclesie in vinculis compeditorum, & misericordiam Nobis pokulantium audientes, paterna sollicitudine ad opem illis, quam possumus ferendam, eo promptius excitemur, quo illos apud gentes barbaras, & incultas durior servitus premit, vincula coarctant, perdita patria, & amissi parentes affligunt, necnon eorum, quos frequens Sacramentorum Ecclesie participatio non recreat, imò spiritualis perditionis evidens terret periculum, saluti, quantum cum Domino possumus, libenter consulamus, illosque ab illa miserabili servitute sublevemus, ac operarios illi messi, quæ utique non pauca existit, ex professo invigilantes adjuvemus, eorumque pium exercitium, quo ipsi labores expeditius suscipiendo, tam pium opus alacrius continent, & promptius exequantur, gratiis, & favoribus, quibus possumus, amplissimis confoveamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire.

*E*st. Sanè pridem fel. rec. Paulus Papa Quintus predecessor noster, Congregationem Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Hispaniarum, inter ceteros Mendicantium Ordines adscripsit, ac illam, & illius Fratres sub Mendicantium nomine comprehendendi debere decrevit, & declaravit, propterea omnia privilegia, immunitates, exemptiones, facultates, libertates, indulta, & alias gratias Mendicantium Ordinibus concessa, ad ipsam Congregationem, ejusque Fratres, Domos, Ecclesias, & loca extendit, & ampliavit. Omnia præterea privilegia, speciali quoque nota digna, immunitates, exemptiones, libertates, concessiones, gratias, tam spirituales, quam temporales, universo Sanctissima Trinitatis Redemptoris Captivorum Ordini, illiusque Dominibus, Ecclesiis, Superioribus, ac Fratribus concessa, præfata Congregationi pariter concessit, communicavit, & extendit, ac alias, prout in literis Apostolicis desuper expeditis pleniùs continetur.

¶ 2. Cum autem, sicut exhibita Nobis nuper pro parte dilecti filii Joannis de Annuntiatione, ipsius Congregationis Procuratoris Generalis, petitio continebat, Fratres, & Religiosi ejusdem Ordinis juxta particulare eorum Institutum à pia memorie Innocentio Papa III. etiam prædecessore nostro approbatum, seu Regula propria Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici dictæ Religionis fundatoribus tradita, in Captivorum redemptione, pro viribus occupentur, & longos, ac tediosos labores in transfretando mari, & spud ipsos infideles ditem sustinent, & non modò in redemptione ipsi, que ad omnes Captivos nunquam extendi potest, sed etiam exhortationibus, concionibus, & admonitionibus ad reliquos qui dictam duram servitutem continuant, ne fides eorum deficiat, occupentur, proprias facultates libenter explicant, discrimina quilibet, & pericula alacriter indefessi subeant, & ut tam pium opus eo alacrius Fratres ipsi continent, & utilius exequantur, promptioresque ad id redditant, ac propterea plurimam cupiant, aliarum Religionum, & Ordinum gratias, & privilegia hactenus à Sede Apostolica concessa, Congregationi præfata, illiusque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem, illis, quam simplicis, & individuæ, ac partitæ.

Bullar. Mag. Tom. IV.

ut infra concedi, & communicari. Quare pro parte ejusdem Joannis Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus ipsius Congregationis ampliatio in premisis opportune providere, & consulere de benignitate Apostolica dignaremur.

5.3. Nosigitur ipsius Congregationis augmentum, & confermatum firmissimis valite praesidiis desiderantes, ipsiusque Joannem, ac singulare personas ejusdem Congregationis à quibusvis excommunicationis, lusponsionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissim, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentum dumtaxat consequendisti, harum serie abolentes, & absolutos fore censentes, necnon literarum prefatarum tenores etiam veriores, ac datis praestentibus pro expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex voto Congregationis Venerabilium Fratrum nostrorum Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium praepositorum, Congregationi Fratrum Discalceatorum praedicti Ordinis Sanctissime Trinitatis Redemptionis Captivorum, illiusque Dominibus, & Regularibus locis sub illa comprehensis, necnon Ministro Generali pro tempore existenti, Diffinitoribus, & Procuratoribus Generalibus, Visitatori, Consultoribus, Assessori, Ministrisque Provincialibus, & Conventualibus, aliisque cuiuscumque nominis Officialibus Superioribus, ac Religiosis omnibus, & singulis in ea professis, Fratribus pro tempore ad captivos redimendos transmissis, & Capitaliis Generalibus, personis Regularibus, Novitiis, Conversis, Donatis, Oblatis, Ministris, Familis, cunctisque rationib[us] officiariis, quam domesticis, & eorum Dominibus inventientibus, & ceteris primodiis Congregationis, ac Dominicorum, & Regularium locorum personis quibuscumque pro tempore existentibus, necnon quibusvis aliis personis, ac Christi fidelibus illorum Ecclesiæ, seu Capellas pro tempore visitantibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præeminentiis, antelationibus, concessionibus, indultis, favoribus, indulgentiis, aliisque prærogativis, & gratis universalis & singulis, tam spiritualibus, quam temporalibus, singulis Dominibus, Conventibus, & aliis Regularibus locis, ac perib[us], tam Canonorum Regularium ubivis existentium institutis, & non solù Ordinibus Monasticis, Regularibus Mendicantium, & non Mendicantium, tam pro redimendis captiuis, quam alijs aquamodolibet Ordini Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum, illiusque Dominibus, Conventibus, & Fratribus, necnon Ordini Beatae Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum, ac etiam omnibus, & quibuscumque Congregationibus Regularibus, & præcipue Clericorum Regularium Infirmis ministrantibus, & Canonorum Congregationis Sanctissimi Salvatoris Lateranensis, Sancti Salvatoris de Bononia, ac etiam Sancti Ruffi Valentiae, & Sancte Crucis Columbiæ, Clericorum Regularium de Somascha, & Pauperum Matris Dei, ac Scholarum Piætatum, ipsisque Monasticis Congregationibus, etiam Cassinensi, aliisque Monachis, & Monasteriis Sancti Benedicti, Sancti Hieronymi, Carmelitis Discalceatis, Conventui Beatae Mariae de Guadalupe, necnon Societati Jesu, ipsisque Carthusiensi, Præmonstratensi, & Reformatorum Clericis, Servitarum, Olivetanorum Ordinibus, aliisque Familiis, & Societaribus Regularibus, Militiis, Hospitalibus quibuscumque, & piis locis Regularibus, ac quibuscumque personis nunc, & pro tempore existentibus præfatorum, & quocumlibet Ordinum, Societatum, Congregationum Regularium per Nos, & Sedem prædicatam, ac alios quoscumque prædecessores nostros Romanos Pontifices, necnon ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, & de latere Legatos, & quosnamvis Sedi prædictæ Nunios, vel etiam tam Apostolica prædicta, quam ordinaria, & Regia, vel Imperiali autoritatibus respectivè, aut alias quomodolibet sub quibuscumque verborum expressionibus, & tenoribus, in genere, vel in specie, ac particulariter, tam per modum communicationis, & ampliationis, illiusque Fratribus, & locis per Nos, & Sedem eandem, illis, quam simplicis, & individuæ, ac partitæ.

R. 2

& specialis concessionis, & etiam motu proprio, & ex certa scientia, & de Apostolica potestatis plenitudo, etiam iteratis vicibus concessis hactenus, vel confirmatis, aut approbatis, & quibus illi tam in vita, quam in mortis articulo, etiam circa peccatorum remissiones, & injunctarum pénitentiarum relaxaciones, aut alias quomodolibet de jure, usu, aut privilegio, vel consuetudine quomodolibet utuntur, fruuntur, potiuntur, & gaudent, ac uti frui, potiri, & gaudere possunt, & portrunt quomodolibet in futurum, quamvis illa sint speciali nota digna, difficultisque concessionis, & que in generali concessione non veniunt, non solum per participationem, communicationem, illorum extensionem, & ad illorum instar, sed speciatim, & nominatim, parviter, & sequitur principaliter in omnibus, & per omnia, absque ultra prorsus differentia, perinde ac si illa primodicta Congregationi, illiusque Capitulo Generalibus, Ministro Generali pro tempore existenti, illiusque Superioribus, & personis praefatis specialiter, expressè, & nominatim, etiam per viam, & modum simplicis, & individualis, ac particularis, & specialis concessionis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudo, aut communicationis, & ampliationis concessa fuissent, quatenus tamen sint in usu, & non revocata, nec sub aliqua revocatione comprehensa, uti, frui potiri, & gaudere libet, & licet possint, & valeant.

Ita quod omnes, & singuli primodicta Congregationis, & illius Domorum, locorumque Regularium Superiorum, & Ministri quocumque nomine appellati, eisdem favores, gratias Apostolicas, & privilegia, que aliarum Religionum, Ordinum, Congregationum, Societatum, etiam Societatis Jesu Monasteriorum, Conventuum, Domorum, aut locorum Regularium, & Familiarum Generales, Superiores, Praepositi, Provinciales, Rectores, Priores Conventuales, aut claustrales, Visitatores, Guardiani, Custodes, aut alio quocumque nomine, titulo, aut dignitate insigniti, habent, similiter, ut supra, habent. Fratresque & personae Regulares primodicta Congregationis, Generales, Superiores, Ministri, & ceteri alii cuiuscumque appellationis, Praepositi, & Praefecti, in primodicta Congregatione expressè professi, & in ejus gemitio, & observantes viventes Fratres, & personas Regulares primodicta Congregationis cum privilegiis, gratiis, & favoribus Apostolicis Ordinum, & Congregationum hujusmodi perpetuò secundum obseruantiam Regularum & canonicum institutum Ordinis Sanctissime Trinitatis regere, & gubernare, & respetivè visitare valeant. Neque primodicta Congregatione super prefatam omnibus, & singulis à quoquam quavis auctoritate, vel nomine molestari, perturbari, inquietari, aut aliis quomodolibet in judicio, & extra impediri possint, Apostolica auctoritate praedicta, eundem tenore presentium perpetuò concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes eadēm presentes semper, & perpetuò, tanquam ad divini cultus, & bonorum operum augmentum, & Religionis propagationem tendentes, validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integratos effectus sortiri & obtinere, ac ab omnibus, & singulis firmiter, atque inviolabiliter observari, & adimpleri debere, nec ab illis ullo unquam tempore quovis praetextu, occasione, vel causa recedi, aut resiliri, eademque presentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, & aliis contrariais dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, Sedemque praefatam, sub quibusvis tenoribus, & formis, & cum quibusvis clausulis, & decretis pro tempore factis, minimè comprehendendi, vel confundi, sed semper, & perpetuò ab illis excipi, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, atque validissimum statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas, & de novo etiam sub quacumque posteriori data quadocunque eligenda concessas esse & fore, primodictisque Generali Ministro, & Fratribus Discalceatis hujusmodi Congregationis suffragari.

§. 4. Sicne, & non alijs per quoscumque Judices, etiam caufarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem Congregationis suffragari.

Clausulas
presentes
etiam
restitutas,
repositas,
et plenarie
reintegratas,
de novo
etiam sub
quacumque
posteriori
data quodcumque
eligenda
concessas
esse &
fore, primodictis
que Generali
Ministro, &
Fratribus
Discalceatis
hujusmodi
Congregationis
suffragari.

Ira
judicari
etiam
caufarum
Palatii
Apostolici
Auditores, ac
ejusdem
Congregationis
suffragari.

S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, Viclegatos, ac Sedis Apostolicae praedictæ Nuntios judicari & definiiri debere, irritum quoque, & inane quicquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus premisis, ac quibusvis Apostolicis, & in Synodalibus, Provincialibusque & Universali bus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon Regularum Domorum, locorum, & Ordinum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavia firmitate alia corroboratis statutis, & consuetudinibus, privilegia quoque, indulxit, & literis Apostolicis primodictæ Congregatio ni, illiusque Superioribus, & personis, in genere, vel in specie, ac alijs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam iteratis vicibus quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione alijs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illis alijs in suo robore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod ipsarum presentium exemplis, seu transumptis, etiam impressis, & alicuius personæ fidem in dignitate Ecclesiastica constituta sigillo, & Notarii publici manu obsignatis stetur, eademque prorsus fides in judicio, & extra adhibetur, que cedem presentibus adhiberetur, si forent exhibitez, vel ostense.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beato rum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit ineurus.

Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Domini 1634. s. Kalend. April. Pont. nostri anno 11.

Declaratio, ac confirmatio Decretorum editorum circa Imagines defunctorum nondum à Sede Apostolica Canonizatorum, cum splendoribus, aut laureolis non proponendas, & processus pro eorum Beatificatione, aut Canonizatione conficiendos.

Decreta hic enuntiata habes sup: inter hujus Sancti Domini Nostræ Sanctiones, num. 37. Sanctissimus, tom. 4.

V R B A N V S P A P A VIII. edita ab Ad suorum rei memoriam. 1634.

Cœlestis Hierusalem Cives, quorum gloriofis natus, sanctæ sanctorum latorum Mater Ecclesia, sicut hujus sanctæ Sedis Apostolicae ministerio à più utriusque sexus Christi fidelibus venerantur in tertis, ita Romanum decet Pontificem militantis Ecclesiaz regimini divina providentia praepositum, pro suo precipuo honoris Dominus Dei zelo invigilare, ne quid in personarum cum sanctitatibus, aut martyrii fama, vel opinione defunctorum memoriam, sive cultum, inconsulta sancta Sede praeditis innovetur.

§. 1. Alijs siquidem Nos sollicitè animadverentes, abusus, qui irreperant, & irreperere non cessabant in collendis quibusdam cum sanctitatibus, aut martyrii fama vel opinione defunctorum, qui eti neque Canonizationis, neque Beatificationis honore insigniti essent, ab eadem Sede, corum tamen Imagines in Oratoriis, atque in Ecclesiis, aliquisque locis publicis, atque etiam privatis, cum lauro, radiis, seu splendoribus proponebantur, miracula, & revelationes, aliaque beneficia à Deo per eorum

Contraria
derogatu.

Transumpti
etiam
impressis
et alicuius
personæ
sigillo
& Notarii
publici
manu
obsignatis
stetur,

que
aut
superiorum
adhibetur,

ad
exhibititez
vel
ostense.

Sancti
que
aut
superiorum
adhibetur,

dicte
die 28. Apri-

CXXXI

URBANUS OCTAVUS.

197

orum intercessiones accepta in libris rerum ab ipsis gestarum enarrabatur, & ad illorum sepulchra tabellæ, imagines, & res aliae ad beneficia accepta testificanda, & lampades, & alia lumina apponabantur: Volentesque proinde hujusmodi abusibus pro debito officii pastoralis occurrere, re etiam cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Card. contra haereticam pravitatem in universa Republica Christiana generalibus Inquisitoribus ab eadem Sede specialiter deputatis communicata, & mature considerata, ac discussa, de eorundem Cardinalium consilio sub die 13. Martii 1625. declaravimus, statuimus, & decrevimus, ne quorumvis hominum cum sanctitatis, seu martyrii fama (quantumcumque illa esset) defunctorum imagines, aliaque praefata, & quodcumque aliud veneracionem, & cultum praeserens, & indicans, in Oratoriis, aut locis publicis, seu privatis, vel Ecclesiis, tam saecularibus, quam regularibus, cuiuscumque Religionis, Ordinis, Institutum, Congregationis, aut Societatis apponenterent, antequam ab Apostolica Sede canonizarentur, aut Beati declararentur, & si que apposita essent amoverentur, prout eas statim amoveri mandavimus. Ac pariter imprimi de cetero inhibuimus libros eorundem hominum, qui sanctitatis, sive martyrii fama, vel opinione, ut praesertim, celebres est vita migravissent, gesta, miracula, vel revelationes, seu quæcumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta cōtinētes, sine recognitione, & approbatione Ordinarii, qui in iis recognoscendis Theologos, aliosque pios, ac doctos viros in consilium adhiberet: & ne deinde fraus, aut aliquid novi, & inordinati in re tam gravi committeretur, negotium instructum ad Sedem Apostolicam transmittenet, ejusque responsum expectaret. Revelationes veræ, & miracula, aliaque beneficia supradicta, quæ in libris horum hominum vitam, gestaque continentur, eadem sine recognitione, atque approbatione hujusmodi impressa erant, nullo modo approbata censerit voluntus, mandavimusque. Ad horum hominum sepulchra votuimus etiam, ac inhibuimus tabellas, atque imagines ex cera, aut argento, seu ex alia quamcumque materia, tam pictas, quam scatas, atque exsculptis appendi, seu affigi, & lampades, sive alia quamcumque lumina accendi sine recognitione ab Ordinario omnino prout supra facienda, Se- dique Apostolice referenda, ac probanda. Declarantes, quod per superscripta praedicari in aliquo noluimus, neque intendimus iis, qui aut per communem Ecclesiæ consensem, vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum, virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia praefatae Sedis Apostolice, vel Ordinarii celebrantur. Cumque postea die 2. Octobris eiusdem anni 1625. à quibusdam revocari in dubium accepissimus, an tabellas, & imagines, quas in posterum offerri contigeret, recipere, & ante oblatas confermare liceret: Nos qui tantummodo voluimus occurrente abusibus, qui irreperire videbantur, certiore parare viam ad eorum in terris gloriam, quorum sanctimoniam divinæ clementiae placuerit admirandis operibus illustrare, re prius cum eisdem Cardinalibus communicata, de simili eorum consilio declaravimus, quod sicut nunquam prohibuimus, nec intentionis nostræ fuit prohibere oblationem, receptionemque tabellarum, & imaginum hujusmodi, ita deinceps nulli dubitatione locus relinqueretur: statuimus, & decrevimus, ut quoties ad aliquam Ecclesiam, aut Oratorium, locumve alium publicum, saecularem, seu regularem tabellas, & imagines, aliudve simile quispiam deferret, ac intercessione hominum inter Sanctos, vel Beatos non adscriptorum, quamvis cum martyrii, aut sanctitatis fama demortuorum, optata se imperative diceret, liceret Ecclesiasticis personis Ecclesiastum, locorumve predicatorum curæ praefatis tabellas, & imagines, sive pictas, sive ex quavis materia scatas, atque alia quamcumque collata gratia fidem facientia, simul cum deferentis, aliorumque qui conscienti fuissent, attestacionibus recipere, atque approbantibus Ordinariis, ad quos referre statim omnia tenebantur, in secreto aliquo seorsum ab Ecclesia loco custodiare, ibidemque jam amota collocare, & assecurare, ut si quando Dominus talium virorum merita Beatificationis, seu Canonizationis honore in terris degorate voluissent,

Bullar. Mag. Tom. IV.

set, extarent hujusmodi sanctitatis quæcumque probations Apostolicae Sedis judicio tunc examinande. Demum vero, ut ejusmodi decreta observarentur inducere, ac omnimodam sortientur executionem, cum eisdem Cardinalibus re pariter communicata, deque eorundem consilio premissis addidimus, statuimus, decrevimus, atque declaravimus, ne ex tunc deinceps quispiam Ordinariorum, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatorum, super alicuius utriusque sexus, cum sanctitatis, aut martyrii fama, vel opinione defuncti miraculis, revelationibus, aliisve ejusmodi sanctitatem redolent, ex integro informationes quoquo modo recipere, aut processum instrueret, vel huic usque receptas informationes, instruimus processum ulterius prosequetur, nisi postulator prius per legitimas juridicè suscepimus probations circa personam ejus, de cuius miraculis, revelationibus, aliisve rebus gestis sanctitatem praeserentibus ageretur, praescriptam in praefato nostro decreto formam omnino servatam extitisse docuerit, & nisi postea successivè idem Ordinarius, aut ab Apostolica Sede ad hoc specialiter delegatus, diligenter præhabita disquisitione circa eandem personam, supradictato decreto nullatenus contraventum esse ritè pronuntiaverit: Utique id inviolabiliter observetur, statuimus insuper, ac decrevimus, ne transmissi ad Urbem undecimque hujusmodi processus, à Congregationis Sacrorum Rituum Secretario, minusve sancta fidei Promotore quomodolibet aperiatur, nisi prius in Sacrorum Rituum Congregatione, alio sejunctum oblatu authenticò processu, ex eo Ordinarium, aut ab Apostolica Sede specialiter delegatum ritè, ac rectè, ut praemittitur, cognovisse, ac pronuntiasse, prælibato decreto nequaquam contrarium esse, plenè constiterit, ac deinde à Nobis judicialiter aperiendi eos processus facultas induita fuisset. Insuper longissimum tempus, illiusve immemorabilem cursum, de quo in praedicto decreto, intelligi declaravimus esse tempus centum annorum metata excedens: Deque his, atque infra scriptis omnibus, quæ in his decretis disposita, & ordinata sunt, aliqua sub oriente difficultate, Ordinariis locorum, & delegatis Apostolicis quibuslibet omnem omnino interpretandi facultatem ademimus, utque Sedem Apostolicam defunder per consulerent, ab eaque responsum expectarent, mandavimus eisdem, & aliis prout in decretis defuper editis pleniùs continetur.

§. 2. Quare inviolabiliter decretorum prædictorum observationi, quantum cum Domino possimus, consulere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, deque Apostol. potestatis plenitudine decreta prædicta, cum omnibus & singulis in eis contentis, tenore præsentium perpetuò approbanus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostol. firmatis robur adjiciamus, omniaque & singula decreta hujusmodi ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum quomodolibet spectabit, observari omnino præcipimus, sub pena nullitatis quarumcumque informationum, processuum, ac interpretationis aliter, quam prævia superscripta præcognitione instructorum, eorumque admissionis, publicationis, aut interpretationis, ita ut eandem informationes, receptiones, processuumve instructiones, necnon eorum admissiones, ac publications, & interpretationes habeantur pro non receptis, non instrutis, non admissis, non publicatis, interpretatis, eorumque amplius ratio aliqua nullatenus alicubi unquam haberi debeat.

§. 3. Decernentes præsentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo quod quicumque in praefectionibus, seu eorum aliquo interesse habentes, seu quomodolibet habere prætententes, ad premissa vocati, & audiiti, minusque causa propter quas eadem præsentes emanantur, adducere, verificare, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obceptionis, nullitatis, aut invaliditatis vito, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defensione, etiam quantumvis magno, inexagitato, & substantiali, sive etiam ex eo quod in premissis, seu eorum aliis solemnitates, & quævis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplera non fuerint, aut ex quovis alio

R. 3 capite

198 U R B A N U S O C T A V U S.

capite à jure , vel facto , aut statuto , vel consequentiæ dem exempla in eisdem locis affixa dimittantur : que sic aliqua resultante , seu etiam enormis , enormissimæ , & publicate , & affixe , post duos menses à die publicationis totalia lesionis , aut quocumque alio colore , etiam in corpore juris clauso , seu occasione , vel causa , etiam quamvis iusta , rationabili , & privilegiata , etiam tali , quo ad efficiunt validitatis præmissorum necessariæ exti-

menda foret ; aut quod de voluntate nostra hujusmodi , & alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta compucando , omnes & singulos , quos concernunt , perinde afficiant , & arcent , ac si unicuique illorum personæ intimate , & notificata fuissent .

§. 8. Quodque illarum transumptis impressis , sigillo *transumpti* alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta *credimus* aliis superius expressis , seu relatis nihil ullibi apparere , munitis , & manu alicuius Notarii publici subscriptis ea

seu aliter probari posset , notarii , impugnari , invalidari , retrahari , in ius vel controvèrsiam revocari , aut ad ter-

minos juris reduci , vel adversus illas restitutio in integrum , aperitionis oris , rediotionis ad viam , & terminos

juris , aut aliud quodcumque juris , facti , gratiæ , vel ju-

sticie remedium impetrari , seu quomodolibet concedi , aut impetrato , vel concessio quempiam uti , seu se juvare

in judicio , vel extra poss. neque ipsas praesentes sub qui-

bustis similium , vel dissimilium gratiarum revocationis

suspensionibus , limitationibus , aut aliis contrariis

dispositionibus pro tempore quomodolibet faciendis

comprehendi , sed semper ab illis exceptas , perpetuæque

validas , firmas , & efficaces existere , & fore , suoque plena-

tios , & integros effectus sortiri & obtinere , ac per om-

nes , & singulos , ad quos spectat , & quomodolibet specta-

bit in futurum , inviolabiliter observari .

*Intra. iudicari
paruit.*

§. 4. Sieque , & non aliter in præmissis omnibus , & singulis , per quocumque Jüdices ordinarios , & delegatos , etiam causarum Palatii Apostolici Auditores , & S.R.E. Cardinales , etiam de latere Legatos , & Nunrios , & alios quavis auctoritate , & potestate fungentes , in quavis cau- fa , & instantia , sublata eis , & eorum cuiilibet quavis , ali- ter judicandi , & interpretandi facultate , & auctoritate , ubique judicari , & definiti debere , irritum quoque & inane , si secus super his à quoquam quavis auctoritate scien- ter , vel ignorantiter contigerit attentari .

*Exequentes
debutas , ac
mandat su-
mari transfor-
matis.*

§. 5. Quoerit Venerabilibus Fratribus Patriarchis , Primitibus , Archiepiscopis , Episcopis , & aliis locorum Ordinariis , necon dilectis filiis nostris , & Apostolicæ Sedis Nuntiis , ac hereticæ pravitatis Inquisitoribus ubi- libet existentibus per Apostolica scripta mandamus , ut statim atque præsentes literæ nostra ad eorum , & coi- libet eorum notarium pervenerint , in sua quisque re ipe- diuè Dicēs , vel Provincia sedulè per vigilar , ne sine ap- probationibus prædictis imagines cum memoratis signis exponantur , aut miracula , revelationes , ac beneficia prædicta publicentur , aliave contra superiori dispositio- niant , transversores verò , si regulares fuerint , privationis suorum officiorum , ac vocis activæ , & passivæ , necon suspensionis à divinis , si verò Clerici seculares , privatio- nis pariter suorum officiorum , suspensionis à divinis , & ab administratione Sacramentorum , exequationeque suorum ordinum respectivæ , aliiisque arbitrio prædictorum Ordinariorum , seu Inquisitorum , pro modo culpe insi- gndis poenit plectendo . Qui autem libros impresserint , aut imagines pinxerint , sculperint , seu quoque modo affixerint , vel formaverint , ceteraque artifices circa præ- missa qualitercumque delinquentes , prædicta omnia amittant , & insuper pecuniaris , aliisque , etiam corpora- libus poenis , juxta criminis gravitatem , eorundem ordi- nariorum , seu Inquisitorum arbitrio afficiantur . Con- tradictores quoilibet , & rebelles , ac præmissis non parentes , per sententias , censuras , & poenas Ecclesiasticas , alia- que opportuna juris , & facti remedias , omni , & quacum- que appellatione , recurru , & reclamatione remotis , com- pescendo , invocato etiam ad hoc , si opus fuerit , auxilio brachii secularis .

*Censuris
poenit.*

§. 6. Non obstantibus , quatenus opus sit , rec. mem. Bonifici Papæ VIII . etiam prædecessoris nostri , de una , & in Concilio generali edita de duabus dictis , ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque .

*Publicationis
notitiae eti-
mo. eti-
mo. eti-
mo.*

§. 7. Ut autem præsentes , & in eis contenta quæcumque ad oīnum notitiam deducantur , & ne aliquis de eis ignorantiam pretendere possit , volumus pariter , & mandamus , quod eadem præsentes per aliquem , seu ali- quos ex Curatoribus nostris ad Ecclesiam Lateranensis , & Basilicæ Princeps Apostolorum de Urbe , necnon Can- cellariæ Apostolicæ valvas , ac in acie Campi Flora affi- gantur , & publicentur , & cum inde amovebuntur , carum-

Dat. P. A. 1634.

die s. Iuli.

Anno 1634. Indictione secunda Pontificatus S.D.N.D. Vr-

banii divina providentia Papa VII. die vero 5. Septemb.

supra-

dilecta h[ab]e[re], fr[ater] decretum affixum , & publicatum fuit ad valvas

Basilicarum S. Joannis in Laterano , & Principis Ap[osto]lo[u]m

Vrbis , ac in acie Campi Flora , ut moris est , per me Alexandrum

Latinum , præbati Sanctiff. S.D.N. Papa Curs.

Pro D. Mag. Curs. Dominicus Mang. Curs.

Declaratio circa præcedentias inter Fratres San- CXXXI.
di Francisci de Observantia Reformatos.

De his Fratribus vide signata ad const. S.D.N. Vrb.

VIII. 49. Sacro sanctum , sup. tom. 4. Et si quid

magis desideras , require in Indice , V. Fratres S.

Franciscis : lege etiam infra ad S.D.N. Vrbani VIII.

conf. 32. Religiosos.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita ac
Ad perpetuam rei memoriam. 1634.

Nter gravissimas , multiplicesque Apostolicæ servitutis curas , in eam peculiari sollicitudine incumbitus , ut Religiosi viri , qui oblitii populum suum , & domini patrii sui , divini Numinis obsequiis se emanciparunt , vota sua reddant Domino abundantier , in spiritu humilitatis , ac sanctitatis , & justitia coram ipso .

§. 1. Hinc est , quod Nos felici dilectorum filiorum Fratrum Ordinis S. Francisci de Observantia , Reforma- prædictorum nuncupatorum , statui , quantum cum Domino possumus , consulere volentes : Motu proprio , & ex certa scientia nostra , harum serie statuimus , atque præcipi- mus , & mandamus , quod de cætero inter eodem Fratres Minores S. Francisci de Observantia , Reformatos nun- cupatos , nulli illorum jus præcedendi , sive honoratioris loci competat , nisi Ministro , Commissari , Vicario , & Procuratori Generalibus , Ministris Provincialibus , Com- missariis , & Vicariis Provincialibus , si fuerint ex Refor- matis , Custodibus Reformationum , Commissariis , Visi- toribus , Guardianis , Præsidentibus , seu Commissariis , & Vicariis localibus , qui tam expletis eorum officiis , ad locum , & præcedentiam Ordinis redibunt , ram ii qui jam habitum per dictos Fratres Reformatos gestari soli- tum suscepunt , & de cætero suscipiunt , quam ii , qui se à Fratribus de Observantia ad Fratres Reformatos hujusmodi canonice transtulerunt , & transferunt , exceptis tam iis , qui officio Ministri generalis , seu Commissarii generalis Cismontana familia fundi sunt , vel fun- gerunt , qui post Superioris actuales immediate locum habeant .

§. 2. Decernentes præsentes literas semper , & perpe- Claudio
tuo validas , firmas , & efficaces existere , & fore , suoque fra-
plenarios , & integros effectus sortiri ; ac ab omnibus , & derga-
singulis , ad quos spectat , & pro tempore speckabit , invio-
labiliter observari debere , irritumque , & inane , si secus
super his à quoquam quavis auctoritate , scienter vel
ignoranter contigerit attentari .

§. 3. Non obstantibus constitutionibus , & ordinatio- contra
nibus Apostolicis , ac quibusvis dicti Ordinis , etiam deroga-
juramento confirmatione Apostolica , vel quavis firmi-
tate alia roboratis statutis , & consuetudinibus , pri-
legiis quoque indultis , & literis Apostolicis sub quibus-
cunque tenoribus , & formis , ac cum quibusvis etiam
derogatoriis derogatoriis , aliisque efficaciioribus , &
insolitis clausulis , irritantibusque , & aliis decretis , in contra

URBANUS OCTAVUS.

199

contrarium quomodo obbet concessis , confirmatis , & innovatis . Quibus omnibus , & singulis , etiam pro illorum sufficiente derogatione de illis , eorumque totis tenoribus specialis , specifica , expressa , & individua , & de verbo ad verbum , non autem per clausulas generales idem importantes , mentio , seu quævis alia expressio habenda , aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret , illorum omnium & singulorum tenores præsentibus pro plenè , & sufficienter expressis habentes , illis alias in suo labore permanentis , hac vice dumtaxat specialiter , & expressè derogamus , ceterisque contrariis quibuscumque .

Dat. Romæ apud Sanctum Petrum , sub anno Piscatoris , die 23. Augusti 1634. Pont. nostri anno 12.

Praefatio , & approbatio Cæteronialis pro elec-
tione Magni Magistri Hospitalis S. Joannis
Hierosolymitani .

Hoc Cæteroniale habes insertum in ipsa Confis.

Alias leges ediderat pro hujusmodi electione hic idem
Pont. ut sup. tom. 4. const. 89. In specula , ubi alias
const. habes indicatas .

V R B A N V S P A P A V I I I .
Ad perpetuam rei memoriam .

Militantis Ecclesiæ regimini , non meritis nostris , sed inserutibili divinæ voluntatis providentia vocati , & attenta mentis acie considerantes , Hospitalē Sancti Joannis Hierosolymitani in Insula Melite Doctoris gentium miraculis celebrata , firmissimum , tutissimumque Reipublica Christiana adversus impii Turcarum tyranni invasiones propugnaculum existere , ejusque Fratres Milites , tanquam veri Christi Athletas , pro Fidei Catholice defensione , nullis virg periculis parcendo , jugiter labore ; dignum , quin potius debitum reputamus , ut ea , quæ per nostras literas Motu proprio expeditas , alias statuimus , & ordinavimus , pro felici rectaque Magni Magistri dicti Hospitalis electione , suum debitum fortiantur effectum .

§. 1. Cumque pro facilitiori ipsarum literarum nostrarum executione proptium Cæteroniale per nonnullos Romanæ Curiae Prelatos , religionis zelo , prudentia , fide , doctrina , retum gerendarum usu , aliisque egregiis virtutibus conspicuos , quibus negotiorum hujusmodi commis- teribus , diligenter , ut res postulabat , adhibito examine , confessum , & à Nobis approbatum fuerit , ut illud cum omnibus , & singulis in eo contentis inviolabiliter perpetuò obseretur , ex nostro Pastoralis officii debito providendum , ac nostra Apostolica confirmationis patrocinio munendum censuimus .

Tenor autem illius est . Magno Magistro vita fundo , concregetur quamprimum fieri poterit Consilium compleatum , à quo inter cetera , præcipue infra scripta hant .

Primo : Deputet sive eligat Locumtenentem juxta formam Statutorum , seu Stabilimentorum dicti Hospitalis Apostolica auctoritate confirmatorum , qui juxta literatum Sanctiss. Domini nostri Urbani Papæ VIII. de super emanatarum hujusmodi dispositionem , ea dumtaxat exercere valebit , quæ ad meram justitiam pertinent ; non autem cum quovis Fratre Milite dicti Hospitalis , seu alia quavis persona ad habitum Fratrum dicti Hospitalis admitti potente , super cuiuscumque generis impedimento , vel defectu , etiam in vim quorumcumque privilegiorum , seu facultatum dicta auctoritate concessorum , seu confirmatorum , dispensare : neque cum eodem Consilio Status , & quovis prætextu alias gratias etiam facere , ut sunt , habitum dicti Hospitalis concedere , aut exhibere , vel similia : minusque litteras Apostolicas Magno Magistro prædefuncto directas , executioni demandare , aut alios quovis actus gratiam concernentes , facere , sub pena in omnibus vel singulis casibus preliis , privationis vocis activæ ,

& passivæ eo ipso incurrienda , & per Consilium prædictum , excuso ipso Locumtenente declaranda ; & nihilominus omnia , & singula per eum contra præsentium tenorem quomodolibet gesta , irrita , & inania , nulliusque roboris , & momenti existant : siue dispensati , & alii quicunque executionis litterarum prædicarum , necnon gratiarum eis sic , ut præfertur , à Locumtenente hujusmodi factarum usu , & effectu careant , sed in eodem statu , in quo antea erant , non secus ac si cum eis super suis impedimentis , vel def. & ibus dispensatum , gratiaque eis concessæ , ac literæ Apostolicæ hujusmodi executioni demandatae non fuissent , remaneant .

Secundū , Locumtenens , & Consilium prædicti tres ejusdem Hospitalis , ac unus , seu diversarum Linguarum electione , & audirentur .

Fratres Milites , fide , & facultibus idoneos , prout sibi videbitur , deputent , ut in ipsorum sic deputatorum manibus pecunia per communis ærarii debito , durante Sedis Magistralis vacatione realiter , & cum effectu solvantur , & numerentur : solventes vero solutionum hujusmodi quietantas ab ipsis deputatis reportent . Qui quidem deputati , statim secuta Magni Magistri electione , pecuniarum per eos receptarum , & exactarum rationem reddere , pecuniasque ipsas Magno Magistro canonice electo , seu Thesaurario , vel aliis ministris , ad quos de jure , & ex forma Statutorum , seu Stabilimentorum hujusmodi spectabit , consignare , & restituere teneantur , aliterque factæ solutiones nullatenus solventibus suffragentur , quin adhuc communis ærarii , ad effectum non ferendi sufficiunt , debitores censeantur .

Tertiū , Curabunt idem Locumtenens , & Consilium D. Vocalitut.

Status , ut à qualibet Lingua , seu aliâ , prout eis celeri expeditione magis expedire videbitur , eorum Fratrum , qui juxta earundem literarum prædictarum formam suffragium latui sunt , nota , sive catalogus conficiatur , eum eorum nominibus , cognominibus , patriis , & denominationibus , necnon tempore susceptionis habitus , ac residentiæ , & caravannarum per eorum quemlibet factarum : quæ quidem nota , sive catalogus , editio per eisdem Locumtenentem , & Consilium Status promulgando inseratur ; dictumque hujusmodi in locis publicis , & consuetis , ad hoc , ut si quis se gravatum senserit , aut contra aliquem etiam alterius Lingua exciperre voluerit , infra terminum ab eisdem in dicto termino præfigendum , in actis Cancelleri , seu Vicecancelleri , aut cuiusvis alterius ad hoc deputandi , iura sua exhibere , & deducere possit : quo termino elapsa , & nihil opposito , opponere volentes , postea amplius non audiuntur . Præterea juxta literarum prædictarum dispositionem , etiam vigore cuiuscumque privilegii , seu concessionis , etiam specialis à Sede Apostolica obtentæ , sive consuetudinis , etiam immemorabilis , aut quovis alio prætextu , in electione Magni Magistri aut in quovis alio actu illam concernente , votum , vel suffragium nec ferre , nec passivè habere nec in ea quomodolibet . Se intronizare , vel immisceri poterit ullus ejusdem Hospitalis Frater , aut Capellanus , vel Serviens armorum , extra omnium Linguarum , sive totius Hospitalis limites natus , cum quo super defectu limitum dispensatum fuerit : nullusque Frater Capellanus . Sacerdos non existens , minusque ullus Frater serviens ex mera gratia , & non factis probationibus receptus . Qui omnes propteræ , seu eorum aliqui , in Catalogo , sive nota hujusmodi ponî non debebunt ; exceptis tamen Episcopo Melivitano , & Priore Ecclesiæ Conventualis dicti Hospitalis nunc , & pro tempore existentibus , necnon quovis alio magnæ Crucis Fratre , qui licet extra limites recepti , voto , sive suffragio activo , & passivo gaudebunt respectu electionis 24. dumtaxat , nec in hac præbitionis parte ullatenus comprehendendi , sed ejusdem Episcopi , necnon etiam Lingua Germanicæ iura , privilegia & prærogativæ , si quæ aliâ illis competunt , præterea censeantur .

Quarto , lidem Locumtenens , & Consilium a nominationem cuiuslibet eligentium , qui ex aliqua in his ceteris causis , vel alterius justæ , & rationabilis iniurie , & causa notaria , cognomina , & denominations pre-

R 4 dicta

ditta scribere non poterit, personas deputabunt, quae eadem nomina, cognomina, & denominations pro illisdem sic impeditis scribant.

De conformitate editionis eius.

Insuper Locumtenens, & Consilium predicti decidunt, & terminent summarie, sine strepitu, & figura Judicii, etiam manu Regia, iuxta tamen Statuta, Stabilitamenta, & consuetudines dicti Hospitalis, omni, & qualcumque appellatione, restitutione in integrum, & aliis quibuscumque executionem retardare valentibus remotis, omnes causas supradictorum gravaminum, & exceptionum, & quamlibet aliam controversiam, etiam xxiv. & xv. Electorum, quas Sede Magistrali vacante oriuntur, donec ad Magni Magistri consummatam electionem deuentum fuerit.

De modo eligendis.

Conventus verò, & omnes Fratres die, & hora solitis in Ecclesia Conventuali S. Joannis congregentur: & Missa celebrata, Hymnoque Veni Creator Spiritus, decantato, singuli Fratres jus suffragii vigore literarum Apostolicarum predictarum habentes, ad Capellam unicuique Lingue ad id in eadem Ecclesia destinatarum, seu destinandam accedant, exceptis tamen Fratribus illius Lingue, ex qua dictis Locumtenens extiterit, qui in corpore ejusdem Ecclesie Conventualis remaneant. Hi non unum, ut antea consueverant, sed tres Fratres Milites ex unaquaque Lingua capaces, ac juxta earundem literarum Apostolicarum, necnon Statutorum, seu Stabilimentorum predicatorum formam qualificatos, in Electores elegant, ita ut in posterum non octo tantum Fratres Milites, qui in electores deputabantur, sed viginti quatuor elegantur. Ipsaque trium Fratrum cuiuslibet Lingue elecio per secretas schedulas modo, & forma sequentibus fiat: Videlicet, quod omnes schedulae vel impressae, vel una, & eadem manu tantum conscriptae sint, juxta exemplum infra scriptum.

Exemplum schedulae electorum.

Ego Frater.

Eligo Fratrem
in unum ex xxiv.

Eadem schedula super mensa in Capillis, & Ecclesia Conventuali predicta respectivè poni, singulique eligentes soli seorsim, & separatis, aliis inde remotis, ad ipsam mensam accedere, & in superiori schedula parte nomen, cognomen, seu denominationem propriam ipsius met eligentis, & in inferiori schedula parte nomen, cognomen, seu denominationem eligendi, propria manus scribere debeant; ita ut certa tam eligentis, quam electi persona habeatur, alioquin suffragium sit nullum; exceptis tamen votis illorum, quorum nomina, cognomina, & denominations, idem Locumtenens, & Consilium ob causas supra expressas per aliam personam scribi posse concesserint. Caveant etiam diligenter, ne in qualibet schedula plures, quam unum nominent, juxta exemplum inferius positum.

Schedula.

Ego Frater Sylvester Scotus.

Eligo Fratrem Nicolaum la Marra
in unum ex xxiv.

Advertatur etiam, quod scrutinium erit toties reite- *De formis* randum, donec tres supradicti, votis five suffragiis sufficientibus electi sint, iuxta predictum Motum proprium.

Quilibet verò eligentium hujusmodi ad mensam praeditam accedens, nominibus, seu cognominibus, aut de, nominationibus predictis in sua schedula, ut primiti- *De schedula* *capitulo* *Consilio* tur, conscriptis, primò illam in superiori parte compli- cabit, & communis Lingue sigillo in eadem sensa ad hunc effectum preparando ita claudat, ut eligentis nomen nunquam videri possit, nec ullo unquam tempore publicetur.

Secundò eandem schedulam ita totam complicabit, ut tunc temporis à nomine legi valeat.

Tertiò schedulam ipsam sic complicatam, & sigillo clausam summis digitis elevans, & circumstantibus pa- lam, & publicè ad hoc, ut unicam esse omnibus pateat, commonstrans, alta, & intelligibili voce jurabit juxta sequentem formam.

Ego N. juro, me eligere illum, quem *De Jure* secundum Deum eligendum judico.

Quod quidem juramentum in omnibus aliis electio- *De pietate* *De schedula* *in urnam* nibus in vim literarum Apostolicarum hujusmodi faciendis praefatari, & tenovari debet.

Praetito hujusmodi juramento, schedulam praeditam in urnam, seu vas, ad hunc effectum in mensa appositiu- *De numeratione* *in schedula* *laram*.

Quo facto, tres Fratres Milites antiquiores, & magis antiani, nulla habita præminentia consideratione, ultra alios actus sibi uti scrutatori competentes, pa- lam, & publicè omnibus eligentibus videntibus, & audiencibus, schedulas in urnam, seu vas, immislas numerem: & ubi pauciores, seu plures schedulae numero eligentium reportæ fuerint, illicet, & publicè combun- riantur, & toties Scrutinium renovetur, donec schedularum numerus eligentium numero coequetur, illique respondeant.

Comperio autem, numerum schedularum parem esse *De pietate* *De numeris* *in schedula* *in urnam* numero eligentium, scrutatores predicti legant alta vo- ce, & publicent schedulas in parte sigillo non clausa, pu- blicando propterea personam, quæ in eis eligitur: factaque publicatione hujusmodi, censeantur electi tres Fratres milites predicti pro qualibet Lingua, qui majorem suffragiorum numerum respectu minoris habuerint, dummodo singuli quartam saltem suffragiorum partem asse- quantur. Quod si nemo, sive duo, aut unus dumtaxat ex tribus eligendis, hanc quartam suffragiorum partem re- portaverit, ad novum scrutinium toties pariter devenientur, quoad alios qui quartam partem non reportaverint, donec trium numerus cum dicta saltete quartæ parte compleatur. In eventum, in quem aliquis necessarij dumtaxat votis eligatur, idem electus propriam schedulam agnos- cet, ad hoc ut videatur, an detracta ipsius electi schedula, sufficiens pro electione schedularum numerus fuerit, & an electus libet (quod non potest) suffragium tulerit: & renuente electo propriæ schedulae agnitionem, sive manifestacionem, ille ea vice pro non electo habeatur.

Qui verò, ut primitur, electus fuerit, à suffragio, *De electo* sive voto ferendo pro aliis duobus arceatur, statimque *Conclusio* atque electus fuerit, ab ipsa Capella recedat, & ad locum *transversum* Conclavis opportunum se conferat.

Quod si Locumtenens in dictorum trium numerum *De suffrageo* eligatur, statim alius Locumtenens deputetur, seu magis *in causa* *in consilio* *in schedula* *in urnam* antianus ipsius Consilii ibi existens, omisla qualibet præ- eminentia consideratione, Locumtenensis loco præ- deat, prout Consilio expedire videbitur.

Quia verò Lingua Anglicana non habet Frates Mili- *De suffrageo* *Capellanos*, nec Fratres Servientes, ideo donec *dispropositum* illud Regnum ad gremium Sancte Romanae Ecclesie *cana Lingua* redierit, unaquaque altarium septem Linguarum suc- cessivè alium Fratrem Militem è propria Lingua per schedulam, ut suprà eligat: & ex septem sic electis vi- ginti & unus supradicti, prævia dicti juramenti presta- tione, per secreta pilularum suffragia pro majori eli- gentium numero respectu minoris, tres diversatum nationum,

URBANUS OCTAVUS.

201

nationum. Gallice videlicet, Italico, Hispanice, & Germanica elegant, cum ballotatione cuiuslibet ipsorum septem: qui tres, ut praemittitur, electi Linguae Anglicae nam representent, illiusque vice, & nomine in illa electione dictorum septem dumtaxat suffragium ferant.

Facta, ut praemittitur, corundem electione, illi ad locum Conclavis se conferant, in quo electio Magni Magistri necessariò facienda erit, & ad infra scriptos actus deveniant, videlicet.

Primo, elegant prævia dicti juramenti præstatione,

Presidentem electionis per pilulas secretas, juxta anti-

quam dicti Hospitalis consuetudinem, hancenam ibi ob-

servatam: qui sic electus, loco dicti Locum entem, cum

prohibitionibus supradictis gratias & alia supradicta fa-

cendi, præsidet, & ea, que Præsidentes electionis de-

jure, privilegio, usu, vel consuetudine facere, & gerere

possunt, seu debent, gerat, & faciat.

Secundo, prævia similiter ejusdem juramenti præsta-

tione, procedant ad electionem Triumviratus, nempe

unius armorum Servientis Fratrum, qui sint diversatum

Linguarum, juxta formam scrutinii pilularum supe-

rius descripti, usque ad perfectam electionem hujus-

modi.

Tertio, celebrata electione prædicta, ipsi tres sic

electi ad quarti electionem, diversæ tamen Lingue à

sua, unanimis deveniant: & si infra unius horæ, à pri-

mo momento clausuræ Conclavis computandæ, spa-

tium concordes non fuerint, tunc, & eo casu illorum

singuli alium Fratrem Militem eorum cuiilibet benevi-

sum, qui non sit ex eorum Linguis, nominent, nomi-

nationeque hujusmodi ad virginis quatuor electores re-

lata, ipsi se in Sacristiam eis loco Conclavis in hoc

casu dumtaxat assignatam, recipientes, prævia pariter

dicti juramenti præstatione, ad secretum Scrutinium

pilularum pro electione unius ex dictis tribus nomina-

tis deveniant, ita ut quilibet horum trium ballotetur,

& ille pro quarto electus sit, & esse censeatur, qui ma-

giorem suffragiorum numerum respectu minoris numeri

reportabit, etiam si de corpore dictorum vigintiqua-

tuorum.

Quarto, iste quartus sic electus ad Conclave accedat,

& cum aliis tribus ad quinti: quintus vero similiter elec-

tus cum aliis quatuor ad sexti electionem procedat per

majorem suffragiorum, seu pilularum numerum, siveque

successivè usque ad sextidecimi electionem, videlicet

duorum ex unaquaque lingua, juxta eorum præminen-

tias, & prærogativas hancenam observatas, quibus præ-

judicium inferre non censem, deveniatur.

Occurrent autem in omnibus electionibus prædictis

suffragiorum paritate, aliis præferatur, electusque sit, &

esse censeatur magis antianus, & in antianitatibz equali-

tate is, qui diuturniorem in Conventu residentiam fece-

rit, seu in servitio dicti Hospitalis magis occupatus fue-

rit, propter quod servitum pro residente in Conventu

habeatur ad prædictum effectum; & in residentia parti-

tate is qui plures caravanas fecerit.

Completa tandem sexdecim prædictorum electione,

ipsi sexdecim sic electi, odio, amore, & aliis quibus

cumque humanis affectibus posthabitis, solumque

Deum, illiusque religionis decus, ac propagationem

præ oculis habentes, præviaque etiam juramenti su-

prædicti præstatione, ad electionem Magni Magistri,

quem capacem, & pro tanto Ordinis dignitatem, & utili-

tate idoneum judicaverint, sicut hancenam observa-

torum fuit, deveniant. Omnibus autem innocescat, elec-

tionem nullam, & irritam fore eo ipso, nec ullum effe-

cum sortiri debere, si aliter celebrata fuerit, quam in

Conclavi. Et prævia electione trium fratrum Militum

uniuersusque Lingue non receptorum ex gratia limi-

tum, modo & forma præmissis, tam respectu scrutinii,

& suffragiorum, quam respectu Linguae Anglicæ fa-

cienda. Et non electo prius uno Fratre Milite, uno Fra-

tre Capellano, & alio Fratre Serviente armorum, ut su-

præ qualificatis, qui usque ad electionem decimosextri,

duorum videlicet pro qualibet lingua, juxta earum

dem litterarum tenorem procedant, & à sexdecim elec-

tis hujusmodi. Denumque de alio quam uno ex fra-

tribus Militibus ex eadem limitum, gratia nequaquam receptis.

Ceremoniale
§. 2. Motu itaque proprio, & ex certa scientia, ac ma-
tura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potesta-
tis plenitude, quocumque Electionarium, sive Cæ-
moniale, vel Rituale electionis, seu electionum hu-
jusmodi, à quocumque defuper hancenam factum, com-
positum, sive publicatum, etiam typis impressum, in
primis, & ante omnia revocantes, & annullantes, om-
nia, & singula in presenti Ceremoniali ordinata, &
quomodolibet contenta, tenore presentium perpetuū
approbamus & confirmamus, illiusque omnibus, & sin-
gulis perpetuè, & inviolabilis Apostolicæ firmatio ro-
bus adjicimus.

Omnia in se
§. 3. Eaque ab omnibus, & singulis dicti Hospitalis
Fratribus, ad quos spectat, & pro tempore quomodoli-
bet spectabit, inviolabiliter observari precepimus; &
mandamus.

Decernentes sic
§. 4. Decernentes sic, & non aliter per quoscumque
Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii
Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, etiam de
latere Legatos, & Nuntios, quavis auctoritate, & po-
testate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis ali-
ter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate,
ubique judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane, la-
secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

Contraria
§. 5. Non obstantibus omnibus illis, que in literis no-
stris prædictis voluimus non obstat, ceterisque contra-
riis quibuscumque.

Dat. in Arce Gandulphi Albanen. ditec. sub annulo Dat. P. A. 11^a
Piscatoris, die 21. Octobris 1634. Pontificatus nostri die 21. Octob.
anno 12.

Anno a Nativitate Domini 1635. Indictione terita, die Publicatio

verò 2. Marci, Pontificatus autem in Christo Patri San- to Pro

ctiss. D. N. D. divina providentia Papa Urbani VIII, anno

eius duodecimo retroscripta litera affixa, & publicata fue-

runt ad valvas Basilicarum Principis Apostolorum de Urbe,

S. Ioan. Lateran. in aie Campi Flora, ac aliis locis confinie-

Vrbis per nos Dominicum Mangium, & Hieronymum Vec-

chionum Curs. Apost.

Pro D. Mag. Curs. Antonius Bardas dep.

Prohibitio facta Fratribus Discalceatis Refor-
XXXVII.
mati Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris
Captivorum Hispaniarum, de cætero reci-
piendi personas seculares ad habitum Do-
natorum, & contrafacientibus pœnam
impositio. Ac facultas concedendi habitum,
& nomen Laicorum Fratribus, qui nunc
existunt in dicta Congregatione sub nomine
Donatorum.

Privilegia aliorum Ordinum communicavit his
Fratribus S. D. N. Urban. VIII. in conf. 21. Re-
demptoris, hic sup. Et de Ministeri Generalis
vacatione quadam sancxit idem in conf. 19.
Injuncti, ibid. Indulsum quoque perendi ac re-
cipendi elemosynas, legata, & alia subfida
pro sedimentis Captivis relata, habes sup. in
conf. 6. Ex incumbenti. Et in Turcarum par-
tibus celebrandi super Altari portatili, & ante
diem, facultatem concessit idem sup. in conf. 3.
Cùm sicut.

VRBANVS PAPA VII. Edictum An. D.
Ad perpetuam rei memoriam.

6.1. Cum sicut accepimus, in Congregatione Fra-
trum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ confrat-
Trinitatis Redemptoris Captivorum, præter Re-
ligiosos

ligiosos Clericos orationi, & contemplationi, ac aliis Ecclesie ministeriis vacantes, ad Chororumque deputatos, duo sunt genera Religiosorum, sub nomine videlicet Laicorum, & Donatorum pro eleemosynis ad sustentationem Fratrum querendis, & colligendis, necnon pro aliis servitii Domorum regularium obvendis, cum habitu regulari ad id eis exhibito, iuxta dicti Ordinis statuta (hinc tamen Capitio quoad Fratres Donatos) qui omnes legitimo probationis tempore decurso, tria vota substantialia, Obedientia, scilicet, Pauperatis, & Castitatis in manibus Superiorum dictae Congregationis sponte emitunt, perpetuoque Religionis scrutio familiariter. Experiens vero dicta Congregatione reperit, ad suum spiritualem profectum, necnon ad maiorem sua regularis observantie conservationem magnopere convenire, quod in dicta Congregatione totaliter extinguantur Fratres, qui Donati appellantur, quandoquidem in propria hujus Congregationis Regula à fel. record. Innocentio Papa III. praedecessore nostro confirmata, & à Nobis reformata, nulla sit mentio de Fratribus Donatis, sed tantum de Clericis, & Laicis.

*Prohibito de
qua in subr.
& causa con-
trafacilibus.*

*Parvulus
quod Diffini-
torium Con-
fessoris de-
bet Fratribus
Domini modo
existens, &
nomen & be-
nicium Fratris
Laicorum.*

§. 3. Præterea Diffinitorio Generali dictæ Congregationis concedimus, ut liberè & licite possit dare Fratribus Donatis nunc in dicta Congregatione de gentibus, tam professis, quam Novitiis, nomen & habitum, quem deferunt Fratres, qui appellantur Laici, virtute, & meritis uniuscujusque consideratis.

*Parvulus
Consecratio
deregatio.*

§. 4. Non obstantibus literis pia memorie Pauli Papæ V. similiter praedecessoris nostri, sub die 27. Augusti 1611. motu proprio emanatis, incipientibus Circumspecta Sedis Apostolicae providentia, ac dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenores præsentibus pro sufficienter expressi habentes, illis alias in suo labore permansiris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 29. Octobris millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, Pontificatus nostri anno duodecimo.

*P. A. 12.
die 29 Octob.*

cxxxviii. Declaratio, quod Clerici Regulares Pauperes Matris Dei Scholarum Piarum, non comprehendantur in Decretis circa Regularium reformationem editis.

Hac Decreta primùm edidit Clem. VIII. ut in conf. 6o. suprà, tom. 3. que postea confirmavit Sanctiss. D. N. Urban. VIII. confit. 26. suprà tom. 4.

De his Clericis attende indicata ad constit. 101. Pauli V. tom. 3. & constit. 14. Gregor. X. V. ibid. & novissime prohibuit Scholas sub hujusmodi denomi na-

tione erigere S. D. N. Urban. VIII. confit. 106. suprà tom. 4.

V R B A N V S P A P A V I I I . *Edita ad
Ad perpetuam rei memoriam.*

Romanum decet Pontificem, si que circa Constitutionem, seu decretorum Apostolicorum intelligentiam dubia oriuntur, declarationis sue ministerio medium removere.

§. 1. Cum itaque, sicut pro parte dilectorum filiorum Clericorum Regularium Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, Nobis expositum fuit, à nonnullis in dubium revocetur, an dicti exponentes sub decretis de Novitiis non nisi in certis Monasteriis, & locis à Sede Apost. designatis recipiendis, per fel. record. Clem. PP. VII. praedecessorem nostrum editis, & à nobis confirmatis comprehendantur.

§. 2. Nos omnem in præmissis dubitandi materiam de medio collere, dictosque exponentes spiritualibus favo ribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliusque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, ha rum serie absolventes, & absolutas fore censentes: Supplicationibus illorum nomine nobis super hoc humili ter porrectis inclinati, de venerabilium fratum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis Regularium præpositorum consilio, dictos Clericos Regulares dictæ Congregationis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum non comprehendendi in decretis prædictis dicti Clementis praedecessoris per Nos approbatis, & innovatis, quemadmodum non comprehenduntur ceteri Clerici Regulares, Apostolica auctoritate tenore præsentium declaramus.

§. 3. Sicque observari, & per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostoli ci Auditores, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, decernimus.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ceterisque in contrarium facientibus quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 17. Novembris 1634. Pont. nostri anno 12.

Super residentia Episcoporum, Archiepiscopo rum, Metropolitanorum, & aliorum Ecclesiæ Cathedralibus præfectorum, etiam Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, cum præfixione termini ad proficisciendum ad eorum residentias, & determinatione penarum, ac prohibitione ab ipsis non discedendi absque Sedis Apostolicae licentia, ex quibusvis, etiam urgentissimis causis.

Multa super hoc sanciveras Concil. Trident. indicatum in apostolis hujus Conf. §§. 1. & 2. & etiam vide Conf. Pis IV. 10. De salute, sup. tom. 2. ac Conf. 91. In suprema, ubi sup. cum ibi indicatis.

V R B A N V S P A P A V I I I . *Edita ad
Ad perpetuam rei memoriam.*

§. 1. Sancta Synodus Tridentina sub recolenda me ad disciplinam Ecclesiasticam restaurandam provide statuit: Ut omnes, quacumque dignitate, gradu, & præminentia fulgentes, Patriarchalibus, Primatialibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis qui buscumque quovis nomine, & titulo præfecti, apud

cas

tas personaliter residere deberent; alii, si per sex menses continuos abessent, amissionis quartae partis fructuum unius anni penam ipso jure incurserent: quod si per altos sex menses in absentia perseverarent, tunc alias quartam partem fructuum hujusmodi eo ipso amitterent: crescente vero contumacia, Romanus Pontifex suprema ejus autoritate in ipsos absentes animadvertebat, & Ecclesiis ipsiis de Pastoralibus utilioribus providere posset.

§. 2. Deinde sub sel. rec. Pio IV. etiam predecessore nostro, eadem Synodus declaravit, omnes eisdem Patriarchalibus, Primalibus, Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis praefatos, etiam Sanctorum Romanorum Ecclesiae Cardinales forent, obligari ad personaliter residentiam in sua Ecclesia, vel diecesi faciendam; nec abesse posse, nisi ob legitimas causas in scriptis approbandas. Et in corundem Concilii decretorum executionem idem Pius IV. predecessor per suam sub plumbo, sub Dat. 7. Kalend. Decembris 1564. expeditas literas monuit eosdem praefatis Ecclesiis praefatos, in virtute sancte obedientiae, ac ultra penas in eodem Concilio contentas, sub privationis eorum a regimine, & administratione ipsiarum Ecclesiarum, ac amissionis facultatum testandi, & disponendi, aliisque penam, suo, & Romani Pontificis arbitrio imponendis, mandavit eisdem, ut in Ecclesiis praefatis omnino personaliter residere deberent: Denique certior factus, quod multi eorundem praefatorum erant inobedientes, Motu suo proprio commisit Cameram Apostolicam Auditori generali, ut contra illos usque ad sententiam procederet, & sibi deinde referret, ad effectum in ea privationis, & depositionis sententiam in suo Consistorio secreto pronuntiandi.

§. 3. Successivè alii etiam Romani Pontifices contra non residentes diversa edicta publicari fecerunt, ac papa mem. Gregorius XIII. etiam predecessor noster per suum decretum Consistoriale declaravit, de ceteris eisdem Conciliis de personali residentia in Ecclesiis praedictis facienda, etiam in Sancte Romanæ Ecclesie Cardinalibus locum habere, quo cumque titulo illis praesent, ita ut a reatu, & penam in dicto Concilio statutis, non excusatentur, nisi absentia causa in scriptis approbata foret, scientiaque, vel tolerantia non excusatet eosdem Cardinales, nec alios Episcopos.

§. 4. Similis quoque mem. Clemens Papa VIII. etiam predecessor noster per simile Consistoriale decretum pro obseruantia residentiae personalis ab eodem Concilio ordinatus addidit penam inhabilitatis ad majores dignitates, & Ecclesiis obtinendas, prout in praefatis Conciliis, ac literis Apostolicis, Consistorialibusque decretis latius continetur.

§. 5. Cumque etiam Nos edicta contra non residentes saepius publicari fecerimus, & tamen præteritis mensibus aliqui, etiam Sancte Romanæ Ecclesie Cardinales, Metropolitanis, seu Cathedralibus Ecclesiis ex concessione Apostolica praediti, sua obligationis ad personaliter residentiam in eis faciendam immemores, in grave animarum suarum detrimentum, ac ovium sibi creditarum prajudicium, ab eisdem Ecclesiis abesse continuauerint, etiam sub pretextu suorum titulorum Cardinatus, praesertim Episcopalium, prope Urbem, seu in Urbis districto respectivè consistentium, & quod in eadem Urbe in conspectu, & praesentia nostra moram traherent: Nos pro nostro Pastorali debito, nedum animarum praefatarum, sed etiam Ecclesiastum indemnitatim providebat, in Consistorio nostro secreto declaravimus, eosdem Sancte Romanæ Ecclesie Cardinales, qui alii Ecclesiis Metropolitanis, & Cathedralibus prærant, & apud eas non residerant, nec residebant, non fecisse, nec facere illarum fructus suos, etiam sub pretextu, quod alicui ex dictis Ecclesiis Episcopalibus, quibus Cardinales in ordine priores esse solent, praesideant, & ibi, non in Urbe commonetur, aut cuijusvis tolerantiae, vel facultatis, præterquam per Breve speciale nostrum, vel Romani Pontificis pro tempore existentis, sibi concessæ. Ideoque eosdem Cardinales monuimus pro prima vice, ut ad residentiam hujusmodi statim se conferrent,

sub amissionis fructuum eo ipso incurrenda, & aliis Canonice penam, animo etiam procedendi ad ulteriora, si non paruisse, & prout in decreto nostro Consistoriali plenius habetur.

§. 6. Quia vero ab inde citra non omnes, prout tenebantur, nostra mandata executi sunt: Nos ut omnino debitum suum agnoscam, & animabus subiectis, quantum Nobis ex alto conceditur, magis consultum sit, ulterius providere volentes, Concilii Tridentini decretis, & literis Apostolicis, Motu proprio, ac Consistorialibus decretis praefatis inherentes, illorumque tenores, ac si de verbo ad verbum inferrentur, pro plenè inferitis, & expressis habentes, Motu simili, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine praefata Concilii decreta, literasque Apostolicas, ac primordium Motum proprium, decretaque Consistorialia praefata, & in eis contenta quæcumque hac Nostra Constitutione perpetua confirmamus, & approbamus, & quatenus foret opus, adversus quemcumque pretensionem non ulsum, vel contrarium ulti, innovamus, & plenissime restituimus.

§. 7. Insuperque omnes, & singulos Ecclesiis Patriarchalibus, Primalibus, Metropolitanis, Archiepiscopalibus & Episcopalibus, quo cumque nomine, seu titulo praefatos, etiam Sancte Romanæ Ecclesie Cardinales, a sub gratiis copiis, usum s.R.E. Card. praefatis suis Ecclesiis absentes, in virtute sancte obedientiae, ac sub interdicti ingressus Ecclesiæ, amissionis que tam fructuum earundem Ecclesiastum pro tempore, quo absentia duraverit, quam facultatum testandi, & disponendi de bonis suis, à Sede Apostolica sibi alias concessarum, eo ipso absque alia declaratione incurrendis, neconon privationis a regimine, & administratione suarum Ecclesiarum hujusmodi, aliisque penam, nostro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis, districte praincipiendo monemus, ut omnibus postpositis, quanto citius, in Romana Curia videlicet moram trahentes intra unum, extra eam vero in Italia intra duos, extra vero Italiam existentes intra quatuor menses à die publicationis praesentium, in locis infra scriptis faciendo computandos, quos pro tribus canonice monitionibus, pitemptotisque dilationibus, & terminis respectivè eis assignamus, & assignatos esse volumus, se itineri committere, & legitimis itineribus ad Ecclesiæ, seu dieceses suas profici, & se personaliter conferre, & ibidem, ut tenentur, residere debeat.

§. 8. Eisdemque praefatis, postquam personaliter ad residendum se consulerint, neconon quibuscumque aliis apud suas Ecclesiæ quandocumque personaliter residentibus, sub eisdem penam, etiam eo ipso respectivè incurris injungimus, ne ab eorum Ecclesiis discedant, nisi prius obtenta nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis per Breve, seu literas missivas, licentia praefata.

§. 9. Illos etiam, qui in posterum per Nos, seu Romanos Pontifices successores nostros, alicui praefaturum Ecclesiastum Patriarchalium, Primalium, Metropolitanarum, Archiepiscopalium, & Episcopalium quo vis nomine, vel titulo praefati fuerint, etiam Sancte Romanæ Ecclesie Cardinales quandocumque fuerint, vel sint, sub eisdem penam, etiam eo ipso respectivè incurris debant, & quilibet iporum debet infra praefatum tempus à die eorum promotionis ad aliquam Ecclesiastum praefatarum inchoandum, quod eis pro tribus monitionibus, & dilationibus, ut praefertur, ex nunc assignamus, pariter se itineri committere, & ad Ecclesiæ, sive dieceses sibi commissas, ad personaliter in eis residendum conferre, & respectivè postquam residere incepint, ab illis non discedere, nisi obtenta prius à Nobis, & Romano Pontifice pro tempore existente, licentia praefata.

§. 10. A quarum penarum incursu nolumus posse aliquem se excusare praetextu, & ratione cuiuscumque serviti quomodolibet praestiti, & praestandi pro gerendis, & tractandis negotiis quorumcumque Principum, etiam quacumque Imperatoris, & Regum, aut Rerumpublicarum, Regnum, ac Provinciarum; nec ratione cuiuslibet iussionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocumque facti, vel faciendi,

faciendi, nec etiam ratione prosecutionis, seu defensio-
nis quarumcumque litium, seu controversiarum, etiam Ecclesiasticarum, vel ineundi feederis, aut cuiuscumque alterius negotii, etiam gravissimi, & speciali mentione digni tractandi, vel distantiae locorum, aut brevitas temporis, ob quam non videatur expectanda Sedis Apostolice licentia præfata, antequam à suis Ecclesiis, & diœcesis discedat, aut ratione cuiuscumque alterius causa, vel occasionis, etiam publica, vel alias favorabili, & sequè pia, etiam cuiuslibet utilitatis, sive necessitatibus Ecclesiæ, & personarum, præterquam personalis intercessione in Synodis provincialibus, vel Congregationibus, seu Assemblie generalibus, in quibus Ecclesiastici intervenire solent, vel ratione munieris, aut Reipublicæ officii, Episcopatibus, vel Ecclesiæ majoribus præfatis adjuncti, cuius ratione ad certum tempus occupari solent: & tunc pro tempore, quo illæ Synodus, Congregations, & Assemblæ, exercitiumque munieris, seu officii publici, ipsius Ecclesiæ adjuncti, & duarientur; quibus finitis, recto trahit ad Ecclesiæ præfatas sibi commissis se conferre debeat. Nec etiam à prædicta residentia, & pecuniarum præfatarum incurru volumus excusari S.R.E. Cardin. nunc, & pro tempore existentes, alicui præfatarum Ecclesiæ præfatos, seu præficiendos, etiam tanquam in ordine priores, aliquem ex dictis titulis Episcopalibus, proprie Urbe, vel in ejus districtu consistentibus obtineant, & in posterum obtinuerint, & in prædictis Episcopatibus titularibus Urbi proximis rederint, vel in Romana Curia in suis titulis respectivè, etiam Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris, scientibus, videntibus, & quomodolibet tolerantibus moram traxerint, ita ut nulla nostra, ac Romanorum Pontificum successorum Nostrorum conniventia, taciturnitate, & ad quarumcumque functionum, & actuum Pontificalium, etiam publicorum, & solemnium celebra-
tionis receptione & admissione unquam tueri se possint.

Excoates deputati circa transversores, cum facultate procedendi usque ad omnia ratione exclusi.
§. 11. Et pro præmissorum, & infra scriptorum inviolabili observatione committimus, & mandamus dilecto filio Camera Apostolice generali Auditori, nunc, & pro tempore existenti, quatenus contra omnes, & singulos predicos, tam in Urbe, quam alibi, & ubique locorum nunc, & pro tempore comorantes, & in suis Ecclesiis, seu diœcesis non residentes, per affixionem ad valvas Basilicæ S. Petri, ac in acie Campi Flora, & quoad præsentes in Romana Curia ad abundantiorē cautelam, etiam domi dimissa copia, procedat: Et constituto sibi quantum sufficere videbitur, summarie, simpliciter, & de plano, sola veritate inspecta, & manu Regia, de contraventione, & inobedientia præfatis, usque ad sententiam exclusive procedat; & deinde Nobis, & Romanos Pontifici pro tempore existenti referat, ut Nos, ac Romanus Pontifex pro tempore existens, in Consistorio ad sententiam declarationis incursum pecuniarum, ac respectivè priuationis, seu depositionis, aliarumque punitionum præfatorum inobedientiam valeamus, & ipse Pontifex Romanus pro tempore existens valeat procedere.

Tempus Rati: Episcopos Metropolitanos, Primate, & Patriarchas, etiam S. R. E. Cardinales, circa Montes, vel Mare existentes, per quatuor, alios verò ultra Montes, vel Mare degentes, per septem menses continuos à residentia in præfatis Ecclesiis facienda, ad c. f. Cum visitandi limina SS. Apostolorum Petri, & Pauli, iuxta factos Canones, ac Apostolicas Constitutiones, pro qualibet visitatione excusari: ita tamen, ut tunc illis durantibus, visitationis hujusmodi munus expiere teneantur, nec ad alios actus se divertant.

A: Cardinales. A: Cardinales in vicibus, qui in casu vacationis Sedis Apostolicae ad electionem Sedis nem Romanus Pontifex faciendam accederent solent ad locum Conclavis ad hoc designati, concedimus licentiam discedendi ab Ecclesiæ præfatis sibi commissis, habita tamen priùs certa notitia vacationis ipsius Sedis Apostolicae, & extra residentiam in loco, in quo electionem hujusmodi celebrari contingat, commorandi, & permanendi usque ad peractam electionem, ac etiam postea per duos menses postquam Romanus Pontifex coronationis suæ insignia suscepit: quo tempore clapsi, præfati

Cardinales, nisi illicet, ut præfetur, ad Ecclesiæ præfa-
tas, quibus præsidere eos contigerit, se contulerint, sub-
jaceant poenis supradictis.

§. 14. Præsentes quoque literas, omniaque & singula
in eis contenta, de subreptionis, obreptionis, ac cuiuscumque no-
tia, aut nullitatis, aut invaliditatis vitio, intentionisque no-
ste, ac quocumque alio defectu quantumlibet substan-
tiali, etiam ex eo, quod in præmissis quomodolibet in-
teresse habentes, vel prætententes, & præsertim iudicem Ec-
clesiæ prædictis nunc, & pro tempore præfeti, etiam ejusdem S. R. E. Cardinales præmissis non consenserint, nec
ad ea vocati, & audit, solemniterque, & quævis alia ser-
vanda, & adimplenda, nullatenus servata, & adimpleta,
& causa propter quas præsentes emanaverint, adductæ,
verificate, seu aliæ sufficienter, aut etiam in aliquo juti-
ficatae non fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu,
occasione, & causa, etiam in corpore juris clausis, & alia
quacumque, quantumvis rationabilis, justa, & privilegiata,
etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum ne-
cessarium exprimenda foret, à quoquaque notari, impugnari,
retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad ter-
minos Juris reduci non posse, nec sub quibuslibet simili-
lum, vel dissimilium Constitutionum, sive dispositio-
num, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine par-
ibus, etiam Consistorialiter, aut aliæ quomodolibet per
quocumque Romanos Pontifices predecessores, & suc-
cessores Nostros, ac etiam per Nos factarum, & facienda-
rum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut
aliis contractatis dispositionibus pro tempore quomodo-
libet factis comprehendendi, sed semper ab illis excepta, per-
petuoque valida, firmaque, & efficacia existere, & fore,
fusque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere
ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomo-
dolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 15. Sicutque, & non aliter in præmissis omnibus &
singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delega-
to, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, Nun-
tios, & prædictæ S. R. E. Cardinales, etiam de latere Le-
gatos, ac quoscumque alios quavis auctoritate, & potes-
tate fungentes, sublati eis, & corum cuiilibet quavis ali-
ter judicandi, declarandi, interpretandi & dissimilendi fa-
cultate, ubique judicari, interpretari, declarari, & defini-
ti debere: ita ut si unquam aliquid dubium, seu haesi-
tatio super præmissis, seu eorum aliquo oriri, vel suscita-
ri contingat, nullus præter Nos, ac Romanos Pontifices
successores Nostros, possit præsentes literas quovis mo-
de interpretari & declarare: ac irritum & inane, si secus
super his à quoquaque quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari decernimur.

§. 16. Non obstantib; præmissis, ac constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, etiam in Conciliis universaliibus, generalibus, provincialibus, & synodalibus editis, & edendis, ac Cancellariis Apostolice Regulis, etiam prima, & cuiuslibet secundæ editionis, & quatenus foret opus, de non tollendo Jure quæsito, statutis quoque, etiæ juratis, & consuetudinibus, etiam diuturnis, & immemo-
rabilibus Ecclesiæ præfatarum, & cuiuslibet earum, &
licentiis aliæ quæ ut præfetur, impetratis, ac privilegiis,
& indulsiis, etiam Apostolicis, eisdem Ecclesiæ, earumque
Prælibus quomodolibet, & ex quacumque causa hic
forsan de necessitate exprimenda concessis, etiam Motu,
scientia, & potestatis plenitudine paribus, etiam Consistorialiter, ac aliæ quomodolibet emanatis, ac quocumque
juramento, per eoldem Ecclesiæ hujusmodi præfatos, sub
quovis prætextu, vel causa præstico, & præstando:
quod suisse, & fore nullum, ac irritum, & minimè obstat,
neminique suffragari, quo minus ab integra observatione
præsentium in aliquo excusari possit, declaramus, & quatenus
opus sit, decernimus; necnon omnibus, & singulis
quæ Praedecessores nostri præfati in suis literis, & decre-
tis præfatis voluerunt non obstat. Quibus omnibus, &
singulis, eorum omnium, & singulorum tenores præsenti-
bus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis haben-
tes, ad effectu præsentium plenissime, specialiterque & ex-
prefati derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.
§. 17. Volumus etiam, quod ii, qui duabus, vel pluri-
bus Ecclesiæ præfatis, ex carum unione, vel aliæ ex con-
cessione,

URBANUS OCTAVUS.

203

*Urbana
Conf
tum
editio*

cessione, seu dispensatione Apostolica quocumque nomine, vel titulo prae& sunt, vel pro tempore erunt, à residentia, & poenitentiis hujusmodi excusentur, dummodo in eam altera, in qua de jure residere debent, verè & personaliter residant, exceptis tamen, ut praesertim, Ecclesiis in Episcopatibus. Ubi proximis, quibus Cardinales in ordine priores praesentes solent: residentia enim, si quis apud prefatas Ecclesiis titulorum Cardinalium fuerit, aliquam excusationem eisdem Cardinaibus, ut praesertim, non præstaret, quo minus ipsi in alia, vel aliis Ecclesiis praefatis, quibus eos etiam pro tempore praefici contigerit, residere omnino nesciantur.

§. 18. Quodque ut praesentes, & in eis contenta quecumque ad omnium notitiam amplius deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, cedem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Cursitoribus nostris, ut praesertim, in valvis Basilicæ S. Petri, in Aula Campi Flora, & aliis locis solitus, & consuetus, ut moris est, per me Aliud.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 12. Decembris 1634. Pontificatus nostri anno 12.

*Basilicæ
in Vrbe
a publico
affixæ
m. 1634.*

Die 18. Decembris 1634, affixa, & publicata fuerunt super prescripta literæ ad valvas Basilicæ S. Petri, & in Aula Campi Flora, & aliis locis solitus, & consuetus, ut moris est, per me Aliud. dream Scalmanum Sanctissimi D. Nostri Pape Cœlestris.

Pro Magistro Curorum Dominico Mang. Cœlestis.

CXL. Confirmatio præfinitionis habitus factæ inter Fratres Discalceatos S. Theresiae, & Fratres primi Instituti, vulgo de Monte Sancto nuncupatos.

*De Fratribus Carmelitis, vide indicata ad const. 8.
Honor. III. Ut vivendi, sup. tom. 1. Et de Carmelitis Discalceatis, vide ad const. 64. Greg. XIII.
Pia consideratione, sup. tom. 2. Et hic sup. ad const. 15. Romanus.*

*V R B A N V S P A P A VIII.
Ad futuram rei memoriam.*

Inter ceteras Apostolicæ sollicitudinibus curas, quibus jugiter premimur, ea Nos potissimum urget, ut personæ regulares in pacis amoenitate feliciter regantur, & gubernentur.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilecti filii Prioris generalis Fratrum Ordini, Beatae Marie de Monte Carmelo, Nobis expositum fuit, quod alias cum inter Fratres Discalceatos S. Theresiae, & Fratres primi Instituti, seu Seminarii de propaganda Fide, vulgo de Monte Sancto nuncupatos, aliqua dubia circa habitum suborta essent, ad removendam omnis controversiæ, & litis materiam, habita ratione eorum, quæ ab utraque parte coram dilecto filio nostro Martino Sanctæ Marie Novæ Diacono Cardinali Ginnetto nuncupato, dicti Ordinis apud Nos, & Apostolicam Sedem Protectore allegata fuerunt, de eorum consensu à se pro Fratribus primi Instituti decreatum fuit, ut ipsi Calceati semper incendant, tunicamque deferant ex lana, quæ in Provinciis minori, & viliori pretio emi poterit, coloris grisei, nigri, vel ad nigredinem tendentis, cum manicis stricctis, scapulari aliquantulum breviori tunica, & latitudinis sexdecim digitorum per transversum, necnon cum Capuccio, cuius anterior extremitas descendat ad octo digitos super pectus, & posterior usque ad cingulum, & decenter utrumque humerum copierat, ipsum vero Capuccii caput ad formam capitis rotundum erit, & stricctum, & illi iisdem mensuris correspondere debet Capuccium album. Habeant insuper capam albam lanceam ad collum crissipatam cum plisis, octo digitis tunica breviorem, & pallium, de quo sit mentio in Constitutionibus Ordinis, parte prima, c. 16. §. 2. sive in

Bullar. Mag. Tom. IV.

Conveniens extra talia erit forma, ut ejus distinctio à Cappa Discalceatorum sit nota, & evidens i utenturque galero nigro, si quando ejus necessitas illis occurrit. Ut autem prædictis Religiosis imposturum ea retractandi vel diffundi libera tollatur facultas, quin potius, ut in vinculo pacis Domino famuletur, Nobis propterea datus Prior Generalis humiliiter supplicari solet, ut in premissis opportune, ut infra, providero de benignitate Apostolica dignaremus.

§. 2. Nos igitur dictum Priorem generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & à quibus vis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & poenitentiis, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissima, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratum nostrum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium praepositorum consilio Decretum prædictum Apostolica auctoritate tenore presentium approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmatissima robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defectus, si qui de super quomodolibet intervenient, supplemus.

§. 3. Decernentes Decretum hujusmodi, necnon praesentes literas valida, firma, & efficacia existere, & forte, ac ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, siisque per quoque Justice ordinarios, & delegatos, etiam causarum palatii Apostolici Auditores, judicari & definiri debeant, ac irritum, & inane, si quid fecerit super his à quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis etiam juremento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmate roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore petmansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Aprilis 1635. Pontificatus nostri anno 12.

*Classicas
præferantur
varias ad substan-
tiam additæ.*

Declaratio, quod Constitutiones revocatoriae CXLI. vivæ vocis Oraculorum non comprehendant illos Officiales, quibus ratione munerum suorum antea de Summi Pontificis oraculo fides haberit solebat.

Concessiones vivæ vocis Oraculo factæ, exceptis Oraculis factis S. R. E. Cardinalibus, & eorum manus firmatis, revocatis Greg. XV. in const. 27. Romanus, sup. tom. 3. Eam postea extenuat ad omnes concessiones, etiam factas Cardinalibus, & eorum manus signatas, S. D. N. Urban. VIII. hic sup. in const. 9. Alias felicis rec.

*V R B A N V S P A P A VIII. Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam.*

§. 1. Alias felicis recordationis Gregorius Papa XV. Refert Conf. prædecessor noster, ut subnacentibus jugiter revocantem variis difficultatibus, & abusibus, ex privilegiis à Sede viva vocis a Greg. XV. ob viam ire, Constitutionem edidit tenoris subsequentis, in tom. 3. videlicet, Gregorius Papa XV. ad perpetuam rei memo- num. 27. Romanus Pontifex in specula Militantis Ecclesie, &c.

Omittitur hæc Conf. quia eam habes sup. Conf. 37. Greg. XV.

tom. 3.

S Et

Ipsam Gris. §. 3. Et subinde per Nos accepto, quod experientia constat hic Pontificis retum magistrorum compertum erat, concessiones, & gratias extendit ad vivas vocis oraculo, etiam à Sancta Romana Ecclesia facta S. R. E. Cardinalibus obtentas, & ipsorum manu firmatas, sepe Card. & eorum in quorum favorem emanarunt, minus canonica manu firma interpretatione extendi, & perperam in discipline Ecclesiastica detinimentum executioni demandari: idcirco Hanc Confessio habebit sive quantum cum Domino potuimus, his, & aliis malis occurre volentes, Motu proprio, certaque scientia, ac Aliis feliciter matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, de consilio nonnullorum Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, quibus negotium hujusmodi mature discutiendum commisimus, omnia, & singula privilegia, facultates, licentias & gratias qualcumque per Summos Pontifices predecessores nostros, ac per Nos vivas vocis oraculo, etiam S. R. E. predictorum Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, ceterisque Superioribus, & personis cuiusvis Ordinis, Congregationis, Institutum, & Societatis, sive secularibus, sive regularibus, vel etiam ipsis Ordinibus, Congregationibus, Institutis, & Societatis, etiam Societati Iesu, aut ejus Clericis, seu Presbyteris, aliiisque personis predictis, quacumque de causa, etiam de necessitate, exprimantur, occasione, praetextu, vel colore, etiam intuitu, & contemplatione, seu ad instantiam Imperatoris, Regum, & Principum quorumcumque, aut aliis quomodolibet concessa, illorum tenores presentibus pro expressis habentes, Apostolica auctoritate revocavimus, cancellavimus, sustulimus, abrogavimus, & annullavimus, ac de extero revocata, cassa, sublata, abrogata, & annullata, viribusque, & effectu vacua esse, & fore, nullique deinceps suffragari posse, nec debere declaravimus, prout in aliis nostris desuper in simili forma Brevis expeditis literis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus, plepidas continetur.

Nunc illam declarare non comprehendemus. §. 3. Cum autem pro tempore existentibus nonnullis, & Sedis Apostolicae Officialibus, seu Ministris, qui eorum officiorum, seu munierum ratione, de gratiis, concessionibus, & dispositionibus, quibuscumque per easdem auctoritas faciens, mandatisque, & iussionibus nostris ex faciem aut. a de Summis Pontificis, etiam fidei habebit fidibus.

Clausulas prefervimus, et apponimus. §. 4. Deterrentes presentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit accentari.

Clausulas colligimus. §. 5. Non obstantibus Gregorii predecessoris hujusmodi, Nostrisque literis prefatis, ac omnibus illis, quae in dictis literis concessa sunt non obstat, ceterisque contraria quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Anno Piscatoris, die 1. Aprilis 1635. Pont. Nostri anno duodecimo.

Regulares, qui ultra vota solita, etiam votum emittunt de non petenda, aut acceptanda extra Religionem dignitate, per quamcumque eorum translationem, seu habitus privationem, aut dimissionem, à voto huic justificandi nullatenus liberantur.

Diversis Regularium personarum Ordinibus ambitum prohibuerunt Pontifices, & hoc videre poseris in Repertoriis Verbis, ad singula eorum nomina.

His addo, quod super professionibus per Regulares emissis, non facto in locis designatis Novitiatus, Confessio edit hic Sanctiss. Pont. hic sup. num. 5. Religiosos. Qui subiectos declaravit ipsos Regulares, quantumvis exemplis, Constitutionibus Apostolice in concernentibus Fidem Catholicam, & sanctam Inquisitionis officium, ut hic sup. in conf. 8. *Cion sicne accepimus.* Et super missionibus ad Japoniam nonnulla statuit in conf. 16. *Ex debito, hic sup.*

V R B A N U S P A P A VIII. Editio 4.
Ad futuram rei memoriam.

CXL

§. 1. Cum, sicut accepimus, diversorum Ordinum, Congregationum, & Institutorum, ac etiam Societatis Iesu personæ Regulares, ultra alia vota, etiam votum, promissionem, sive juramentum solemniter, sive simpliciter emitant, aut præsent de non petenda, nec procuranda, minusve acceptanda aliqua dignitate, hecne aliqua superioritate extra eorum Religionem.

§. 2. Quoniam verò propter infirmitatem, seu aliam legitimam causam, Sedes Apostolica aliquibus personis Regularibus licentiam aliquando impartiatur, se de una ad aliam Religionem, etiam speciali nota, & expressione dignam, etiam laxoris observantie transferendi, necon aliquid etiam Religionum suprà expressarum, & cujuslibet carum Generales, aut alii Superiores vigore, ut afferunt, facultatum sibi per Sedem eandem concessarum, translationem de una ad aliam Religionem, aut strictiore, vel laxiore Regularibus suis, sive per viam expulsionis, sive alio quovis modo concedunt, vel aliis Regularibus suis hujusmodi, ut se transferant, occasionem præsent, vel etiam ipsi Regulares ex aliquibus causis licentiam mandi extra Claustra, etiam in habitu Clerici, vel Sacerdotis secularis, aliquando obtinere solent.

§. 3. Ideo, ne per præfatas, & qualcumque alias translationes, expulsiones, & dimissiones habitus Regularis eorumdem Regularium, quavis auctoritate, licentia, occasione, ratione, & causa, quantumlibet rationabili, favorabili, pia, & publica, etiam in corpore juris clausa, sive ratione majoris boni, ac aliis quomodolibet haec, & pro tempore factas, & facientes, possint Regulares hujusmodi quandcumque, ut præfertur, translati, expulsi, etiam post habitum Religionis dimissum, prætendere se à dicto voto, promissio, sive juramento de non petendo, nec obtainendo aliquam dignitatem, & de illam etiam Motu proprio collatam non acceptando, fuisse, vel esse liberatos, quantum cum Domino possumus, opportunè providere volentes, necnon voti, promissionis, seu juramenti, ac facultatum, licentiarum, expulsorum, & caularum, aliorumque etiam de necessitate exprimendorum veriores, & totos tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuo valitura Constitutione declaramus, & decernimus, quoscumque Regulares predictos cuiusvis Ordinis, Congregationis, & Institutum, etiam quomodolibet exempli, etiam Societatis Iesu, per quamcumque translationem haec, & in posterum quando

quandocumque de sua ad aliam Religionem, vel Ordinem, ut praesertur, seu alias quomodolibet, etiam plures, & per quamcumque expulsionem, habitusque Regularis dimissionem pro tempore factas, non esse, nec mansuris, ad predictum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque fato voto, promissione, seu juramento liberatos: sed eos hactenus, & pro tempore, ut praesertur, translatos, expulso, ac à delatione habitus Regularis absolutos, vel privatos, quarumcumque dignitatem huicmodi proinde incapaces, & ad illas petendas, acceptandas, & obtinendas inhabiles remanere in omnibus, & per omnia, perinde ac si translati, expulsi, seu à delatione habitus liberati, seu privati non fuissent.

§. 4. Praesentes verò literas, omniaque & singula in eis contenta, etiam ex eo quod quicunque in premissis, seu eorum aliquo intereste habentes, seu habere quomodolibet praetendentes, ad ea vocati, & audiuti, minusque causa propter quas eadem praesentes emanaverint, adductæ, verificata, seu alias sufficienter, aut etiam nullatenus justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis viti, seu intentionis nostre, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substanciali, sive etiam ex eo, quod in premissis, seu eorum aliquo solemnitates, & quavis alia servanda, & adimplenda, servata, & adimplita non fuerint, aut ex quovis alio capite à Jure, vel facto, aut Statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enorimissimæ, & totalis lesionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabilis, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis premissorum necessariæ exprimenda fore, notarii, impugnari, invalidari, retractari, in ius, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel adversus illas restitutio- nis in integrum, apertitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quocumque juris, facti, gratiæ, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se jure in judicio, vel extra posse, neque sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet factis, & faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sive quoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§. 5. Sicut, & non aliter in premissis omnibus & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolicæ Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac iritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon Cancelleriaz nostræ Regulis, & quatenus opus fuerit, etiam illa de Jure quæsto non tollendo, ac eiusvis Ordinis, Congregacionis, & Instituti huicmodi, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoris, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestate plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac alijs in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio ad hoc ser-

Bullar. Mag. Tom. IV.

vanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, ad predictum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Ut autem praesentes, & in eis contenta quæcumque, ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eius ignorantiam pretendere possit: Volumus pariter, & mandamus, quod eadem praesentes per aliquem, seu aliquos ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranensis, Basilice Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancelleriaz Apostolicæ valvas, ac in acie Campi Flora affigantur, & publicentur, & cum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicata, & affixa, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & attingent, ac li unicuique illorum personaliter intimata, & notificate fuissent.

§. 8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo Transumptis alicuius personæ in dignitate Ecclæsticæ constitutæ fidem dare, & manu alicuius Notarii publici subscriptis habet, eadem prorsus ubique fides adhibetur, quæ adhibetur præsentibus, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Dab. A. 12, anno Piscatoris, die 21. Maii 1635. Pontificatus nostri die 21. Maii, anno 12.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636, die verò 20. Publicatio in mensis Novembri, retroscripta litera Apostolica affixa, & per Urbe publicata fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, Basilice Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancelleriaz Apostolicæ, & in acie Campi Flora, per nos Antonium Birdum, & Iulianum Marzitelium Sanelli. D. N. Pape Cursore.

Hieronymus Vecchionius Mag. Curs.

Quod assertiones, & enuntiationes scriptorum, CXLIII.

& aliorum quorumcumque non faciant fidem, nisi servata forma in hac Constitutione præscripta.

V R B A N V S P. A P A V I I I . Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1635.

In supremo iustitiae solo, & Apostolice potestatis premissam plenitudine à Domino constituti, inter ceteras pastoralis officii nostri curas, in eadem boni patris familias exemplo libenter incumbimus, ut non modò unicuique quod suum est, æqua lance tribuatur, verum etiam Cameræ Apostolice, Ecclesiarumque omnium, & personarum eis in divinis intervientium iura larta teatque opportunitis rationibus præserventur, nec literatum ab hac sancta Sede emanaturum, ob sinistram & malitiosam querundam interpretationem, sive enuntiationem, efficiens eludentur.

§. 1. Cum itaque, sicut accepimus, ocularique inspe-
tione cognovimus, nonnulli scriptores, glossatores, ex-
positores, interpres, & Commentatores, tam historiæ
etiam antiquarum, repetitionum, tractatum, & alle-
gationum, seu consiliorum, glossarum, & annotationum,
collectarum, seu questionum, vel ut vocant, decisionum,
ac resolutionum, disceptationum, expositionum, declar-
ationum, controversiarum, & aliarum quovis nomine num-
erarum scripturarum, etiam typis impressarum, ac
compositionum, & librorum etiam impressarum, etiam
super interpretatione sacra Scriptura, sacrorum Cano-
num, & Conciliorum, ac Legum etiam Imperialium, &
Pragmaticarum, sive Decretorum, & Statutorum etiam
Regnum, & Provinciarum, quam quarumcumque alia-
rum materiarum, etiam pactiorum, etiam multiarum,
concordatorum, compactorum, capitulationum, articu-
lorum, seu conditionum, etiam pacis, seu federis, etiam
generalis, seu treguæ, ac quorumcumque contractuum,
conventionum, donationum, dationum, emphyre-
tationum.

S 2

ticationum, infundationum, investiturarum, etiam de Terris, Castris, Civitatibus, Regnis, seu Provinciis, ac facultatum, licentiarum, indultorum, privilegiorum, gratiarum, commissionum, delegationum, constitutionum, sanctorum, ac dispositionum quarumcumque, ac cuiuslibet generis, & speciei, etiam speciali nota, seu expressione dignaturum, quascumque artes liberales, & alias quascumque materias, tam profanas, quam Ecclesiasticas, spirituales tractantium, seu continentium, & que quomodolibet praeminentias, dignitates, jurisdictiones, superioritates, confinia ditionum, resque, & jura etiam Sedis Apostolicae, & quorumcumque Principum, cuiuscumque qualitatis, conditionis, status, dignitatis, etiam Ecclesiasticae, & cuiuslibet alterius prerogative, & praeminentiae, etiam speciali nota dignorum, ac etiam quorumcumque Rerum publicarum, Universitatum, Civitatum, Communatum, nationum, & quorumcumque aliorum aliis praesidentium, etiam Ecclesiarum, & Ecclesiasticorum, etiam cuiuslibet ordinis, & militiae Regularium concernunt, & alias quomodolibet interesse Sanctae Romanae Ecclesie & Sedis praedictae, ac Ecclesiarum, & Ecclesiastico-sum tangunt, ausi fuerint, & audeant asserere, & affirmare, seu enuntiare à Nobis, Romanisque Pontificibus praedecessoribus nostris emanasse diversas concessiones, gratias, indulta, privilegia, aliasque diversas dispositiones, cum tales, & talia non emanaverint, vel saltem aliter, quam ipsi, sive malitiosè, sive erroneè, suis commentis, sive compositionibus, tam calamo exaratis, quam typis impressis haec tenus etiam antiquitas dixerint, & publicaverint, dicantque, & publicent, etiam ratione monumentorum, ac aliorum quomodolibet in publico exppositorum; imd, quod peius est, etiam non erubuerint, nec erubescant in suis scriptis, ac tractatibus, etiam impressis, ponere assertos tenores prætentarum Literarum Apostolicarum, tam sub plumbo, quam sub annulo Piscatoris, ut dicunt, ab hac Sede expeditarum, & illos vel falsos, vel valde diminutos, ac truncos inserere, omissendo restrictiones, seu limitationes temporum, & alias substantiales, ac diversa, & plura alterata inferendo, ponendo, referendo, seu enuntiando, & ita fingendo concessiones, que factæ non fuerunt, vel concessionem esse perpetuam, & unius tenoris, cum fuerint ad certum, etiam modicum tempus, seu etiam alterius tenoris, ac aliter multis modis unum pro alio asserere, affirmare, vel enuntiare voluerint, & velint, suasque assertiones & scripta ediderint, & impresserint, edantque, & impriment, publicentque in præjudicium Ecclesiarum, & locorum piorum, Cameræque, & Sedi Apostolice.

Declarat, bupusmodi affirmatio- nes, vniuersitatis, &c. scriptas vel impressas nullam fidem facere in predictis, non extra, in predictum Sedis Apostolice, Ecclesiarum, seu a iurio lo- ratus, & per se- fessari, etiam in favorem alterius Ecclesiastis suis, &c. nisi prius constitutor de ipsorum mi- ginalibus re- cognitis, seu exordiis à Datione, se- cundario Bre- viarium, Praefati- orum, vel alii Sedi Apostoli officia- bus.

S. 2. Quapropter Nos his fraudibus, & malitiis, a etiam erroribus, & praedictiis, que etiam defectu im- primentium multoties occurunt, quantum nobis ex altera conceditur, obviare volentes, ipsarumque historiarum tractatum, repetitionum, allegationum, compositionum interpretationum, & assertionum, ac insertioum, & enuntiativarum quarumcumque, aliorumque praefatorum, cuiuscumque generis, & speciei sint, ac super qualibet re, & ex quacumque occasione, vel causa, & à quibus cumque personis facta fuerint, etiam speciali mentio ne, & expreßione, in modo etiam de verbo ad verbum inser tione, vel relatione indigerent, tenores etiam majores, & veriores, pro insertis, & expressis habentes, Motu pro prio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, hac nostra per petuad valitura Constitutione declaramus, & decernimus, omnes, & singulas praefatas assertions, narrativas, insertiones, relations, expositiones, declarations, & enuntiativas, ac quascumque expreßiones quarumcumque gratiarum, concessionum, indultorum, privilegio rum, ac dispositionum Apostolicarum, & quorumcumque aliorum, ut premititur, ac alijs quomodolibet à praefatis, & alijs quibuscumque scriptoribus, & auditori bus, etiam quoad alia receptis forsitan, & approbatis, etiam antiquis, antiquioribus, & antiquissimis factas, scriptis que exaratas, & typis impressas, nullam fidem, nec indi cium, aut probationis speciem, seu administricum fecisse, nec facere in iudicio, nec extra iudicium, in damnum, laisionem, seu prejudicium Sedis Apostolice, Ecclesiarum,

rum, & locorum piorum, eaque continentium, ejusque, & corum iurium quorūcumque, ac dignitatum, & jurisdictionum, etiam in favorem cuiuscumque alterius Ecclesiae, loci pii, & Ecclesiasticae personæ, nisi si, & postquam constiterit de originalibus literarum Apostolicarum, etiam in forma Brevis, Chirographorum, supplicationum, vel Moruum propriorum, seu in defectum originalium, nisi prius ipsis gratia, indulta, concessiones, privilegia, & quæcumque aliæ dispositiones, que ut pertinuerit, per Nos, ac Romanos Pontifices afferuntur factæ, fuerint recognitæ, seu extractæ à Datario, Secretario Breviarium, & Praefectis Archiviorum, ac Magistris Registrorum, aliiisque ejusdem Sedis Apostolicæ officialibus respectivè, & per eosdem officiales, cum earum originalibus auscultatae, collatae, & concordare inventæ, seu respectivè recognitæ, ita ut quibuscumque scriptorum, aliorumque præfatorum assertionibus, narrativis, insertionibus, relationibus, enuntiativis, & expressionibus gestorum, concessionum, & dispository, ut dicunt, per Nos, seu Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, nulla fides unquam adhibetur, nec adhiberi possit, nisi confito prius de narrato, relato, inserto, & enunciato authentico, videlicet per originale exhibendum, vel per sumptum, ut præfertur, extrahendum, & respectivè recognoscendum.

5.3. Et quod ea, in quibus agitur quomodolibet de aliquo interesse, vel præjudicio Cameræ, & Sedis Apostolicæ, nisi ultra præfata etiam concurrat, quod prædicta extractio, collatio, & auscultatio, ac respectivè recognitio facta fuerint citata, & auditio Cameræ Apostolicæ Commissario pro tempore existente; & nisi officiales hujusmodi in eorum, & earum extractione, & subscriptione attestentur de citatione, auscultatione, collatione, & concordia, ac respectivè recognitione prædictis. Et idem statuimus, & decernimus esse observandum respectu grantiarum, concessionum, indultorum, privilegiorum, ac quæcumque aliarum dispositionum, que in posterum à Nobis, seu à Romanis Pontificibus successoribus nostris canonice intrantibus, emanasse affererentur, ut illarum assertiones, insertiones, & enuntiativæ, aliaque præmissæ, & quodlibet eorum à quibuscumque scriptoribus, & auctoribus, ut præfertur, pro tempore facienda, & facienda, nullam fidem, indicium, vel probationem faciant in præjudicium Sedis Apostolicæ, & aliorum præfatorum in judicio, & extra judicium, nisi si, & postquam auscultatio, & respectivè citatio, aliaque præmissa omnia, & singula pariter intervenerint.

9.4. Præsentes quoque literas, omniaque & singula in
eis contenta, etiam ex eo quod quicunque in præmissis
interesse habentes, seu habere quomodolibet pretenden-
tes, ad ea vocati, & auditæ, & cause propter quas eædem
præsentes emanarint, adducatæ, verificatæ, seu alijs suffi-
cienter, aut etiam nullatenus justificatæ fuerint, nullo un-
& quanto tempore de subreptionis, nullitatibus, aut invaliditatis
vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu,
etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substanciali,
sive etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo se-
leminitates, & quevis alia servanda, & adimpta non fue-
rint, aut ex quovis alio capite à jure, vel factò, aut statuto,
vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam præextu
enormis, enormissime, & totalis lesionis, aut alia quacumque
causa, etiam in corpore juris clausa, etiam quantumvis rationabili, & privilegiata, etiam tali, que ad effectum
validitatis præmissorum necessariò exprimenda fore, no-
tari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel contro-
versiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adver-
sus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reduc-
tionis ad viam & terminos juris, aut aliud quodcumque
juris, facti, gratiæ, vel justitiae remedium impetrari, seu
quomodolibet concedi, aut imperato, vel concessio
quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, ne-
que sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum
revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs
contrariis dispositionibus pro tempore quomodolibet
faciendis comprehendit; sed semper ab illis exceptas,
perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros efficiens sortiri,

URBANUS OCTAVUS.

209

& obseruare, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabilitate observari.

§.5. Sicque, & non aliter præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, interpretari, judicari, & definiri debere, irritum quoque & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus foret, nostra de non tollendo jure quærito, ac quibusvis aliis nostris, & Cancellariae Apostolicae regulis, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis quibusvis personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, etiam Motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistoria liter, ac aliæ in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, corumque totis tenoribus specialis, specifica, & in dividua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus pro plenè & sufficiente expressis, & insertis habentes, illis aliæ in suo labore permanens, ad prædictum efficitum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.7. Ut autem præsentes, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam prætendere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eisdem præsentes per aliquem, seu aliquo ex Cursoribus nostris ad Ecclesiæ Lateranen, ac Basilice Principis Apostolorum de Urbe valvas, ac in acie Campi Flora affigantur, & publicentur, que sic publicata, & affixa omnes, & singulos, quos concernant, perinde afficiant, & arcent, ac si unicuique illorum personaliter intimata, & notificata fuissent.

§.8. Quodque illarum transumptis impressis, sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitus, & manu alicuius Notarii publici subscriptis eadem proflus ubique fides adhibetur, que præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Dat Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 1. Junii 1635. Pont. Nostri Anno 12.

Anno à Nativitate D.N.Iesu Christi 1636. die verò 20. mensis Novemb. retroscripta litera Apostoli affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ecclesiæ Lateranen, ac Basilice Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellariae Apostolicae, & in acie Campi Flora, per nos Antonium Bardum, & Iulium Marz, celum Sanctiss. D.N. Pape Cuf.

Hieronymus Vecchionius Mag. Curs.

XLIV. Quod in Provinciis Hispaniarum, & Indiarum Fratrum S. Francisci de Observantia Discalceatorum, amplius non sint, neque habentur tituli Lectorum Jubilatorum: neque exemptione Patris gaudeat, nisi qui Minister Provincialis fuerit.

De Fratribus S. Francisci notarii satis ad Conf. 49. S.D.N. Urbani VIII. Sacrolanetum, sup. tom. 4. & Conf. 23. Inter gravissimas, hic sup.

V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

R eligiosos viros, qui abjectis hujus seculi vanitatibus, humiliati, & paupertati sub afflictione vite Instillari. Mag. Tom. IV.

turo se per omnia tradiderunt, & abnegantes semetiplos, ut facerent voluntatem Domini, suam fregerunt, sicut peculiari bus hujus Sanctæ Sedis favoribus, & gratia di- gnos existimamus, ita ad circumspetam illius præviden- tiam pertinet, dignoscimus et sedulū statuere, atque or- dinare, quibus Religiosi ipsi in ea, quam singulari di- nane benedictionis præficio ingressi sunt, via de cetero ambulent, & vota sua reddant Domino in sanctitate, & justitia coram ipso.

§.1. Hinc est quod Nos dilectis filiis Fratribus Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceato- rum nuncupatis Hispaniarum, & Indiarum, quos in vic- tribus gerimus charitatis, omnem ambitionis, honorum & titulorum consequendorum viam præcludere vo- lentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deli- beratione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudi- ne, hac nostra perpetuo validitu constitutione statuimus, atque ordinamus, quod de cetero perpetuis futuris tem- poribus in illa eorundem Fratrum Provincia, tam Hispaniarum, quam Indiarum, tituli Lectoris Jubilati nullate- nus sint, neque habeantur.

§.2. Quodque nullus eorundem Fratrum Discalceato- rum, qui Minister Provincialis non fuerit, titulo, ac exemptione Patris gaudeat, etiam si fuerit, vel pro tem- pore sit Vicarius Provincialis.

§.3. Nos enim ex nunc quoscumque titulos Lectorum Jubilatorum, qui ad præsens in eisdem Provinciis repe- riuntur, Apostolica auctoritate tenore præsentium revo- canus, cassamus, & abrogamus, ac pro revocatis, cassis, & abrogatis haberi volumus: Mandantes propterea in vir- tute sanctæ Obedientiæ, ac sub arbitrio Nostri pennis, faciemus omnibus, & singulis dictarum Provincialium Fratribus, ad quos spectat, ne titulus Jubilatorum sibi aliæ quomo- dolibet concessis, seu per eos quavis occasione, vel causa obtentis, de cetero uti, seu se illis juvare audent, vel præsumant, ac in virtute sanctæ obedientiæ, & sub ex- communicationis, ac privationis officii pennis ipso facto incurridis, dilectis filiis eorundem Fratrum Ministeri, & Commissario generalibus respectivè præcipimus, & man- damus, ut statim receptis præsentibus literis, illis pareant, & obedient, deque illis Ministros Provinciales, Vicarios predictos, & Fratres in numerum Lectorum Jubilato- rum relatos certiores faciant, ac Ministri Provinciales Vicarii predicti, & Lectores Jubilati hujusmodi omnia, & singula in eisdem literis contenta sub eisdem pennis, ut præfertur, incurridis adimplant.

§.4. Decernentes, præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiori, & obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabilitate observari debere, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.5. Non obstantibus regula nostra de Jure quæsto non tollendo, ac aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Provincialium prædictarum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam transumptis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & si- gillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ mu- nitis eadem proflus fides adhibetur, que ipsis præsen- tibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dat. P. A. 13, die 3. Decembri 1635. Pont. Nostri Anno 13.

Exemptio Fratrum Reformatorum Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redem- ptionis Captivorum, Congregationis Hispaniarum, à Jurisdictione, obediencia, & supe-rioritate Ministri Generalis Fratrum Calceatorum Ordinis præfati.

Lege de hac Congregatione indicata à me supra in Conf. 3. Cùm sicut.

S. 3 VRBANVS

Edita Anno D. MDCCLXVIII Episcopatus Seruimus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium.

EX quo regimen Universalis Ecclesiae Nobis à Dominis, primas esse officia nostri partes semper reputavimus, si pro multiplicibus ministeriis, quae in Ecclesia Militanti ab illius fidelibus sedulè convenit exerceri, singulos operarios susceptis oneribus insistentes opportunis conforemus praefidis, & auxiliis. Proindeque cura Nobis semper fuit viros Religiosos, eosque pricipue, qui remoti à turbis, divinae vacantes contemplationi, in altum primi Instituti montem Juxta normam à Sede Apostolica peculiariter illis praescriptam: & non soldi privatæ, sed publicæ animarum salutis invigilantes, dura servitute apud Barbaros detentorum liberari, & spiritualibus periculis fructuosè infundant, & consulunt, pro Pastoralis officiis nostri sollicitudine firmissimis munire praesidiis. Quod ut pleniùs Nobis eveniat, illos pleni sui juris efficiamus, ac ab omnimoda subordinatione, & subjectione libenter emancipamus, atque etiam sub inviolabili Sedis Apostolicae protectione cuncta benevolentia recipimus, prout in Domino confidimus salubriter expedire.

§. 1. Cum pridem felicis recordationis Innocentius Papa Tertius praedecessor noster, Ordinem Fratrum Sanctissime Trinitatis Redemptoris Capivorum sub propria Regula, nutu divino Sanctis Patriarchis Joanni, & Felici illius Fundatoribus tradita, & ab eodem praedecessore confirmata instituisset.

§. 2. Postmodum verò, vel temporum injuryia, aut servore remisso, vel certè hominum tepiditate, antiqua inolevisset observantia, laxiori modo vivendi paulatim invalescens, piz memorie Clemens Papa Octavus praedecessor noster, Motu suo proprio in Regnis Hispaniarum unam Provinciam, seu Congregationem Fratrum Reformatorum, & Discalceatorum ejusdem Ordinis, in qua primitiva Regula cum antiquo, & pristine illo rigore in spiritu servore observaretur, & quæ per unum Ministerium Provinciale ex eisdem Discalceatis eligendum regeretur, exeretur, & instituerit, ipsamque Congregationem, ac Provinciam Discalceatorum hujusmodi ab aliis Provinciis praediti Ordinis Fratrum Calceatorum, seu modificate Regula perpetuè sejunxerit, & dismembraverit, ipsosque Fratres Reformatos, eorum Monasteria, tam erecta, quam imposterum erigenda, ab omni, & quamcumque jurisdictione, visitatione, & superioritate, tam Commissarii generalis, quam aliorum Ministeriorum Provincialium, & aliorum quorumcumque Superiorum Calceatorum, seu modificate Regula ejusdem Ordinis (excepto Ministro Gen. totius Ordinis praediti, sub eius obediencia, & superioritate Provincia ipsa, illiusque Domus, & Monasteria praesentia, & futura semper manenter) perpetuè exemerit, & liberaverit.

§. 3. Et postmodum recolenda memorie Paulus Papus Quintus, similiter praedecessor noster, considerans ipsam Congregationem Fratrum Discalceatorum, non mediocriter, benedicente Domino, in diversis dictorum Reginorum partibus jam tunc esse propagatam cum bona fama odore, necnon spiritualium operum incremento, eique plurima illius Monasteria, per unum Ministerium Provinciale commode regi, & gubernari non posse innotescens, etiam Motu suo proprio ex omnibus Monasteriis, & Regularibus Domibus dictam Congregationis duas Provincias separatas, quarum qualibet per unum Ministerium Provinciale, ex praeditis Fratribus Discalceatis eligendum gubernaretur, intinererit. Et deinde idem Paulus praedecessor facultatem concesserit eligendi ex ipsis Discalceatis unum Prelatum, Vicarium Generalem nuncupandum, cuius efficuum, & potestas per sex annos duraret: quique Congregationis praeditæ, illiusque Provinciarum, & Ministeriorum, tam Provincialium, quam Conventualium Superior existeter, atque plenam potestatem gubernandi dictam Congregationem, dicto durante tempore haberet, Ministerioque Generali totius Ordinis subiecta, & confirmationem sua ele-

§. 4. Subinde, cum ratione contentaneum non esset, ut qui arctoris Regula sequantur observantiam, Superioribus, qui in laxiori degunt, subiacant, sed Superioribus habeant proprii sui Instituti: Nos propterea Motu nostro proprio, & ex certa scientia nostra, deque Apostolice potestatis plenitudine, Congregationi Fratrum Discalceatorum hujusmodi concessum facultatem eligendæ ex ipsis Discalceatis, statuentes inter alia, quod electio hujusmodi Majoris, ac Generalis Ministri, de sexennio in sexennium, in Capitulo generali per secreta suffragia juxta Concilium Tridentinum fieret.

§. 5. Cumque post concessionem nostram hujusmodi Minister Generalis ex ipsis Reformatis noviter electus confirmationem sue canonice electionis, tanquam Praelatus dicti Ordinis à Sede Apostolica immediate dependens, à Nobis obtinuisse: Postrem etiam Nos eidem Congregationi, ut Capitulum Generale Discalceatorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi pro illius Minister Generalis electione facienda legitime congregatum, de cætero perpetuis futuris temporibus electionem Minister Generalis in dicto Capitulo Generali factam confirmare liberè, & licet posset, & valerer, ita quod Minister Generalis Discalceatorum hujusmodi noviter electus, & à Capitulo Generali confirmatus, nulla alia confirmatione unquam indigeret, Apostolica auctoritate concessimus, prout in diversis literis Apostolicis desuper expeditis pleniū continetur.

§. 6. Cùm autem, sicut accepimus, quamvis praedita Discalceatorum Congregatio vigore literarum nostrarum hujusmodi facultatem habeat eligendi suum Generalem Ministerium totius Congregationis praeditæ: Et jam celsante nomine Vicarii Generalis, sat is appareat, cessasse illam subordinatæ nem Vicarii Generalis Ministerio Generali totius Ordinis, cuius vices gerebat, & ad quem illius confirmatione pertinebat, nec par in parem habeat imperium: Nihilominus pro majori quiete, & spirituali progressu ejusdem Congregationis Reformatorum hujusmodi, Nos dilectum filium Fratrem Joannem de Annuntiatione, Procuratorem Generalem dictæ Congregationis amplioris gratia favore prosequentes, ipsumque Joannem, necnon singulares personas Congregationis, praeditæ à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliquisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latere, si quibus quomodolibet innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, necnon singularium literarum praefatarum tenores, etiam veriores, ac Datas praesentibus pro expressis habentes: Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, non ad alicuius Nobis desuper factæ petitionis instantiam, sed de mera nostra liberalitate, ex votu tamen Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis Regularium Praepositorum: quod de cætero praedita Congregatio, aut illius Religiosi, vel Minister Generalis, alii Pralati, Superiori, Officiales, & personæ, perpetuis futuris temporibus Ministerio Generali Fratrum Calceatorum totius Ordinis praediti, nunc, & pro tempore existenti, in spiritualibus, vel temporalibus minime subjeant, aut subjecti, & suppositi esse minimè debeant. Apostolica auctoritate tenore praesentium perpetuè concedimus, & indulgemus. Ipsosque Fratres Discalceatos, illiusque Ministerium Generale, ipsosque personas, Conventus, Domos, Collegia, Provincias, tam praesentia, quam futura, res, & bona, ab omnibus, & quacumque jurisdictione, superioritate, subordinatione, obedientia, correctione, visitatione, gubernio, aut alia quavis jurisdictione, tam Minister Generalis Fratrum Calceatorum hujusmodi, quam aliorum Prelatorum, & Superiorum quacumque auctoritate fungentium, & functionariorum, & quantumvis amplissimis privilegiis, & facultatibus utentium, & usurporum, etiam quandoque Reformandorum, auctoritate, & tenore praeditis, etiam perpetuè eximimus, liberamus, & dismembramus. Illosque sic exemptos, liberatos & dismembratos,

*Missa
Pontificis
lendam
non can
dubitata
eximere
Congrega
juris et
obligatio
superiori
Ministris
meritis
trum Cal
torum.*

uti

URBANUS OCTAVUS.

ut Sedi Apostolicae immediatè subjectos, sub nostra, & Bestorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se novare
Sedis Apostolicae tutela, & protectione recipimus, & ad- incursum.

Datum Rome apud S. Petrum, anno Incarnationis Domini 1636, pridie Kal. Martii, Pont. nostri anno 14. D. A. 1636. d. 8. M. P.

§. 7. Omniaque & singula privilegia eidem Congregationi Reformatorum, circa exemptionem hujusmodi, aut aliis per Sedem Apostolicam concessâ, eadem auctoritate, etiam perpetuâ approbamus, & confirmamus, eis que perpetua, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus. Omnesque, & singulos, tam juris, quam facti defecetus, quantumvis substantiales, si qui desuper quomodolibet futurerentur in eisdem, supplemus.

§. 8. Decernentes presentes, etiam ex eo, quod inter esse habentes ad hoc vocati non fuerint, aut premissis non consenserint, sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices pro tempore existentes, aut Sedem Apostolicam, sub quibus cunque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibus vis clausulis, & decretis pro tempore factas, nullatenus comprehendî, sed semper, & perpetuâ validas, & efficaces fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere. Et quoties illæ emanabunt, toties in plenum, & validissimum statum restitutas, repositas, & plenariâ reintegratas, ac de novo, etiam sub quacumque posteriori Data per Superiores Congregationis Reformatorum hujusmodi quandocumque eligenda, concessas esse, & fore.

§. 9. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, vel delegatos, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; irritumque, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit atten-

§. 10. Non obstantibus premissis, ac prefatis literis Clementis, & Pauli predecessorum nostrorum hujusmodi, necnon in Universalibus, Provincialibusque, & Syndicalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia rotaboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, etiam Ministro Generali Fratruin non Reformatorum hujusmodi, illiusque Provincialibus Ministris, aliquisque Officialibus, & Superioribus, ac personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriârûm derogatoriorum, aliquisque efficiatoribus, efficiacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, etiam Motu simili, ac de Apostolica potestatis plenitudine, ac alia in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hec servanda fore, eorum tenores pro plenè, & integrè expressi habentes, Motu pati, de eadem potestatis plenitudine harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 11. Volumus autem, quod presentium transumptis, vel earum copiis impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo Generali, vel Procuratoris generalis hujusmodi, vel alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra illud adhibetur, quæ eisdem presentibus adhibetur, si forent publicatae, vel ostendit.

§. 12. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, indulti, exemptionis, liberationis dismembrationis, receptionis, administrationis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac

Declaratio quoad facultates transferendi pensiones, aut illarum loco fructus, ac translatione, novasque reservationes pensionum, aut fructuum antea translatorum.

Quoad pensiones obtainendas, seu transferendas, ut de indicata ad const. 73. Pii V. Sacrosanctum, sup. tom. 2.

V R B A N V S P A P A V I I I . Editio An. D. 1636. Ad perpetuam rei memoriam.

Nter gravissimas, multiplicesque Apostolicæ servitatis curas, quibus jugiter premimur, illa etiam est, ne Ecclesia & beneficia Ecclesiastica indebet contra, aut praeter mentem Romani Pontificis prægraventur.

§. 1. An igit ex translatione pensionum onus illarum prorogetur, seu extendatur de persona ad personam, & sepe de infirmo ad sanum, & de senectute ad juvenem, in non modicum præjudicium Ecclesiarum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, ac illa pro tempore obtainentium, & propterea difficultius concedatur facultas transferendi ille pensiones, quæ alias translatae fuerint.

§. 2. Idcirco Ecclesiarum, ac beneficiorum, & illa obtainentium prædictorum detimentis, & incommodis, de qua in quantum nobis ex alto conceditur, obviate volentes, Mo-

ta proprio, non ad alicuius Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura dilectione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuâ validura Constitutione declaramus, omnes, & singulas per Romanos Pontifices predecessores, & successores nostros, ac etiam per Nos ex quacumque causa, etiam onerosa, etiam ratione quorundamque officiorum, etiam Motu, & scientia, potestatisque plenitudine similibus, ac consistorialiter, etiam iteratis vicibus, & cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriârûm derogatoriis, & aliis decretis concessis, & concedendis facultates transferendi quoscumque pensiones, seu fructus Ecclesiasticos eorum loco, pro tempore reservatas, & reservatos, aut mediante eundem Pensionum antiquarum cassatione, de novo illas reservandi, necnon pensiones, & fructuum hujusmodi translationes, seu novas reservations super quibuscumque Ecclesiis, etiam Cathedralibus, & majoribus, ac Monasteriis, etiam Consistorialibus, ceterisque beneficiis, tam secularibus, quam quoniam Ordinum regularibus, & hospitalibus quomodo libet qualificatis, etiam eujuscumque Jurispatronatus, etiam Laicorum, etiam quorundamque Regum, & Principum, illorumque fructibus, etiam incertis, & distributionibus, etiam quotidianis, nunc, & pro tempore factis, & concessis quibuscumque personis, eujuscumque gradu, dignitatis, & conditionis fuerint, etiam Cardinalatus honoris præfulgent, etiam si per facultatibus, translationibus, seu novis reservationibus hujusmodi lis, seu lites in quocumque gradu, instantia, vel Tribunalis pendent indecisæ, non potuisse, nec posse cuiquam suffragari, quod pensiones seu fructus alias translator, nisi in eis consensus pensiones, aut fructus hujusmodi solvere debentum accesserit, aut quod alias pensiones, seu fructus hujusmodi translatae, seu de novo reservatae fuerint, expressum sit, seu exprimitur, vel clausula, etiam si pensiones, seu fructus hujusmodi forsitan alias translator, seu translatae, vel de novo reservatae, vel reservatae fuerint, apposita sit, vel apponatur.

§. 3. Non intendimus autem presenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & novas reservationes hujusmodi, pro quarum validitate haecenus sententia, quæ in rem iudicata transivit, vel pro quarum executione mandatum relaxatum, & executa-

URBANUS OCTAVUS.

Clausula for-
mula: cum
debetur urri-
tum.

Contrarium
derogatio.

Dat. P. A. 13.
die 8. Martii.

Publicatione.

CXLVII. Extensio Conſt. Greg. XIII. ne Subcollectorum, & Commissariorum criminis possent cognosci nisi à Nuntiis, & Collectoribus Apostolicis in Regno Neapolitano, ac excessus, & criminis patrata in aliis Regnis, & Provinciis, etiam expletis eorum officiis.

Greg. XIII. edidit ſanctionem ſolum pro Regno Neapolitano, quam habes inter ipſius conſt. 25. Cupientes, tom. 2.

Edit. Anno D. V R B A N V S P A P A VII. 1636. Ad perperuam rei memoriam.

Greg. XIII. Alijs rec. mem. Gregorius Papa XIII. predecessor eius. sap. A noſter indemnitati Ministrorum Cameræ Apoſtolice, ne ullis moleſtiis, litibus, vel incommodis fatigantur, opportunè providere cupiens, quod omnes, & linguis cauſe tunc motz, & pro tempore movenda quo rumvis praetendorum excessum, criminum, & delictorum, per quoscumque Subcollectores, & Commissarios, tam generales, quam particulares, in quibuslibet Provinciis, Civitatibus, & Diocesibus Regni Neapolitanri per tunc, & pro tempore existente Nuntium Apoſtolicum, & Collectorum generalē deputatos commiſſorum, à tunc, & pro tempore existente Nuntio Apoſtolico in eodem Regno commorante ſolum, non autem à quibusvis aliis judicibus, etiam locorum Ordinariis, non modò durante eorum officio, ſed etiam post ipsum dimiſum, donec viventer, audi, cognosci & decidi poſſent, & deberent, statuit, & ordinavit, praedictis que Judicibus, & locorum Ordinariis, ne in illis ſeſe quovis praetextu, ſeu quæſito colore intromittere quo modo ullatenus auferent, vel præfumerent, diſtriictū inhibuit, prout in hiis literis in ſimili forma Brevis, ſub datum die quarti Januarii 1573. Pontificatus ſui anno tertio expeditis plenibus continetur.

Pofea fuit
dubitatio, vo
privilegium
prædictis der
rare: etiam
exterioris oris
efficiens.

Pont. volens,
hinc dubito-

§. 1. Cumque poſtea, ut accepimus, fuerit à nonnullis pluriſis dubitatum, an praedictæ literæ Gregorii prædecessoris prædicti de praetensis excessibus, criminibus, & delictis, durante officio dumtaxat, an verò etiam de aliis post finitum eorum officium, ut premititur, donec viventer, commiſſis intelligi deberent, & desuper diversas resolutiones etiam ad invicem contrarias emanasse afficerentur.

§. 2. Nos volentes finem huic dubitationi imponere,

§. 4. Sieque, & non aliter per quoscumque Judices, & delegatos, ac etiam Camera Apostolicae Clericos Presidentes, neconon cauſarum Palatii Apoſtolici, & Curia ejusdem Camerae generales Auditores, ac S.R.E. Camerariam & alijs Gardinales, etiam de latere Legatos judicari, & definiti, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & autoritate, ac irritum, & inane quicquid fecerit ſuper his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam de-

& attendentes, quod iudicem Subcollectores, & Commissarios in concorrentibus ſervitum Camerae, & Sedis Apoſtolicae, timidiore, ac negligentiores ſerent, ſi ſub praedictorum Jadicum, & Ordinariorum jurisdictione post finitum eorum officium ſe reliquum iri timerent, & propter ea juſto metu retraherentur a gerendo, ut debent, eorum officio, dubitantes ne illo finito, praedicti Judices, & locorum Ordinarii in illos, etiam ex cauſis mendicatis ſeruent, quod in non modicum praejudicium Camerae, & Sedis Apoſtolicae redudaret.

§. 5. Idecēd Motu proprio, & ex certa scientia noſtra, de que Apoſtolicae potestatis plenitude, hac noſtra Conſtitutione perpetuā valitura cogitationem, & decisionem cauſarum praetendorum excessum, criminum, & delictorum per praedictos Subcollectores, & Commissarios & Nuntios, & Collectoribus Apoſtolicis, tam in Regno Neapolitano, quam in aliis Provinciis, Regnis, & locis, etiam ſpeciali nota dignis, & ubique terratum, & locorum per Nuntios, ſive Collectoribus Apoſtolicis haec tenus deputatos, & pro tempore deputandos quomodocumque, etiam post finitum officium commiſſorum, ut praetenditur, & patratorum ſpectaſſe, & ſpectare ad Nuntios, & Collectoribus Apoſtolicis pro tempore existentes, privatè quoad quoscumque alios Judices, etiam locorum Ordinarii praedictos, declaramus, & quatenus opus forer, decernimus, ſtatuiſusque & ordinamus.

§. 4. Ne autem inde major libertas delinquendi, & excessus committendi eiſdem Subcollectoriis, & Commissariis naſceatur, & ne eorum delicta, ſi que patrata erint, vel patrarentur in posterum, impunita remaneant: Volumus, quod Collectoribus Camerae Apoſtolice nunc, & pro tempore existentes, inter Statuta per eorum Subcollectores, & Commissarios obſervanda, tanquam ab ipsis Collectoribus jam edita, etiam impresa, addant communicationem de eisdem Subcollectoreis, & Commissariis privando hujusmodi privilegio, & illis ordinariis jurisdictioni ſubmittendo, quatenus post dimiſum officium ab excessibus, & delictis committendis non ſe abſtineant, quodque praedicta ſtatura in Cancellariis Episcoporum, & aliorum Ordinariorum retineantur, & ſtent affixa.

§. 5. Docerentes, praefentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod quicunque in praemissis interſeſe habentes, ſeu habere praetendentes, vocati, & audit non fuerint, aut praemissis non conſeruent, ſeu cuius propter quas praefentes emanarint, adductæ, verificate, ſeu alijs justificatæ non fuerint, aut alia quavis de cauſa de ſubreptionis, vel obreptionis, ſeu nullitatis vitio, aut intentionis noſtræ, vel alio quopiam defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controverſam revocati, ad terminos juris reduci, ſeu adverſus illas reſtitucionem in integrum, aperitionem oris, aut quodcumque aliud juris, vel facti, gratiæ, vel iuris tenui medium impetrari, ſeu eo impetrato quemquam uti, ſeu ſe juvare in judicio, vel extra nullatenus poſſe, ſed eis ſemper validas, firmas, & efficaces exilere, & fore.

§. 6. Sieque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ſublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi & interpretandi facultate, & autoritate, judicari & definiti debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quavis autoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obſtantibus, quatenus opus ſit, noſtra de jure contrarium derogatio.

Apoſtolice regnulis, neconon constitutionibus, & ordinacionibus Apoſtolicis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clauſulis, in genere, vel in ſpecie, etiam Motu proprio, & coniſtorialiter, ac alia quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum ſufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus ſpecialis, specifica, expreſſa, & individua,

URBANUS OCTAVUS.

273

Individualis, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanuntur, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 2. Julii 1636. Pont. Nostri anno 13.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die verò 13. mensis Septembri, tempore Pont. S. D. N. Urbani divina prædictione Papa Odoqui anno ejus 13. supradicta Bulla publicata fuit per Vrbem in locis solitum, & consuetum, per me Silverium Ponterulum S. D. N. Papa Carf.

Io. Baptista Riccius Mag. Carf.

XLVIII. De electione, ac confirmatione Ministri Generalis Fratrum Reformatorum Discalceatorum Congregationis Hispaniarum, Ordinis Sanctiss. Trinitatis Redemptoris Captivorum.

Circa vacationem non expleto sexenio Ministri Generalis horum Fratrum Constitutionem edidit hic S. D. N. Urbanus VIII. quam habes hic sup. num. 19 Injuncti. Alia verò istudicavi ad ejusdem const. 3. Cùm sicut.

*V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Pont. §. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes de Annuntiatione Fratrum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptoris Captivorum, Discalceatorum nuncupatorum, Congregationis Hispaniarum Procurator Generalis, quod alias postquam Nos per nostras sub plumbo de anno 1631 expeditas literas, incipientes, Salutibus Apostoli monitis, Fratribus Discalceatis hujusmodi facultatem eligendi ex ipsis Fratribus Discalceatis in suo Generali Capitulo unum Ministrum Generatum dicere, qui à lem, juxta formam in dictis litteris præscriptam, à Superioritate Ministri Generalis Fratrum ejusdem Ordinis Calceatorum penitus, & omnino exemptum concessimus, ipse Minister Generalis Congregationis hujusmodi in dicto Capitulo noviter electus confirmationem suæ capi, quia nonica electionis à nobis, tanquam Praelati à Summo Pontifice immediatè dependentis obtinuit. Sed ne impossetur in dicta Congregatio in illius regime interim, dum litteræ confirmationis sui Ministri Generalis à Sede Apostolica impetrantur, detrimentum aliquod patiatur, Nobis propterea dictus Joannes Procurator Generalis hujusmodi humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opere provide, ac ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur prospero, felicique dictæ Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere, dictumque Joannem Procuratorem hujusmodi specialibus favoribus, & gratiis prosequi voluntates, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, interdicti, aliiisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentia, si quibus quomodolibet innovatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutum fore cententes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romane Ecclesie Cardinalium, negotiis Regulam præpositorum consilio, quod de cætero perpetuis futuris temporibus Capitulum Generale Fratrum Discalceatorum Ordinis, & Congregationis hujusmodi, pro illius Ministri Generalis electione facienda legitime congregatum, electionem Ministri Generalis hujusmodi in dicto Capitulo Generali factam, juxta formam in dictis litteris præscriptam confirmare liberè & licet possit, & valeat, ita quod Minister Generalis hujusmodi noviter electus, & à Capitulo Generali confirmatus, nulla alia con-

firmatione unquam indigeat, sed statim possit exercere officium Ministri Generalis totius Congregationis Fratrum Discalceatorum hujusmodi, cum ipsiusmet auctoritate, facultatibus, & præminentia aliis Superioribus Generalibus aliorum Ordinum ex privilegio Apostolico, vel alias quomodolibet competentibus, & concessis, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 3. Decernentes præsentes literas validas, firmas, & effacieas existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obrinere, ac ab omnibus & singulis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabilitate & inconcusse observari debere, ac irritum, & inane, si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ordinis, & Congregationis hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Apost. in contrarium præmissorum quomodolibet concilis, confirmationis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum omnium tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressi habentes, illis aliis in suo robore permanuntur, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 3. Decembris 1638. Pont. Nostri anno 14.

CXLI.
Contra eos qui mentito nomine, vel cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas nuptias transirent.

Anathematis pñnam dicentibus, quod Christianis plures habere uxores liceat, imp̄ just Concil. Trid. de sacro. matrim. sc̄. 24. can. 2. Idemque prohibitum afferit Innoc. III. cap. gaudemus, §. nec ulli, de divorciis.

V R B A N V S P A P A VIII. Ad perpetuam rei memoriam.

M agnum in Christo, & in Ecclesia Matrimonii Sacramentum, ut virtus est legitima inter Virum & Fœminam indissolubilis societas, in qua ex pari consenti semetipsum alter alteri debet; ita gravibus, debitis que pñnis corripiendi sunt ii, qui mandatorum Domini immemores, & posthabita propriae salutis ratione, sacræ sanctas hujusmodi Sacramenti leges violare non ventur.

§. 1. Cum itaque, sicut non sine magna animi nostri molestia accepimus, in iniurias filii repellantur, qui sub nomine, mentito nomine, seu cognomine, adhuc prima uxore vivente, ad secundas Nuptias transire audent.

§. 2. Nos nefariam improborum hominum hujusmodi teneritatem, juxta creditum Nobis desuper Apostoli servitutis officium, quantum cum Domino possimus, Ad quo se reprimere volentes, habita prius super hoc cum Venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana contra hereticam pravitatem generalibus Inquisitoribus ab hac Sancta Sede deputatis, ad Trierem, deliberatione matura, hac nostra perpetuè validura Constitutione decernimus, ut hujusmodi sic delinquentes, ultra pñnas, quibus ipsi ordinari puniri solet, damnatur ad Trierem in perpetuum: quod si inhabiles reperti graviores pñnas meruerint, etiam Curia seculari arbitrio corundem præfata Congregationis Cardinalium puniendi tradantur.

§. 3. Decernentes præsentes literas, omniaque, & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicunque in prædictis literis præscriptam confirmare libet & licet possit, seu habet quomodolibet prætententes, ad eā vocati, & audiiti, minusque causæ propter quas eadem præsentes eminariunt,

emanarint, adducet, verificate, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificare fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitiis, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu meari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos iuris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, gratia, vel iustitiae remedium impetrari, seu quomodo libet concedi, aut impetrato vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra posse, neque sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contraria dispositionibus pro tempore quomodolibet factis & facilius comprehendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & forte, suoque plenarios & integros effectus fortiori, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectabat in futurum, inviolabilitate observari.

No. 14. De rebus iuris

§. 4. Sicquies, & non alter in premissis omnibus, & singulis per quo cumque Judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, sublata eis, & coram cuilibet quavis alteri judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari. In contrarium facientibus non obstantibus qui-

Mandat hanc

conf. publica
etiam in Vtbe.
& publicare
omnes leges.

§. 5. Ut autem presentes, & in eis contenta quacumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliquis de eis ignorantiam pretendere possit, volumus pariter, & mandamus, quod eadem presentes per aliquem, seu aliquo ex Curzoribus nostris ad Ecclesias Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellaria Apostolicæ valvas, ac in aie Campi Flora affigantur, & publicentur, ac eum inde amovebuntur, earum exempla in eisdem locis affixa dimittantur, quæ sic publicata, & affixa omnes, & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, & arcent, ac si unicuique illorum personaliter intentiat, & notificata fuissent.

*A. eti trans-
f. eten. fiam
dari.*

§. 6. Quodque illarum transumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides adhibetur, quæ presentibus ipsiis adhiberetur, si forent exhibitz, vel ostensæ.

*Dat. P. A. 14. Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Pif.
di 20. Iunii 1637. Pont. Nostri anno 14.*

*Publicatio
in Vtbe.*

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo sexagesimo trigessimo septimo, die vero 20. mensis Junii, sub praedita Constitutione affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilice Lateranensis, Principis Apostolorum de Urbe, necnon Cancellaria Apostoli e., & in aie Campi Flora, ac alis locis solitis, & conuenientibus, ut nos est, per me Antonium Barandum Apost. Curs.

Iulius Marxitellius Mag. Curs.

C.L. Confirmatio Decreti Consistorialis super vacatione Officiorum Romanæ Curie, & Locorum montium vacabilium, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium.

Decreta Sixti V. super vacatione locorum montium, & Romanæ Curie officiorum per assumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel superiores Ecclesias, revocavit Innocentius Papa IX. quam re-vocationem hic Pontifex approbat, & confirmat. Idcirco hujusmodi Decreta non sunt inserta in hoc Bullario.

V R B A N U S P A P A VIII. Editio An. 1637.

Ad perpetuam rei memoriam.

*D*ecet Romanum Pontificem in his vigilante, & exordium auctoritatis sue partes libenter interponere, ut constitutiones & decreta ab eo, præteritum in Consistorio suo secreto edita, semotis quibuslibet dubiis, suum plenarium sortiantur effectum.

§. 1. Cum itaque alias fel. rec. Innocentius Papa Non. Dicitur
prædecessor noster decteta pia mem. Sixti Papæ V. P. super vo-
etiam prædecessoris nostri, super vacatione Locorum caratio Rom. monitum, & Romanæ Curie officiorum per assumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel superiores Ec-
clesias facta revocaverit: Nosque insuper in Consisto-
rio nostro secreto sub die 13. Novembri anni proxime
præteritam eandem revocationem confirmaverimus, de-
claraverimus, & ampliaverimus, prout plenius conti-
netur in decreto nostro desuper emanato tenoris subse-
quentis, videlicet: In provisionibus Ecclesiarum Cathe-
dralium, Metropolitanarum, Patriarchalium, necnon in Monasteriorum Commandis consuevimus dispensare
cum præficendis prædictis Ecclesias, ac eis, quibus Mo-
nasteria commandantur, ut possint compatibilia retine-
re, sed quoniam contingit dubitari à quibusdam, an officia
Romanæ Curie, & Loca montium sub nomine com-
patibilium comprehendantur: Nos ut ambigendi ansam
tollemus, decretum, & ampliavimus desuper providere per nostram spe-
cificam, & peculiarem declarationem. Hæc præfati, hu-
jusmodi decretum protulimus.

§. 2. Cum alias fel. record. Sixtus Papa Quintus præde- Innocent.
cessor noster in uno sub die 23. Septembri omnia & fin- IX. revoca-
gula Loca montium, ac Romanæ Curie officia per af- deceta se-
sumptionem illa obtinentium ad Cathedrales, vel supe- V. quoniam
riorum Ecclesias vacare, & alio sub die 21. Octobris 1585. Ponifice
celebrato Consistorio illud intelligi debere de officiis, & brabat.
Locis montium vacabilibus per obitum respectivè decre-
verit, & declaraverit. Nos pia mem. Innocentii PP. Noni
etiam prædecessoris nostri, qui decretum hujusmodi re-
vocavit, vestigiis inhærentes, ac revocationem hujusmodi
confirmantes, declarantes & ampliantes, Loca montium
vacabiliæ, & officia hujusmodi per promotionem ad Ec-
clesias Cathedrales, etiam Metropolitanam, aut Patriarcha-
les, necnon Commandas Monasteriorum nullatenus, sed
per solam promotionem ad Cardinalatum facien, etiam si
alias officia per Cardinales obtineri, vel retineri possent,
de cetero vacare decernimus, & declaramus. Non obstan-
tibus erectione officiorum Locorum montium hujusmo-
di, Indultis Apostolicis, & aliis quibuscumque, illorum
tenores, &c. laissimè extenden. &c. Ita ut in expeditione
literarum Apostolicarum super promotionem ad Ecclesias
prædictas, necnon Commandas Monasteriorum ex officio pos-
sit dari retentio officiorum, & Locorum montium prædi-
ctorum, perinde ac si specialiter in singulis provisoriis,
& Commandis hujusmodi à Nobis faciendis eadem re-
tentio concessa esset, & ut magis, ac facilius innotescat,
volumus, & mandamus, ut nostra decreti hujusmodi con-
firmatio, declaratio, & ampliatio in Cancelleria nostra
Apostolica publicetur, & in illius quinterno describatur.
Placer, publicetur, & describatur. M.

§. 3. Quod quidem decretum fuit deinde in Cancella- Et confir-
ria Apostolica sub die 30. Decembri ejusdem anni pu-
blicatum: Nos clausulam latissimè extenden, in eodem
Decreto apposita declarare, & firmiori premissorum
observatione, quantum Nobis ex alto conceditur, consule-
re, ac uberiori mente nostram explicare volentes, Mo-
tu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione
nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac no-
stra perpetua validura Constitutione, præinsertum Dec-
retum nostrum, omniaque, & singula in eo contenta te-
nore presentium perpetuè approbamus, & confirmamus,
illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmatatis
robur adjicimus.

§. 4. Decernentes presentes literas, & in eis con- Cancellaria
tentia quacumque, etiam ex eo, quod quicunque in seru-
tum, & præmissis, seu corum aliquo interest habentes, seu ha-
bere quomodolibet prætententes, ad id minimè vocati,
&

URBANUS OCTAVUS.

215

¶ auditi, minusque causa propter quas eadem presentes emanarint adducte, verificate, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificare fuerint, nullo unquam tempore de subceptionis, obceptionis, nullitatis, aut invaliditatis vicio, seu intentionis nostrae, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substanciali, sive etiam ratione enormis, enormissime, & totalis lesionis, aut quo cumque alio praetextu, aut jure, etiam in corpore juris clauso, seu etiam occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabilis, & privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessariò exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, ac alijs contrariais ordinationibus pro tempore quomodolibet faciendis comprehendendi, sed semper ab illis exceptas, perpetuæ validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suos que plenarios & integros effectus obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabiliter observari.

§.5. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Camera Apostolicae Clericos, Præsidentes, Palatiique nostri Apostolici Auditores, at S. R. E. Cardinales, etiam de Lateri Legatos, & Nuntios, ac alios quavis auctoritate & potestate fungentes, in quavis causa & instantia, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiti debere, ac irritum & inane si secus super his à quo quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.6. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Cancelleriae prædictæ regulis, necnon creationibus officiorum, & Locorum montium hujusmodi, ac illorum concessionibus, acquisitionibus, gratiis, privilegiis, facultatibus, & indultis quibuscumque, etiam non vacationis, sive extensionis illorum ad plures vitas, vel ad certum tempus, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, aut etiam consistorialiter, ac alias quomodolibet per Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per Nos haecenus, & pro tempore quibusvis personis, cujuscumque qualitatibus, conditionibus, status, gradus, & dignitatis, etiam Ecclesiastica, etiam Cardinalatus honore, ac quacumque alia mundana dignitate fulgentibus, ac alias speciali notâ dignis, etiam ex causa remuneracionis meritorum, laborum, resignationis, emptionis, ac cuiuslibet alterius acquisitionis officiorum, & Locorum montium prædictorum, vel alia quantumlibet favorabili, privilegiata, seu onerosa causa concessis, etiam præfatae concessiones, Indulta, aliaque prædicta quibuscumque clausulis, etiam insolitis, ac derogatoriarum derogatoriis, irritantibusque, & aliis decrectis munita fuerint, ac etiam in illis caveatur expresse, resignatorium, vel alium, in cuius capite posita sunt officia, aut montium loca, non posse in illis, nec eorum fructibus quovis modo se intromittere, nisi consentiente resignante, vel alio, de cuius pecunias empta, vel alias acquisitorum officia, & montium loca prædicta, quinimum resigntantem, vel alium de cuius pecunias empta, vel alias quomodolibet acquista fuerint, ejusque successorem, vel successores, aut hæredes posse quandcumque sibi, vel ipsi placuerit, officium, vel officia, aut montium loca resiggnare, alienare, ac de eo vel eis, sicutum fructibus disponere, etiam contradicente resignatario, vel quolibet alio, in cuius capite posita essent officia, vel Loca montium prædicta, præterquam in casu infirmitatis ipsius resignatarii, vel alterius, in cuius capite posita ipsa officia, vel montium loca, ac etiam cum clausula, dummodo per obitum, vel privationem ejusdem resignatarii, vel alterius personæ vacent.

§.7. Quibus omnibus, & singulis, ceterisque contrariis quibuscumque, illorum tenores presentib[us] pro expressis habentes, per præfectum nostrum Consistoriale decretum sufficienter, ac plenè derogatum fuisse & esse declaramus, & decernimus, ac tenore præsentium ple-

nissimi derogamus. Volumus autem, quod presentes omnes, & singulos, etiam ignorantes ex nunc ligent, afficiant, & arcent, ac si publicatz, & unicuique personale intimare fuissent.

*Datum Rome apud Sanctum Petrum, sub Annulo P[ap]i. D[omi]ni. An. 61
catoris, die 2. Januarii 1629. Pontificatus Nostri Anno
die 2. Ianuarii
octavo.*

*Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo
sexcentesimo trigesimo nono, die vero 2. mensis Augusti, su-
pradieta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicae
S. Petri de Urbe, ac Cancelleriae Apostolicae, & aliis locis solitis,
& consuetis Urbi, per nos Fulvium Marcellinum, & Carolum
Pellegrinum S.D.N. Papa Cufi.*

Pro D. Mag. Cufi. Antonius Bardus dep.

*Constitutio super præstatione alimentorum He-
bræis pauperibus ad instantiam Christiano-
rum creditorum carceratis.* CLII.

*De Hebrais, sive Judeis habet Pauli IV. Condit. 3.
Cùm nimis, tom. 1. circa Iudeorum uivendi mo-
dum, quam postea confirmavit Pius V. sua confit.*

6. Romanus, tom. 1. p. 100.

*V R B A N U S P A P A V I I I . Editio An. Di.
Ad perpetuam rei memoriam.* 1631.

Cum sicut accepimus, licet alias Congregatio VI. Ecclesiastica Carcerum Alma Urbis nostræ, tempore fel. rec. Pauli Papa V. predecessoris nostri, vissi literis reformationis tam ab eodem Paulo predecessor, quam rec. mem. Pio Papa V. similiter predecessor nostro emanatis, decreverit, alimenta, sive viualia Hebræis pauperibus ad instantiam creditorum Christianorum carceratis, per eodem credores Christianos non esse subministrandas, decretumque hujusmodi idem Paulus predecessor approbaverit, & ab omnibus ejusdem Urbis Tribunalibus servati mandaverit: quoniam tamen in Rotæ Auditorio, proponente bona memoria Alphonso Patriarcha Hierosolymitanio, ejusdem Rotæ Locumtenente, decisum fuit, & iudicatum, Hebræis pauperibus carceratis alimenta, sive viualia, attenta juris communis dispositione, esse à creditoribus etiam Christianis præstanda, Decretum ve- rò Visitatorum prædictorum locum dumtaxat habere, quando alimenta prædicta coram Visitatoribus carcerum hujusmodi petuntur.

*§.1. Idcirco ad contentiones inter diversa ejusdem Ur-
bis Tribunalia evitandas, atque ut pauperibus Hebræis inßantrantur
hujusmodi aliquo modo, ne perirent, subveniatur, provide-
re volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura
deliberatione nostris, onus solvendii prædicta alimenta
pauperibus Hebræis ad Christianorum instantiam car-
ceratis, Communitat[i] corundem Hebræorum de Urbe,
Apostolica auctoritate tenore præsentium imponimus,
ipsumque Communitatem ad præstanda realiter, & cum
effetu alimenta, sive viualia pauperibus Hebræis car-
ceratis hujusmodi, per eosdem Visitatores, aliorum quo-
rumcumque ipsius Urbis Tribunalium Judices, via ex-
ecutiva, & manu regia cogi posse volumus, reservato ta-
men jure eidem Communitat[i] Hebræorum pro alimen-
torum, sive viualium prædictorum recuperatione, contra
corundem Hebræorum carceratorum bona, res, & ju-
ra agendi.*

*§.2. Decententes sic, & non aliter per quoscumque Ju-
dices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati sublatae,
Apostolici Auditores, etiam Sanctæ Romanae Ecclesie
Cardinales, sublata eis, & eorum cui libet quavis aliter
judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judi-
carci & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super
his à quo quavis auctoritate, scienter, vel ignoran-
ter contigerit attentari.*

*§.3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus
derogatur,*

sit, regula nostra de iure que si non tollendo, alijisque constitutionibus, & confirmationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P.A. 13. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub die 18. Octobris 1635. Pontificatus nostri anno 13.

CLII. Declaratio super facultatibus transferendi pensiones, seu illarum loco fructus, ac translationibus, novisque reservationibus pensionum, seu fructuum antea translatorum.

Pensiones transferendi facultates revocavit Pius V. Conf. 73. Sacrofandum, tom. 2. Reservationes autem pensionum perpetuarum super beneficis Ecclesiasticis, & Indulta imponendis pensiones etiam temporales revocavit S.D.N. Urbanus VIII. Conf. 69. Sanctissimus, hoc tom. 4.

Edict. An. D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1636. Ad perpetuam rei memoriam.

Cordium. Inter gravissimas, multipliquesque Apostolicæ servitutis entas, quibus jugiter premimur, illa etiam est, ne Ecclesiæ & beneficia Ecclesiastica indebet contra, aut præter mentem Romani Pontificis pergraventur.

Causa huius. Causa huius. Cum igitur ex translatione pensionum onus illarum prorogetur, seu extendatur de persona ad personam, & sepè de infirmo ad sanum, & de sene ad juvenem, in non modicum prejudgetum Ecclesiasticorum, & beneficiorum Ecclesiasticorum, ac illa pro tempore obtinenti illas pensiones, quæ alijs translatori fuerunt, idcirco Ecclesiasticum, ac beneficiorum, & illa obtinentium prædictorum detrimentis, & incommodis, quantum nobis ex alto conceditur, obviare volentes.

Declaratio facultatibus transferendi quaque pensione. Motu proprio, non ad alicujus Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò valitura constitutione posuisse, nec concessas, & singulas per Romanos Pontifices prædecessores, & successores nostros, ac etiam per nos ex quacumque causa, etiam onerosa, etiam ratione quacumque officiorum, etiam Motu, & scientia, potestatisque plenitudine similibus, ac consistorialiter, etiam iteratis vicibus, & cum quibusvis clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & alii decretis concessas, & concedendas facultates transferendi quaque pensiones, seu fructus Ecclesiasticos eorum loco pro tempore reservatas, & reservatos, aut mediante earundem pensionum antiquarum cassatione, de novo illas reservandi, necnon pensionum, & fructuum hujusmodi translationes, seu novas reservationes, super quibuscumque Ecclesiæ, etiam Cathedralibus, & majoribus, ac Monasteriis, etiam Consistorialibus, ceterisque beneficiis, tam secularibus, quamcorumvis ordinum regularibus, & hospitalibus quomodolibet qualificatis, etiam cujuscumque Jurispertronatus, etiam Laicorum, etiam quorumcumque Regum, & Principum, illorumque fratribus, etiam incertis, & distributionibus, etiam quotidianis, nunc & pro tempore factas, & concessas quibuscumque personis, cujuscumque gradus, dignitatis, & conditionis fuerint, etiam Cardinalatus honore præfulgent, etiam super facultatibus, translationibus, seu novis reservationibus hujusmodi lis, seu lites in quocumque gradu, instantia, vel Tribunali pendent indecisæ, non potuisse, nec posse cuiquam suffragari, quoad pensiones, seu fructus alijs translatori, nisi in eis consensus, pensiones, aut fructus hujusmodi solvere debentium accesserit, aut quod alijs pensiones, seu fructus hujusmodi translati, seu de novo reservati fuerint, expressum sit, seu exprimatur, vel clausula etiam pensiones, seu fructus hujusmodi forsitan alijs translatori, seu translati, vel de novo reservate vel reservati fuerint, apposita sit, vel apponatur. Non intendi-

mus autem praesenti Constitutione comprehendere facultates, translationes, & novas reservationes hujusmodi, pro quarum validitate haecenus lata esset sententia, quæ in rem judicata transfixit, vel præ quorum executione mandatum relaxatum, & executioni demandatum fuit.

§. 3. Sicque, & non aliter per quoscumque Judicis ordinarios, & delegatos, ac etiam Cameræ Apostolicæ Clericis Præsidentes, necnon causarum Palati Apostolici, & Curia ejusdem Cameræ generalem Auditores, ac S.R.E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, judicari, & definiti, ac interpretari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, etiam decernimus.

§. 4. Non obstantibus indultis, privilegiis, & facultatibus, alijisque premisiis, ac constitutionibus, & ordinatiōnibus Apostolicis, ac Cancellarie Apostolice regulis, etiam individuam mentionem requirentibus, ceterisque contrariis quibuscumque, illorum omnium, & singulorum tenores pro plene expressis, & insertis habent.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,

Dat. 1.
die 8. Martii 1636. Pontificatus nostri anno 13.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1636. die vero publica decima quarta mensis Maii, supradicta Bulla, sive declaratio Vrbis affixa, & publicata fuit ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe, in acie Campi Flora, ac alia locis solis, & consistoriis Vrbis, per nos Paulum Baroccum, & Franciscum de Paulis S.D.N. Papa Cursore.

Antonius Bardus Mag. Curs.

Confirmatio, extensio, & declaratio Constitutionum Apostolicarum, prohibentium Civitates, Castra, & alia tam jurisdictionalia, quam non jurisdictionalia, stabilia tamen, in statu Ecclesiastico consistente, alienari in Forenses ex quacumque causa, absque Sedis Apostolicæ licentia, & Revocatio quarumcumque licentiarum, & facultatum adversus prædictas Constitutiones concelestarum.

Alienationem bonorum Status Ecclesiastici in non subditos & forenses prohibebit Sextus V. sua Conf.

3. Sollicitudo, quam postea approbavist Clemens VIII. in sua conf. 78. Romanum, & ampliavit Paul. V. conf. 108. Pastorale, tom. 3.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edict.
Ad perpetuam rei memoriam.

Olim felicis recordationis Sextus V. prædecessor. Eximi noster, ut tunc suorum, & Sedis Apostolicæ sub- Sicuti ditorum conservationi prospiceret, Civitates, Castra, habentur Oppida, Jurisdictiones, Feuda, & bona quæcumque stabilia, seu immobilia, in dicto Statu Ecclesiastico con- nati, per quemcumque cuiusvis status, gradus, or- de quin- dinis, qualitatibus, & conditionis existent, etiam Im- periali, Regali, Dicuali, vel alia quavis auctoritate, ac dignitate, etiam Ecclesiastica, quæ speciale, & individuam mentionem requireret, prædictus esset, vendi, permutari, ultra triennium locari, in emphyteusim, feu- dum, livellum, pignus, seu precarium concedi sine sua, & Sedis Apostolicæ licentia in aliquam Communatem, Universitatem, Collegium, vel personam extrancam, seu forensem, etiam ut præmittitur, quomodolibet qualifi- catam, quæ dictæ Sedi in temporalibus subdita, & sup- posita non esset, vel quæ in dicto Statu domicilium legitime non contraxisset; prædictas vero Civitates, Ca- stra, Oppida, Fortalitia, & alia quæcumque Jurisdictionalia, præsertim Feudalia, tam in forenses, quam in sub- ditos

URBANUS OCTAVUS.

117

ditos quoscumque quomodolibet qualificatos vendi, permutari ac donari, nisi precedentia prefata licentia Apost. prohibuit sub pena nullitatis contractuum, aliorumque gestorum: In prefata tamen prohibitione neque census, neque officia, neque portions, seu montium loca, nec mulierum dores, nec Almam Urbem, uti communem Patriam, cum ejus circuitu ad decem millia passuum voluit comprehendere, filios tamen, & heredes praedictarum mulierum, soluto matrimonio, si exteri forent, ad strictos esse infra triennium venire ad habitandum in eodem Statu, vel bona praedita in aliis, seu alios habatores, ac subditos transferre statuit.

§.2. Deinde recol. mem. Clemens Papa VIII. etiam predecessor noster, eandem Sixti prohibitionem, ac statum, nendum confirmavit, sed etiam ad Principes extraneos, Universitates, Communites, & Collegia, non tamen Ecclesiastica, respetu quorumcumque bonorum stabilium, tam in confinibus ejusdem Status Ecclesiastici, quam in quacumque alia ipsius Status parte, & in ipsa Urbe existentium, ac etiam censuum, aliorumque bonorum, & iurium, quae pro stabilibus habentur, non tamen officiorum Romanarum Curiarum, nec portionum, seu locorum montium comprehendere declaravit, ac etiam ad quocumque genera contractuum, præterquam, ut praefertur, ex causa dotes, & ad quacumque dispositiones inter vivos, & causa mortis, ac ultimas voluntates extendit.

Paulus §.3. Et successivè pia mem. Paulus V. etiam prædecessor, for noster, praedita Sixti, & Clementis Constitutiones declaravit, ac extendit, statuens quoque licentiam Apostolicam praeditam esse in scriptis obtinendam, & in actu celebrationis instrumentorum exhibendam, sub diversis penis, etiam quoad Notarios ipso jure incurrendis. Ad denique Nos prioribus nostris literis eisdem Constitutiones confirmavimus, ac in eis bona in confinibus territorii Baronialis existentia, & Castra diruta, ac tenutas Jurisdictionales, censusque super eisdem bonis impositos comprehendi declaravimus. Et successivè per alias nostras literas terminum illis, qui præmissis contravenient, ut contractus, & gesta quocumque, ut praefertur, prohibita retractarent, praefiximus, & aliis, prout latius, & plenius in prædictis Sixti, Clementis, & Pauli prædecessorum nostrorum, ac nostris literis continetur. Cum autem postmodum longiori experientia compertum sit, etiam ex dotibus, seu ex contractibus, ac dispositionibus causa dotium, posse Sedi Apostolica sive subditis non modicum fieri præjudicium, & sapientia ex occultis assignationibus, etiam per scripturas privatas fieri solitus, ipsas dotes, ac bona, & iuris dotalia, in venditiones ab eisdem Constitutionibus prohibitas, clam transire posse, si Civitates, Castra, Oppida, Fortalitia, &c. aliae jura & bona Jurisdictionalia, ac bona stabilia, seu immobilia quocumque, praefertur in confinibus ejusdem Status Ecclesiastici, etiam pro aliqua parte contigui existentia, certo pretio estimanda, per quocumque sive forenses, sive subditos, quomodolibet qualificatos, etiam Imperiali, Regali, Dicari, & quavis alia auctoritate, ac dignitate, etiam Ecclesiastica, & alias individuam mentionem requirente præditos, in puellarum, seu mulierum, etiam subditarum dotibus, & conciis, sive causa vel prætextu dotium, donationumque propter nuptias, vel pro arrhis, ac aliis quomodolibet in dotes, seu pro doti solutione, vel assurcatione constituerent, & assignaretur, vel aliis, etiam absque estimatione, qualibet alia palliatione darentur, seu traducerentur quibuslibet forensibus quomodolibet, ut præmittitur, qualificatis, etiam Principibus majoris potentie quibuscumque, eorumque patribus, matribus, avis, & aviis, tam paternis, quam maternis, ac fratribus, filiisque, & nepotibus, etiam ex fratre, vel sorore nunc natis, & quandocumque nascituris.

§.4. Idem Nos volentes, prout ex debito nostro Pastoraliter tenemur, omnibus præjudiciis prædictis, & aliis quibuscumque obviam ire, Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetua Constitutione eisdem Sixti, Clementis, & Pauli, ac nostris literis, omniaque, & singula in eis, & earum qualibet expressa, & prohibita, poenaque tam nullitatis contractuum, ac dispositionum, quam alias quoscumque ab eis, & singulis earum, etiam

Declaratio
nem confr
onstante,
exponens.

T. præcedens

præcedentem ante celebratum matrimonium recipiunt ad præfatarum incidentia. Forenses vero, sive Exteros ad effe-
habendum personaliter in Statu Ecclesiastico, scilicet ejus-
que familiam, & lares transferendo, inde non recessurus.
Quibus nullitatibus, & pœnis locum esse volumus, non
obstante quod sponsa, vel uxor, aut quicunque præmit-
tentes, dantes, vel relinquentes donem, eorumque heredes
in eorum possessione continuaverint, ac non obstante
quocumque fideicommisso, primogenitura, majoratu,
alienandi prohibitione, & quolibet alio vinculo, investi-
tura, nominatione, vocatione, & quavis alia concessione
ac dispositione, etiam feudali, ac emphyteutica, à Sedis
Apostolica, & à quocumque alio, etiam in favorem, &
pro conservatione cuiuscumque familiæ, quantumlibet
nobilis, & alias quomodolibet privilegiis factis, ac se-
mel, & pluries per Romanos Pontifices prædecessores
nostros, etiam per Nos approbatas, ac effectum sortitis,
quibus omnibus, & singulis plenissime derogamus quo-
ad ipsos contrahentes, vel disponentes adversus præmis-
sa, & eorum singula, ac eisdem contractibus, & disposi-
tionibus consentientes, eorum tamen vita durante tan-
tum.

*Ecclesiæ emendi, & re-
guendæ. O. r. r. r.*

§. 7. Insuperque omnis, & singula indulta, & licentias
emendi, & acquirendi, ac non veniendi ad habitandum in
Statu Ecclesiastico, & bona quæcumque in subditos non
transfrendi, & alias quonqdolibet contra prædictas
Constitutiones, etiam præsentibus per Nos extensas, ac
declaratas, à Romanis Pontificibus prædecessoribus no-
stris, ac etiam à Nobis, etiam motu, scientia, deliberatio-
ne, ac potestate paribus, & ex quibuscumque causis qua-
rumlibet favorabilibus, & onerosis, quibuscumque perso-
nis, etiam Principibus majoris potentia, siisque prædi-
cis, & eorum cuiilibet, ac familiis quoniamlibet, ut præ-
mittitur, qualificatis, ac alias quomodolibet concessâ, &
concessas, etiam effectum sortita, & sortitas, non tamen in
eo, in quo usque huc realiter exequuta sunt, revocamus
respectu Jurisdictionalium quorūcumque prædicto-
rum, & illis annexorum dumtaxat, ac pro revocatis habe-
ri volumus, & esse revocata declaramus, ita ut in poste-
rum nemini suffragentur, nisi cum infra scripto onere ve-
niendi ad habitandum in dicto Statu Ecclesiastico, excep-
tiis tamen illis, qui desuper cum Sede Apostolica trans-
fiones, & pactiones hinc inde obligatorias habent, quoad
tamen que sunt specialiter expressa in ipsis transactioni-
bus, & pactionibus respecti, quibus præjudicare non
intendimus, ac etiam exceptis quod prædictum onus ha-
bitandi in Statu Ecclesiastico eidem Principibus majoris
potentia, siisque prædictis, ac aliis Principibus, qui for-
san prætententes esse Præcipes majoris potentia propter
insignes jurisdictiones, quas habuerunt, & habent, vel in
posterum habebunt, in suis ditionibus extra prædictum
Statum Ecclesiasticum constituentibus, non tamen eidem
Statui Ecclesiastico contiguis, seu conterminis, residen-
tiam continuum sibi constituerunt, vel in futurum con-
stituent, ac etiam exceptis illis, qui, seu quorum majores
prius in exteris ditionibus, quam in Statu Ecclesiastico
habuerunt, & habent, vel habebunt possessionem, & qualem
Jurisdictionalum.

§. 8. Ulterius volumus, quod exceptis prædictis, reli-
qui omnes & singuli, etiam indulta, & licentias hujus-
modi habentes, & Jurisdictionalia prædicta Sedi Apo-
stolica, seu Ecclesiarum inferiorum, in eodem Statu Ec-
clesiastico sita, nunc, & pro tempore possidentes, vel illa
cuiilibet in eodem Statu Ecclesiastico constituentis, præ-
dente tamen licentia Apostolica ementes, etiam sub hasta,
aut alias quovis titulo, etiam dotis acquirentes, eorumque
hæredes, & successores teneantur venire ad habitandum
verè, & personaliter cum eorum familiis, & laribus in e-
dem Statu Ecclesiastico infra annum proximum, à die
date præsentium, & respectivè à die acquisitionis, seu
adepte possessionis ipsorum Jurisdictionalium decurren-
dum, inde non recessuri, vel infra eundem annum eadem
Jurisdictionalia prædicta licentia Apostolica
in alium, vel alios subditos, & habitatores transferre,
alias in eventum contraventionis, seu inobedientia, in
eisdem penas, etiam privationis & confiscationis eorum-
que, & apostolica, & respectivè Ecclesiarum inferiorum

statu nostri Ecclesiastici subditi, & suppediti sint, vel qui
domicilium in eo legitime contrarerint; quod domici-
lium requiratur etiam quod possidentes in eodem Statu
Ecclesiastico aliquam Jurisdictionem, vel qui in prædicto
Statu Ecclesiastico, etiam Avenionensi, Bononiensi, & Be-
neventano, & intra ejus limites, non tamen in locis co-
rundem Principium majoris potentia, vel suorum prædi-
torum, natu sint. Qui autem nunc, & pro tempore sint,
vel fuerint Præcipes majoris potentia, etiam ipse à ri-
tu libip, & diarii Sedis Apostolica indicentur, declara-
tionem tamen illorum ad effectum præsentis, aliarumque
Constitutionum prædictarum Nobis, & Romanis Pon-
tificibus successoribus nostris reservamus, prout etiam
reservamus declarationem Jurisdictionum insignium, in
quibus fuerit hactenus constituta, vel in posterum con-
stituetur per Præcipes habitatatio prædicta.

§. 9. Præsentes quoque literas, omniaque & singula
in eis contenta, etiam ex eo, quod quicunque in præmis-
sis, seu eorum aliquo interest habentes, seu habere quo-
modolibet prætententes, ad ea minimè vocati, & auditii,
minusque causa, propter quas eadem præsentes emanar-
int, justificatæ fuerint, nulla unquam tempore de subre-
ptionis, vel obrepromis, seu nullitatris, aut invaliditatris
vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu no-
tri, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controver-
siam revocari posse, ac per omnes, & singulos, ad quos
spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviola-
biliter observari.

§. 10. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, &
singulis per quocumque Judices ordinarios, & delega-
tos, etiam caularum Palatii Apostolici Auditores, & Cle-
ricos Cameræ Apostolicae Præsidentes, Cardinales Ca-
merarium, & quocumque alios, etiam S.R.E. Cardinales,
etiam de latere Legatos, ac Nuntios, & alios quavis po-
testate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis
aliter judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate,
judicari & definiri debere, irritum quoque, & inane, si le-
citus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel
ignoranter contingit, attentari, decernimus.

§. 11. Non obstantibus præmissis, necnon prædictis,
aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis,
ac etiam Cancellariæ nostra regulis, etiam illa de non
tollendo jure quæsito, ac etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, &
consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis
quoque, indultis ac literis Apostolicis quibusvis, sub qui-
buscumque tenoribus, ac formis, & cum quibusvis etiam
derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, &
insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in ge-
nere, vel in specie, etiam motu, scientia, deliberatione, &
potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, ac
alias in contrarium premisso quomodolibet conces-
sis, confirmatis, & innovatis, ac etiam illis, que iidem
Prædecessores nostri voluerunt, ac Nos etiam voluimus
in prædictis Constitutionibus non obstat, illorum om-
nium, & singulorum tenores, etiam ampliores, præscripti-
bus pro plenè, & sufficienter expressis, ac de verbo ad
verbū insertis habentes, illis aliis in suo robore per-
mansuris, ad prædictum effectum specialiter, & expre-
sionis derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque con-
trariis quibuscumque.

§. 12. Et ut ad omnium notitiam præsentes, & in eis con-
tentia quocumque deviant, volumus quod eadem per
aliquem, seu aliquo ex Cursoribus nostris in valvis Basili-
carum S. Jo. Lateranæ & S. Petri, ac in acie Campi Floræ
affigantur, & publicetur, que sic affixæ, & publicatae om-
nes & singulos afficiant, & arcent perinde ac si unicui-
que eorum personaliter intimatæ, & notificate fuissent.

Dat Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pi-
catoris, die 3. Novembris 1637. Pont. nostri anno 15. D. P. A.
*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1637. Jurisdictione Publio
quinta, Pontificatus auctera Sanctiss. D. N. D. Urbani Divi
na Providentia Papa Octavi Anno ejus 15. die vero prima
Decembris,*

URBANUS OCTAVIUS.

*Decembris, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt in Val-
vis Basilicarum S. Joannis Lateranen. & S. Petri, atque in acie
Campi Flora, per nos Iosephum Massenum, & Antonium Bardum
Apostolicos Curf.*

Dominicus Varensius Mag. Curf.

LIV. Decretum Sacrae Rituum Congreg de non jeju-
nando in Vigilia S. Joannis Baptiste, quando
cōtingit in die Solemnitatis Corporis Christi.
Die 24. Septembris 1639.

CVM anno proximè venturo 1639. Vigilia S. Joannis Baptiste incitat in diem Solemnitatis Corporis Christi, fuit a pluribus locorum O. dñi natus supplicatum Sanctissimo pro declaratio-
ne quid agendum de Ieiunio eo die praescripto. Et supplicatio-
ne per Sanctissimum. Suam ad Sacram Rituum Congregationem remissa, eadem S. Congregacio re mature discussa censuit, Non
esse jejunandum, neque abstinendum à carnibus in festo Solemnitatis Corporis Christi. Sed anticipandum jejunium die antecedenti, tempe feria quartae, prout jejunare solet in ipsa Vigilia: Et vi-
deri etiam S. Congregationi, quod Sanctissima Sua, si ita placuerit,
principes super hoc expediri Breve pro perpetuis futuris tempori-
bus, quando idem casus contingit: Et facta pur me Secretari-
um relatione de premisso Sanctissima Sua, Sanctissima Sua senten-
tiam Sacrae Congregationis laudavit, & Breve pro toto Orbe ex-
pediri mandavit, prout expeditum fuit, Teneris ut infra.

C. Episc. Portuen. Card. Pius.

Loco † sigilli.

Declaratio quod non sit jejunandum in vigilia
S. Joannis Baptiste, quando concingit in die
solemnitatis Corporis Christi.

*Circa hoc habes immediatè suprà Decretum sacrae
Rituum Congregationis.*

V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.

CUM evenire quandoque possit, ut vigilia S. Joannis Baptiste in diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini nostri Jesu-CHRISTI incitat.

§.1. Nos attentes diem festum hujusmodi, quo tanti Sacramenti instituto summa totius populi Christiani laetitia recolitur, è principalibus anni festivitatibus existere, propterē de Venerabilium fratum nostrorum S. R.E. Cardinalium Sacris Ritibus Præpositorum consilio deinceps perpetuis futuris temporibus, quoties Vigiliam prædictam in dictū diem festum Solemnitatis Sanctissimi Corporis Domini nostri Jesu-CHRISTI incidere contigerit, non esse jejunandum, neque à carnibus abstinentum in die festo hujusmodi, sed antecedenti, nempe feria quartā, prout jejunaretur in ipsa Vigilia, Apostolica auctoritate tenore præsentium statutus & ordinamus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

§.2. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadē prorsus fides ubique adhibeat, quæ præsentibus adhiberetur eisdem literis, si forent exhibite, vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pilato, die 13. Octobris 1638. Pont. nostri anno 16.

LV. Declaratio quod per alienationem quorumcumque locorum in Statu Ecclesiastico existentium non censetur translatus in acquirentem titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus locis hujusmodi annexus, vel in eis erectus, vel illum transferendi data facultas, nisi in licentia alienandi id expresse concessum fuerit.

*Ne jam indicata otiosè repetam, te remitto ad ea, quæ
nuper notavimus ad Conf. 153. S. D. N. Urbani VIII.
qua incipit, Olim felicis.*

Bullat. Mag. Tom. IV.

219

*V R B A N V S P A P A VIII. Edita Anno D.
1639.*

CUm ratione minus consentaneum sit, ut translato in quendam, Galios dominio Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico existentium, ac honoris, & dignitatis titulis plerumque non tam sibi, quam illa possidentium, vel majorum ipsorum intuitu, & contemplatione, ob præclaras eorum erga Romanos Pontifices, & Sedeni Apostolicam, Christianamque Rempublicam merita decoratorum, ipsi quoque tituli hujusmodi quasi accessoriè translati cœnfanterunt.

§.1. Hinc est, quod nos Motu proprio, & ex certa scientia, maturaque deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, hac nostra perpetuè valitura constitutione declaramus, & decernimus, quod de cetero perpetuis futuris temporibus per quancumque Civitatum, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, aliorumque locorum in statu nostro Ecclesiastico mediato, vel immmediato existentium venditionem, & quamvis alienationem, etiam alienationis latissimè sumptuose vocabulo, non censetur in emptorem, & quilibet alium quocumque titulo lucrative, vel onerofo, & alias quomodolibet acquirentem translatus titulus Ducatus, Principatus, Marchionatus, vel Comitatus, nec titulum hujusmodi transferendi data facultas, etiam si titulus hujusmodi Civitatis, Oppido, Castro, Terræ, vel loco venditæ, seu vendito, & alienatæ, seu alienato annexus, seu in ea, vel eo erectus esset, nisi in licentia Apostolica vendendi, & alienandi juxta constitutiones felicis record. Sixti V. Clementis VIII. & Pauli V. Romanorum Pontificum prædecessorum, ac nostras omnino prius obtinenda specificè, & verbis expressis translatio tituli hujusmodi concessa fuerit.

§.2. Praesentes quoque literas quovis pretextu, vel causa de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis via, aut intentionis nostræ, vel alio quovis defactu notari, impugnari, retrahari, in jus, vel controversiam vocari nullatenus posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & forte, plenamque roboris firmatatem obtinere.

§.3. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Clau/ula sublata. Apost. & Curia Cameræ Apost. generalem Auditores, & diæ Cameræ Præsidentes, ac S.R.E. Card. etiam de latere Legatos, ac ejusdem S.R.E. Camerarios, Civitatumque, Oppidorum, Castrorum, Terrarum, & locorum hujusmodi Gubernatores, & Magistratus quomodolibet nuncupatores, nunc & pro tempore existentes, ac quovis alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantia contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de jure questo non tollendo, ac aliis Cancellariæ Apostolica regulis, legibus quoque Imperialibus, & municipalibus, ac quorumlibet locorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis quibusvis locis, & perfonis quomodocumque nuncupatis, ac qualitercumque qualificatis, etiam speciali nota, & mentione dignis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriatur derogatoriis, aliiisque effaciotoribus, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestate plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac alijs in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda esset, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum omnium, & singulorum tenores præsentibus

T 2 pro

220 URBANUS OCTAVUS.

pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore permanens, ad prædictum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. P. A. 16.
die 17. Maii
anno 1639. Pont. nostri anno 16.

Publicatione. Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi, millefimo sexagesimo trigesimo nono, die vero 13. mensis Augusti supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilica S. Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Fulvium Marzitellum, & Carolum Peleſium Sanctiss. D. N. Papa Cœf.

Pro D. Mag. Curs. Antonius Bardus dep.

CLVI. Declaratio quod quæcumque pactiones particularum personarum super montibus, vel locis montium quorūcumque factæ absque S. Sedis, vel Protectorum, aut Officialium ad id, & ad conficiendum literas patentes deputatorum licentia, non attendantur, nec afficiant montes & loca hujusmodi.

Circa materiam Pactionum, vide in Indice, verbo Paetæ. Item & de locis Montium habes multa verbo, Mons pietatis.

Edita A.D. V R B A N V S P A P A V I I I .
1639.
Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Ecce Nos ex pastoralis officii nostri debito provi-

dere, ne privatorum pactionibus utilitati publicæ quoquo modo officiatur.

C. n/a hujus
temporis. 5.1. Quapropter cum, ut accepimus, in Camera Apostolica, & forsan aliis Urbis nostræ Tribunalibus fuerit præsentum, ac etiam inter partes diversas controvrum super articulo, an pacta, & obligations particularium personarum afficiant loca Montium, sive vacabilia, sive non vacabilia.

5.2. Nos ad tollendam omnem prætensam ambiguitatem & litium, quantum cum Domino possumus, occasionem, Motu proprio & ex certa scientia, matusque deliberatione nostris, deque attributæ Nobis potestatis plenitudine, quilibet dispositiones, & pactiones inter particulas personas, tam quoad hypothecas, & obligations, quam quæcumque alia onera, seu vincula realia, vel in rem scripta, aut rei persecutoria, super montibus, vel eorum locis, cuiuscumque generis, tam vacabilibus, quam non vacabilibus, sive sint Camerale, sive Communitatuum, vel Baronum, aut aliorum quorumcumque, etiam Ducum, & Principum, factæ absque nostra, vel Protectorum, aut Officialium ad id, & ad conficiendum literas patentes deputatorum licentia in eisdem literis patentibus exprimenda, non esse attendendas, ac dispositiones, pactiones, & obligaciones privatorum hujusmodi afficerem dumtaxat personas, ac quoad ipsas sustineri ad effectum, ut quando promissa, & conventa servare nolent, vel non possent, ad damnna, & intereste repeantur, non autem ut jus, vel onus aliquod reale adjectum, seu impositum ipsi locis montium censeatur, neque illis vinculis, obligationibus, pactionibus, & oneribus ullatenus loca montium prædicta sunt obnoxia ad instar Romanæ Curæ officiorum, in quibus similius pactionum nulla ratio habetur, sed solùm notari, & pro tempore existentis Romani Pontificis decreti tenore prætentum declaramus, & ita in posterum, etiam quoad præterita non decisa per rem judicatum, servari, interpretari, & definiti debere volumus, & mandamus.

5.3. Decernentes præsentem literas etiam ex eo quod quicumque in præmissis interesse habentes, seu habere prætententes, illis minimè consenserint, & ad ea vocati, citati, vel audiuti, ac causa propter quas eadēm præsentes emanarunt, adductæ, vel justificatæ non fuerint, de subceptionis, vel obceptionis, aut nullitatis virio, seu intentionis nostræ, aut quocumque alio defectu notari, impugnati, redargui, in jus vel controversiam revocari,

aut aliter quomodolibet infringi, vel limitari, & adversus illas quocumque juris, facti, vel grātia remedium impetrari, vel sic impetrato, ac etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio quempiam uti, vel se juvare in judicio, vel extra posse, sed semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere.

5.4. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Palatii Apostolici, & Curie Camere Apostolicae generales Auditores, ipsiusque Camere Praesidentes, Clericos, & S.R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos nunc, & pro tempore existentes, ac quovis alios quæcumque auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

5.5. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, nostra de jure quæsto non tollendo, ac aliis Cancellariæ Apostolice regulis, & alma Urbis nostræ, ac Camere predicitæ, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, indultijs, & literis Apostolicis eidem Camere, illiusque officiis, & ministris, ac Montium prædictorum, & generaliter quibusvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitus clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio ad hoc servanda foret, illorum omnium, ac quatumcumque litium, & eorum statum, aliorumque hinc exprimendorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo labore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif-
catoris, die 28. Julii 1639. Pont. nostri anno 16.

Anno à Nativitate D.N. Iesu Christi 1639. die vero 13. mensis Augusti, supradicta litera affixa, & publicata fuerunt in va. vas Basilica S. Petri de Urbe, ac Cancellaria Apostolica, & aliis locis solitis, & consuetis Urbis, per nos Fulvium Marzitellum, & Carolum Peleſium Sanctiss. D. N. Papa Cœf.

Pro D. Mag. Curs. Antonius Bardus dep.

Declaratio mentis circa reductionem onerum CLVI quorundam beneficiorum.

Multa alia securitatem conscientiarum beneficia obtinentium conceruentia annotari possunt ex Repertorio materialium, in verbo Beneficium.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edit. A.
Ad fuoriam rei memoriam.

A Liis non ex certis rationabilibus causis adducti, ex diversis legatis piis, seu bonis, diversis Domibus regularibus fratrum, tam non reformatorum, quam etiam forsan reformatorum Ordinis S. Francisci Minorum de observantia nuncupatorum, similius legatorum incapacium, in diversis Civitatibus, & locis Regni Neapolitani, ac in Civitate, seu Dicte. Florentin, ac alibi etiam forsan in statu nostro Ecclesiastico existentibus, per Christi fidèles per viam testamentorum, seu Codicillorum, aut Donationum tam inter vivos, quam causa mortis, aut alijs etiam sub celebrationis missarum, & seu anniversariorum, aliorumve divinorum officiorum, & suffragiorum,

&

Clausula pro-
meritorum.

URBANUS OCTAVUS.

221

& forsan aliis oneribus, ac etiam sine oneribus respecti-
ve relicta, diversa perpetua simplicia beneficia Ecclesia-
stica in diversis Ecclesiis, & diversis temporib; is, tam no-
stro motu proprio, quam ad diversorum supplicationem
Apostolica auctoritate perpetuū creximus, & instituimus,
illisque hæc ecclesia, & institutis, pro eorum dote, & illa pro
tempore obtinente sustentatione, onerumque eis in-
cumbentium supportatione, tam in actu ipsarum creacio-
num, & applicationum plurima, quam etiā deinde in plu-
ribus vicibus diversa alia legata, seu bona similia, cum si-
milibus oneribus, ac etiam forsan sine illis, eisdem, seu aliis
domibus regularibus eorundem fratum etiam ut praefer-
tur relicta, etiam forsan cum eorum fructibus eatus res-
pectivè decursis, etiam forsan pro supplemento, seu aug-
mento dotis hujusmodi, etiam perpetuū applicavimus,
& appropriavimus, oneraque eisdem legatis, seu bonis, ut
praefertur incumbenter, ad certum missarum numerum per
unumquemque ex obtinentibus unumquemque ex bene-
ficiis hujusmodi, vel per alium ejus nomine respectivè
celebrant. etiam perpetuū redaximus, ac obtinentes bene-
ficia hujusmodi ad aliquod aliud quam dictarum missa-
rum onus non teneri voluimus, ipfaque beneficia à pri-
mæva illorum creatione, & institutione hujusmodi va-
can, diversis clericis, seu presbyteris contulimus, & de
illis etiam providimus, prout in diversis nostris desuper
confessis literis plenius respectivè continetur.

§.1. Cum autem, sicut accepimus, nonnulla ex dictis
legatis, seu bonis sic ut praefertur applicatis, & appro-
priatis, cum onere dotationis alicuius puellæ, seu aliquarum
puellarum, inter cetera eisdem fratribus relicta
fuerint, ab aliquibus verò revocetur in dubium, an sub
reductionibus onerum sic in confuso expressorum per
nos, ut praefertur facti, dotationes puellæ, seu puellarum
hujusmodi comprehensæ extiterint, nos ne ulteriùs cir-
ca præmissa à quoquam hesitari contingat, pridemare, ac
securitati conscientiarum, dicta beneficia obtinendum
consulere volentes, ac omniuria, & singulatum literarum
super erectionibus, & institutionibus, ac applicationibus
& appropriationibus, necnon reductionibus, & provi-
sionibus hujusmodi respectivè confessarum totos, & in-
tegros tenores, perinde ac si de verbo ad verbum, nihil
penitus omisso inferrentur, & exprimerentur, ac datas,
necnon nomina, & cognomina illorum, qui dicta benefi-
cia ad præsens obtinent, seu aliàs obtinuerunt, etiam si fa-
miliares, ac continuū Commensales, ac Prælati domestici
nostrí, ut aliàs speciali nota, & expressione digni sint, ac
etiam legatorum, seu bonorum prædictorum veros an-
nuos valores, eorumque, ac dictorum onerarum qualitates,
& quantitates præsentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis, & inseritis habentes, motu simili, & ex certa scien-
tia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine, mentis,
& intentionis nostræ fuisse, & esse decernimus, & declara-
mus, sub reductionibus onerum, sicut suprà in confuso, &
in genere absque aliqua specificatione dotationis, seu do-
tationum patet, seu puellarum expressorum, & narrato-
rum per nos factis hujusmodi, noluisse comprehendere
illa onera dotationum, que fuerunt relicta pro aliqua
puella, vel aliquibus puellis nominatim, vel de aliqua par-
ticulati familia, aut descendencia, seu agnatione in specie,
que nullo modo reducte intelligantur, sed juxta voluntate-
m legantium, tam quoad tempus decursum, quam de-
currentum semper, & perpetuū adimpleri debeant, sed
tantum eas dotationes, que fuerunt relicta pro aliqua
puella, seu aliquibus puellis, etiam ex certo loco oriundi-
s, aut aliàs quomodolibet qualificatis, in genere, & in
confuso, absque ulla speciali expressione personarum, seu
particularis familie, aut descendencia, vel agnationis.

§.2. Sicque, & non aliàs, literas nostras prædictas etiam
ab illarum dat. intelligi, & per modernos, ac pro tempore
obtinentes beneficia hujusmodi, & eorum quemlibet, tam
quoad tempus præteritum, quam futurum, semper, & per-
petuū observari debere, præsenteque literas de subre-
ptionis, vel obreptionis, seu nullitatris vitio, aut intentio-
nis nostræ, vel quopiam alio defactu notari, vel impugna-
ri unquam posse. Sicque, & non aliter per quoscumque
Judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fun-
gentes, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac

S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicela-
gatos, ac Sedis Apostolica Nuntios, sublata eis, & eu-
rum, cuiilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-
cilitate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: irri-
tumque, & inane, si quid secus super his à quoquam
quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit
attentari. Per præsentes autem non intendimus aliquid
innovare seu immutare circa eas donationes diutarum
puellarum, qua à nobis in eisdem literis, seu earum ali-
quibus in specie præservata extiterunt.

§.3. Non obstantibus literis nostris præfatis, & eorum
singulis, quatenus in aliquo obstant, aut obstat dici pos-
sent, ac eorundem legantum voluntatibus, necnon re-
gula nostra de jure quæsito non tollendo, quatenus opus
sit, & quibusvis aliis constitutionibus, & ordinationibus
Apostolicis, necnon omnibus illis, quæ in dictis literis,
earumque singulis voluimus non obstat, ceterisque
contraria quibuscumque.

§.4. Volumus autem, quod præsentium literarum trans-
sumptis, etiam impressis, & manu nostri, & pro tempore sumptorum.
existentis Romani Pontificis Datarii subscriptis, ejusque
sigillo munitis eadem prorsus, tam in iudicio, quam ex-
tra illud ubique in Romana Curia, & extra eam fides ad-
hibeat, quæ adhiberetur eisdem præsentibus literis, si
forent exhibita, vel ostenta.

Datum Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dat. P. A. 17.
die 6. Martii 1640. Pont. Nostr. anno 17. die 6. Mart.

Confirmatio Declarationis Constitutionis Cle- CLVIII,
mentis Papæ VIII. de Largitione munerum
Regularibus utriusque sexus interdicta.

Hanc Constitutionem Clementis VIII. de Largitione
Munerum, &c. habet tom. 3. num. 28. incip. Re-
ligiosæ Congregationes.

V R B A N V S P A P A VII I. Edita An. D.
1640.
Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper à Congregatione nonnullorum Romane Cū- sxvdiem
riæ Prælatorum, coram dilecto filio nostro Antonio
tituli S. Petri ad Vincula Presbytero Cardinali S. Onu-
phrii nuncupato, majori Penitentiario, ac nostro in alma
Urbe Provicario in spiritualibus generali, & nostro se-
cundum carnem fratre germano à Nobis deputata, ema-
navit declaratio tenoris subsequentis, videlicet,

§.1. Cum circa interpretationem Constitutionis fol. Referatur de
rec. Clementis VIII. sub dat. 13. Kal. Jul. Pontificatus sui
anno 3. de Largitione munerum Regularibus utriusque
sexus interdicta, nonnulla difficultates, & ambiguitates
sunt exortæ, Congregatio specialiter à Sanctiss. D.N. Ur-
banio Divina Providentia Papa VIII. coram Eminentissimo
Cardinali S. Onuphrii majori Penitentiario, ac
Urbis Provicario deputata, auctoritate sibi attributa de-
claravit, & declarat, munera à Religiosis utriusque sexus
tribui posse ex causis gratitudinis, conciliations, benevo-
lentia, ejusque conservationis erga ipsam Religionem,
vel Conventum, alijsve causis ex sui natura actum virtu-
tis, & meriti continentibus, modeſtè tamen, ac discrecione,
& dummodo id non fiat, nisi de Superiorum localium
licentia, ac etiam cum consensu majoris partis conven-
tus, si talis consensus de jure, vel ex constitutionibus,
seu consuetudinibus ejusque Religionis respectivè, in
hujusmodi casibus requiratur. Consensum verò Conven-
tus in §.3. ejusdem Constitutionis ad leviora esculen-
ta, aut pocula, seu ad devotionem, & religiositas
tem pertinentia munuscula largienda, &c. requisitum,
intelligi debere de consensu aliàs de jure requisito, &
ubi concurrit ambitionis suspicio, qua cessante, nec
in his requiri licentiam Superiorum in scriptis, in §.4.
ejusdem Bullæ requisitam, sed sufficiet licentiam, etiam
oretenuis eisdem concessam, declarat. Comissiones au-
tem, computationes, & convivia in excipiendis prefer-
enti Beneficioribus, Protectoribus, vel Ordinariis hono-
rificè & laute, de quibus in §.5. & 6. ejusdem Constitu-
tionis, censeti tantummodo prohibita, si decentia statu-
regulatis

regularis aduersentur. Restitutionem verò receptorum, pi Flora, ac aliis locis publicis & consuetis, per nos Hieronymum Conventibus facienda, de qua in §. ibidem cautum est intelligi debere de Conventibus, ad quos data, donata, seu missa de jure pertinent, si id comodè fieri potest, alias Conventū eiusdem Religionis viciniori loco, ubi perita fuit absolutio, restituantur. Insuper eadem facultate libi tributa, omnes qui hue usque adverfus supra dicta Constitutionis Capitula hic moderata largiti fuerunt, vel recuperant, à penis quibuscumque in eadem Constitutione infictis, & incuria posse, & debet à propriis Confessariis absolvi in foro conscientia, etiam non facta prius iusmodi rerum donatarum, seu datarum restitutione. Quoad eos verò, qui præter modum prædictum graviori Religionis detrimento largiendo, vel recipiendo transgressi sunt, sed ob inopiam restituere nequeunt, eadem Sanctitas concedit majori Poenitentiario, ut de preteritis usque ad diem data presentium in foro conscientia absolvat, dispenset, & condonet, seu absolvit, dispensari, & condonari mandet, prout in Domino magis expedire judicaverit. Et ne prædicta Clem. VIII. Constitutionis memoria dilabatur, Superiores locales cuiuscumque Monasterii, Conventus, Domus, & Collegii Regularis, sub persona privationis officii, vocisque activæ, & passiva ipso iure incurrienda efficerentur, ut in perpetuum singulis annis mense Januario, non solum prædicta Constitutio (quam in reliquis ejus partibus eadem Sanctitas omnino observari juber, & quatenus opus sit, innovat, quenquamque prætentum non usum, aut prætentum usum, seu prætentam confuetudinem, damnando, & irritando) verum etiam hoc decretum in aliqua publica Congregatione, vel saltem in publica mensa perlegatur. Omnibus tam Ecclesiasticis personis, etiam Regularibus, quam Laicis cuiuscumque sint ordinis, conditionis, gradus, ac dignitatis, etiam speciali nota dignis, & qui sub generali dispositione non comprehendenterunt, prædictam Clementis Constitutionem contra præsentis decreti tenorem declarandi, vel interpretandi facultate penitus interdicta, super quibus Sanctissimus mandavit expediti Breve datum Romæ die decimo quinto Septembbris, 1640.

*Praefatum de
clarificatione
confimat hic
Ponitrix.*

*Constituta
sublata, &c.*

*Concessio
derogat.*

*Dat. P. A. 18.
a. 5. Octob.*

Publizatio.

pi Flora, ac aliis locis publicis & consuetis, per nos Hieronymum Majellam, & Andream Castruccium, eiusdem S.D.N. Curia, etia est. Hieronymus Majella S.D.N. P.P. Curia, pro D. Mag. Ita est. Andreas Castruccius S.D.N. Papa Curia.

Constitutio super præservatione Jurium Sedis CLIX. Apostolicæ, & inferiorum Ecclesiarum, personarumque Ecclesiasticarum, à quibuscumque præjudicialibus.

Consonans prohibito Sixti V. Alienationis Civitatum, Castrorum, aliorumque locorum & Bonorum, etiam jurisdictionalium, ad eandem Apostolicam Sedem spectantium, de qua nuper in Rubric. Conf. 153. Urbani VIII. hoc codem somo.

V R B A N U S P A P A V I I I . *Ad perpetuam rei memoriam.*

Romanus Pontifex in Sacra Beati Petri Sede à Domini Exordia non constitutus, non valens curam suæ pastoralis sollicitudinis in gregem sibi commissum personaliter in quilibet mundi parte exercere, Legatos etiam de Lateri, ac Nuntios, aliosque ministros Apostolicos ad diversas Provincias, & Regna, prout cognoscit in Domino expedire, condevit destinare, ut vices suas supplendo, facultatesque sibi concessas non excedendo, errata corrigant, & commissis sibi populis justitiae, & gratiae incrementa ministrant, juraque Sedis Apostolicæ, jurisdictionem, immunitatem, & libertatem Ecclesiasticanam tueantur, ac de gravibus Summum Pontificem reddant certiorem, remediaeque ac mandata opportuna Apostolica expedient, & exequantur.

§. 1. Cum autem, ut acceperimus, à nonnullis prætentatur, quosdam ex Legatis, five natis, five aliis, etiam conf. de Lateri, etiam S. R. E. Cardinalibus, Nuntiisque ac aliis ministris Apostolicis quovis nomine nuncupatis, ac etiam ex Rectoribus, seu Gubernatoribus Provinciarum, Civitatum & locorum ditionis temporalis Sanctæ Romanae Ecclesiæ per Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam per Nos missis, ceterisque officiis Camere Apostolicæ, & Romanæ Curia, etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, etiam Vicecancelariis, & Camerariis, ac feudatariis quantumlibet qualificatis, & individuis mentione dignis, ac etiam Baronibus, aliisque jurisdictionem quomodolibet exercitentibus, aliqua eidem Sedi, aut jurisdictioni, vel immunitati, seu libertati Ecclesiasticæ, Ecclesiisque & personis Ecclesiasticis prædiciaria præter, aut contra facultates sibi concessas, nedum fecisse, declarasse, concessisse, ac decrevisse, seu alijs quomodolibet disposituisse, sed etiam prædicta, & quæcumque alia eis præjudicia, à quibuscumque alijs, five Ecclesiasticis, five Laicis quomodolibet qualificatis, sufficientem facultatem Apostolicam non habentibus, commissa & facta, oneraque super Ecclesiis, ac earum bonis, & iuribus, earumque frumentis absque sufficienti facultate Apostolica imposita, transgressionesque, & excessus contra factorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum universalium dispositionem, contra Sedem Apostolicam, jurisdictionem, immunitatem, aut libertatem Ecclesiasticam, seu Ecclesiis, vel personas Ecclesiasticas, earumque bona, & iura quæcumque quomodolibet commissos, & perpetratos tolerasse, & approbatte, vel quomodolibet permisisse, seu eisdem præjudicialibus consensisse, immo ex ipsorum Legatorum, Nuntiorum, & ministrorum Apostolicorum, ac etiam respectivè Gubernatorum, Provinciarum, Civitatum, & locorum ditionis temporalis ejusdem Sedis Apostolicæ, & quorumcumque aliorum ipsius Officialium, seu cujuslibet eorum asserta scientia, taciturnitate, tolerantia, vel consensi, ipsorumque prædicti, retroscripta litera publicata, & affixa fuerunt in aula Cam-

quæ in ceteris quibuscumque præjudicialibus, nedum

ad

ad presumptam scientiam, tolerantiam, consensum, seu approbationem Romanorum Pontificum praedecessorum nostrorum, & cuiuslibet eorum, ac nostrum, sed etiam ad presumendum super eis, & eorum quilibet fuisse concessum beneplacitum Apostolicum, etiam praedecessores nostri praedicti multoties ea via, qua licet, se oppulerint, & Nos quoque contradixerimus, concessiones quoque, & gratias quacumque, ac investitures etiam Civitatum, Terrarum, Castrorum, aliorumque locorum, & bonorum, etiam jurisdictionalium, ad eandem Apostolicam Sedem, seu ad Ecclesias inferiores respectivè spequantur, ab aliquibus ex eisdem praedecessoribus nostris, vel à Praeclaris, seu Rectoribus Ecclesiarum inferiorum praedictarum quomodocumque, & quandocumque ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam extractas, vel ad certum tempus jam elapsum, illorumque, ac illarum pignorationes, seu in pignus dationes, ac alienationes cum pacto redimendi factas ex praedicta asserta scientia, & tolerantia Sedis Apostolicae, ne dum longius protrahi, sed etiam perpetuari, aliaque indebita, & insulta prætendantur in praedicta Sedi Apostolicae, jurisdictionis, immunitatis, seu libertatis Ecclesiasticae, aliorumque Ecclesiarum, personarumque Ecclesiastiarum maximum detrimentum, & populorum grave scandalum, animarumque ipsorum prætentium, transgredientium, vel occupantium, seu usurpantium, ac in cœnaturis eo ipso incurvis insordescen-
ti perniciem.

§. 2. Propterea Nos, sicut ex onere pastorali tene-
mur, indemnitate Sedi Apostolicae, jurisdictionisque & immunitatis, ac libertatis Ecclesiasticae, Ecclesia-
rumque, & personarum Ecclesiastiarum, quantum Nobis ex alto conceditur, prout idem praedecessores nostri omnibus præjudicis obviam ire exoptarunt, con-
sulere volentes, attendentesque quod praedicti Legati, Nuntii, & Cardinales, etiam Vicecancellarii & Came-
rarii, aliisque omnes, & singuli praedicti, sine speciali
Papa mandato nulla eidem Sedi, & Ecclesie, aliisque
praedictis præjudicia unquam tacite, vel expresse ta-
cere potuerunt, vel possunt, quodque ob locorum
distantiam, ac negotiorum molem, quibus Sedes Apo-
stolica premittit, hujusmodi præjudicia non fuerunt
Summo Pontifici pro tempore existentes, minusque
ejus successoribus nota, saltem cum suis circumstantiis
prædicium inferentibus, & aggravantibus, quodque
confirmaciones, approbationes, & beneplacita Papæ,
præsertim ubi actum fuit, vel agitur de præjudicio per-
petuo, semper consueverunt in scriptis expediri, præ-
cipue per literas Apostolicas, sive sub plumbio, sive in
forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, prout etiam in
Pontificatu nostro expediuntur, ideo si in registris Apo-
stolicis, quæ fideliter custodiuntur, & asservantur,
praedictorum quorumcumque præjudicialium approba-
tiones, confirmationes, vel beneplacita Apostolica non
reperiuntur descripta, seu registrata, vel non exhiben-
tur originalia literarum Apostolicarum, aut transumpta
juxta formam constitutionis nostra desuper alias edita,
sub datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, sub
die 1. Iunii 1635. Pontificatus nostri anno duodecimo:
inde deducitur, neque Romanos Pontifices praedeces-
sores nostros, nec Nos unquam præjudicia appro-
base, vel confirmasse, beneplacitaque Apostolica super
præjudicialibus nunquam concessisse: ac denique quod
Romani Pontifices praedecessores nostri pro damnandis,
impugnandis, & evitandis omnibus, & singulis præju-
dicialibus, illisque & prætentis tolerantis, conniven-
tis, consensibus, possessionibus, intrusionibus, occu-
pationibus, usurpationibus, observantiis, & præscri-
ptionibus quibuscumque impediendis, intertumpen-
dis, penitusque avertendis, & excludendis haec tenus
confueverunt quolibet anno in die Cœnæ Domini fa-
cere processus generales, Bullas ejusdem Cœnæ nun-
cupatas, & publicare contra quoscumque, sicut etiam
Nos fecimus, & publicavimus, prout in eis; idcirco
etiam praedicta omnia, & singula eidem Sedi Apostolicae, jurisdictioni, vel immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, seu Ecclesie, vel personis Ecclesiasticis, ea-
rumve bonis, juribusque, ac fructibus quomodolibet
præjudicia, per praedictos, & alios quocumque con-
tra, aut præter facultates eis concessas facta, ex ipso fue-
rint, & sine nulla, & invalida.

§. 3. Nihilominus abundantiori cautela uti volentes, omnibusque & singulorum quomodolibet præjudicia-
lium quandocumque, & à quibusvis, ac ex quacumque
causa, & quovis modo factorum, & gestorum, ac
inde securorum quorumcumque, ceterorumque hic de
necessitate forsan exprimendorum, ac inferendorum
tenores, etiam majores, & veriores pro plenè ex-
pressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, Motu
proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione no-
stris, deque Apostolice potestatis plenitudine, motique
ex praedictis causis, aut illarum altera, seu ex aliis justis,
& rationabilibus animum nostrum moventibus, ad
quarum omnium, & singularum verificationem Eccle-
siam Romanam præfataam, Sedemque Apostolicam, &
quemcumque alium nunquam teneri volumus, ultra
quascumque revocationes haec tenus factas, quas innova-
mus, hac nostra perpetua constitutione declaramus omni-
bus, & singulis actis, decreta, statuta, indulta, concessio-
nes, ordinaciones, declarations, concordias, & pacta,
etiam nomine ejusdem Sedi Apostolicae inita, venditio-
nesque, & alienationes officiorum, aliorumque ejus-
dem Sedi, Ecclesiarumve inferiorum iurium, & quascumque
alias dispositiones quocumque nomine nuncupatae,
eidem Sedi Apostolicae, Romanæque Ecclesiæ,
seu quibuscumque aliis Ecclesiæ, seu locis piis, ac per-
sonis Ecclesiasticis, seu jurisdictioni, vel immunitati,
aut libertati Ecclesiasticae quomodolibet præjudicia, &
præjudiciales, à quibuscumque Legatis etiam de late-
re, etiam Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, Nun-
tii, seu aliis Ministris Apostolicis, Cameræque Apo-
stolicae, & Romanæ Curæ officialibus, & ministris, etiam
Cardinalibus, Vicecancellariis, & Camerariis, & respe-
ctivè Rectoribus, & Gubernatoribus, Feudataris, Ba-
ronibus, & ceteris jurisdictionem quomodolibet exer-
centibus, aliisque præfatis quantumlibet qualifica-
tis, & individua expressione dignis, quandocumque,
qualitercumque, & quomodocumque, præter, vel con-
tra facultates eis concessas facta, & gesta, f. Etasque, &
gestas, aut alijs quovis modo ab eis emanata, & eman-
atas haec tenus, etiam per modum edicti, declaratio-
nis, constitutionis, pragmaticæ, reformationis, &
alijs quomodolibet, etiam cum clausula, salvo, vel
referendo Sedi Apostolicae beneplacito, vel fortasse
etiam cum intentione data, vel promissione etiam fa-
cta illud ab hac sancta Sede, seu à Romano Pontifice,
aut etiam à Nobis impetrandi, etiam cum prætena il-
larum executione, & observantia quantumlibet longi-
sima, ac alijs inde quomodolibet secutis quibuscumque
que, etiam in favorem, seu intuitu, vel contemplatione
Imperatoris, Regum, aliorumque Principum, etiam su-
premorum, etiam laicorum, Nationum, Rerumpublica-
rum, Provinciarum, Regnum, aliorumque domino-
rum, & officialium quorumcumque, vel Civitatum, Uni-
versitatum, etiam Studiorum generalium, Collegiorum,
Religionumve, seu Militiarum, Ecclesiarum, & Mon-
teriorum quorumcumque Ordinum, vel aliorum quo-
rumvis, etiam speciali nota dignorum, ex quacumque ra-
tione, occasione, vel causa quantumlibet pia, publica, fa-
vorabili, seu privilegiata, etiam transactionis, vel con-
cordie, seu belli, treguæ, vel pacis, etiam universalis, & ad
majus malum, vel scandalum, ut afferitur, evitandum,
seu ex alijs rationibus, & causis, etiam omnibus insimil-
concurrentibus, ac alijs individuum expressionem requi-
rentibus.

§. 4. Necnon quascumque tolerantias, taciturnitas, Tolerantias,
conniventias, permissiones, consensus, declaratio- taciturnitas,
nes, executions, approbationes, vel confirmationes ter, & con-
expresæ vel tacite dicto, vel facto, ac alijs quomodo- ventias, &c.
libet præter, aut contra suas facultates, ab iisdem Le-
gatis, Nuntiis, ac Ministris Apostolicis, & respectivè
Rectoribus, Gubernatoribus, & Feudataris, ut afferitur,
factas, seu habitas, vel respectivè præstas in quibus-
cumque actibus eidem Sedi Apostolicae, seu jurisdi-
ctionis.

Actioni, immunitati, seu libertari Ecclesiasticæ, aut Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis quomodolibet præjudicibus, per quoscumque alios, etiam laicorum, quantumlibet, ut præmititur, qualificatos, quavis autoritate, & potestate, etiam Imperiali, Regali, aut quacumque alia sub prætextu quod Bullæ, seu Constitutione Apostolice non fuerint publicata, vel usu receptæ, aut contratio usu, etiam decennali, & quantumlibet longissimo, ut prætendit abrogatæ, vel sub prætextu Constitutionum, literarum, seu dispositionum Apostolicarum, de quatum existentia per canonica documenta Apostolica non constat, seu revocata, aut non sufficietes sunt, ac etiam in permittendo editionem seu impressionem librorum eidem Sedi, alisque præjudicialium, seu continentium opiniones damnatas, vel in admittendo, seu exequendo minds legitimam earundem Constitutionum, litterarum, seu dispositionum Apostolicarum interpretationem, vel faciendo, aut approbando ea quibus difficultate Ecclesiastica quomodolibet enervatur, seu lreditur, factis, & gestis.

Demandantia
tertiæ, apst.
v. Gabbella, &c.
Contributio-
nes, Gabella,
&c.
Molestationes
perpetratorum
Ecclesiast.
Traffica
de Canis
etiam
Protrahentes
personarum
Ecclesiast.
Protrahentes
personarum
Ecclesiast.

S. 5. Molesias quoque, vexationes, & impedimenta quæcumque Legatis, Nuntiis, vel aliis Ministris, & Officialibus Apostolicis per quoscumque etiam laicos cuiusvis status, gradus, conditionis, qualitatis, dignitatis Ecclesiastice, ut præmititur existentes, quomodolibet factas, illatas, factaque, & illata, tam eorum ingressum in provincias sibi commissas denegando, quam ne suas facultates liberè in illis exercerent impediendo, ac eos ab illis expellendo.

S. 6. Necon quascumque contributiones, collectas, gabellas, militum hospitations, decimas, vel alias frumentum partes, aliquae onera, & gravamina quæcumque super Ecclesiis, Monasteriis, & locis piis, præsertim vacantibus, personis Ecclesiasticis, carumque vel eorum bonis, seu fructibus, etiam prætextu vel causa facultatis bona stabilia acquirendi, seu retinendi, ac alia quomodolibet per laicos prefatos, & quoscumque alios quomodolibet qualificatos absque sufficiente facultate Apostolica impositas, exactasque, etiam à sponte dancibus, vel contributibus.

S. 7. Item molestiones, perturbationes, acta, carcerationes, & attentata quæcumque à quibusvis laicis, etiam Officialibus quomodolibet qualificatis, contra personas Ecclesiasticas, vel Ecclesiast., seu cuiuslibet eorum bona, sive jura vel fructus, tam civiliter, quam criminaliter, & alia quomodolibet quæcumque facta, & alia quomodolibet quæcumque facta, & commissa, etiam de facto executioni, etiam pluribus viibus, & quoscumque temporis cursu, etiam longævo, & longissimo, ac ut prætentitur, immemorabili, etiam cum fama asserti privilegi quomodolibet demandata.

S. 8. Necon quascumque transgressiones, & excessus contra dispositiones sacrorum Canonum, Constitutionum Apostolicarum, & Conciliorum universalium, præsertim Lateranen. sub Alexandro III. Generalis nunciati sub Innocentio III. Vimenensis sub Clemente V. Lateranen. ultimi sub Leone X. f. I. tec. Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, seu Tridentini à quibusvis quæcumque, & ex quibusvis causis quomodolibet, & quoscumque factas à præjudicio Sedis Apostolicae, sive jurisdictio, vel immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae, seu Ecclesiast., vel personarum Ecclesiasticarum, carumque bonorum, seu fructuum, etiam effectuum, ut præmitur, de facto lreditas, & inde secuta quæcumque.

S. 9. Item quascumque prorogationes, extensiones, protractiones, seu perpetuationes quæcumque graviarum, concessionum, & investiturarum à Sede Apostolica, vel à Prælatis, seu Rectoriis Ecclesiast., inferiorum quæcumque habentis fiduciarum, ad certas vitas, aut generationes, seu lineas jam finitas, vel extitit, sive ad certum tempus jam elapsum, pignorationum, & venditionum cum pacto redimendi, permutationum, aliorumque contractuum, ac dispositio- nes quæcumque de Civitatibus, Terris, Dominiis, Cittatis, locis & bonis, etiam feudalibus, vel jurisdictionibus, ac iuribus ejusdem Sedis Apostolicae, vel Ecclesiast.

cleiarum inferiorum à quibusvis quæcumque quantumlibet, ut præmititur qualificatis, quandocumque praesens, etiam executioni demandatas, & quoscumque temporis cursu continuatas. Necon reliqua omnia quæcumque, & qualiacumque eidem Sedi Apostolicae, vel jurisdictioni, immunitati, aut libertati Ecclesiasticae, seu Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis, carumque juribus, bonis, & fructibus quomodolibet præjudicialia, per quoscumque sufficiens, & legitima facultate Apostolica non munitos facta, gesta, & respetivæ perpetrata, cum omnibus, & singulis quæcumque, & quomodocumque inde seculis, & quoscumque tempore longissimo executioni demandatis, ac observatis, fuisse, & esse ipso jure nullas, & invalidas, ac nulla, & invalida, nulliusque roboris, vel momenti, indebitaque, & illicita, ac de facto præsumptas, & præsumpta, nullumque præjudicium eisdem intulisse, nec inferre unquam posse, illasque, & illa ex quoscumque temporis cursu, nec etiam ex quæcumque praesens observantia, quantumlibet diurna, longæva, longissima, seu immemorabili, etiam cum fama praesensi privilegii Apostolici, ac etiam juncta quavis scientia, conniventia, tolerantia, taciturnitate, facultate, & permissione, etiam ex actibus positivis non legitimis resultante, Prælatorum Ecclesiast., inferiorum, Legatorum, Nuntiorum, & aliorum quæcumque Ministeriorum Apostolicorum, ac etiam respetivæ quorumvis Rectorum, & Gubernatorum, aliorumque prædicatorum, etiam Feudatiorum, etiam Sedis Apostolicae, ac Baronum, cæterorumque jurisdictionem quomodolibet exercentium, ac fons Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, & nostra, nequaquam suisce hactenus, nec in postuum fore approbata, convalidata, neque respetivæ protogata, extensa, protracta, vel perpetua, minusque inde aliquam approbationem, vel præsumptionem aliquid beneplaciti Apostolici, neque aliquam bonam fidem, possessionem, vel quasi, aut præscriptionem in aliquo etiam impidente, imponente, exigente, attente, vel respetivæ occupante, usurpante, vel transgrediente, aut quomodolibet continuante, nec in quoscumque alio portuisse, nec unquam posse refutare, vel induci respetivæ in Sedis Apostolicae, jurisdictionis, immunitatis, aut libertatis Ecclesiasticae, seu Ecclesiast., vel personarum Ecclesiasticarum, carumque iuriis, ac bonorum & fructuum præjudicium, talenque præsumi fuisse semper mentem, & intentionem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum prædicatorum, ac respetivæ nostram fuisse, & esse quovis modo prædicta, & quæcumque alia præjudicia nuncquam approbandi, seu confirmandi, nisi de praesens approbatione, vel confirmatione Apostolica constituerit ex prædictis registris Apostolicis, vel aliis juxta formam prædictæ alterius constitutionis nostra. Quinimodo omnia, & singula præjudicia fuisse à sacris Canonibus, Constitutionibus Apostolicis, & Conciliis, etiam universalibus, præsertimque a prædicta Bulla in Cœna Domini legi solita respetivæ reprobata, ac damnata, propter etiam ad abundantiores cautelam tenore præsentium reprobamus, & damnamus, beneplacitaque Apostolica per prædecessores nostros, & per Nos hactenus denegata fuisse declaramus, sicut etiam hacten vigore denegamus, & quatenus fore opus, omnia, & singula præjudicia prædicta, omniaque alia, si quis sit, irritatus, & annullamus, ac respetivæ revocamus, cum inde secutis quibusvis quæcumque, præfertim intrusionibus, occupationibus, usurpationibus, & observationibus, ac usibus, & consuetudinibus quæcumque longissimis, & immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apostolici, quas, & quæ illicita, ac irrationabilia declaramus, ac pro reprobatis, illicitis, irrationalibus, irritis, & annullatis perpetuò haberi volumus, decernimusque & damnamus, ita quod in posterum illa, & illæ non possint unquam in judicio, nec extra judicium à quæcumque quomodolibet allegari, deduci, probari, nec ab aliquo admitti ad quæcumque effectum, & quatenus opus fore, adversus illos, & illa, ac alia quæcumque quomodolibet præjudicia harum serie eandem Sedem Apostolicam, Romanamque Ecclesiast., & Ecclesiast. inferiores, ac personas Ecclesiasticas quæcumque

URBANUS OCTAVUS.

225

quascumque plenaria, & plenissimè ex justis causis Nobis benevolent, ac si talia nunquam extitissent, in integrum, & pristinum, in quo anteà erant statum restituimus, reponimusque, ac reintegramus, prajudicialeaque hujusmodi, ne imposterum perpetuis futuris temporibus fiant, etiam interdicimus, & prohibemus.

§. 10. Insuperque, cùm etiam Nobis innotuerit, quod aliquando in provisionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metropolitanarum, Primaliarum, & Patriarchalium, aliquique gratis, & dispositionibus Apostolicis fuit ob incuriam quorundam Sedis Apostolicæ, seu Romanæ Curie Officialium inadvertenter in prajudicium liberae provisionis earum narrata, vel etiam forsan de facto admissa presentatio, nominatio, vel supplicatio alterius quantumlibet, ut praemittitur, qualificati, absque eo, quod de ejus jure presentandi, nominandi, vel supplicandi constitisset, & aliquando praedita, seu alia eidem Sedi Apostolica narrativa prajudiciale fortasse in praesento Ecclesiarum ultimo statu fundata extitit, etiam de contrario statu, aut alijs de liberae provisione, etiam per litteras credidionis, aut alio modo apparent, seu constare posset. Aliquando etiam in provisionibus Ecclesiarum pro cultu divino, & ipsorum Ecclesiarum felici gubernio apponuntur diversa decreta, quæ per obitum proxorum, vel alijs affectum expirasse, cùm nihilominus perdurare debeant, donec fuerint adimpleta.

§. 11. Quandoque etiam in concedendis facultatibus, indultis, seu alijs gratiis, per Sedem Apostolicam etiam Regibus, & Principibus, Rebuspublicis, seu dominiis, ac feudatarii quomodolibet qualificatis, ac speciali expressione dignis concedi solitis, in quibus iuxta antiquum stylum erant priùs habenda litera declarationis, & promissionis, per privilegiatos scribenda Papæ concedenti, quibus ipsi potentes facultates, & privilegia, se è converto obligant debent pro observatione, & conservatione quarumcumque immunitatum, libertatum, & iurium Sedi Apostolica, Ecclesiarum, & personarum Ecclesiasticarum, ac honorum Ecclesiasticorum quotrumcumque; & tamen illis literis non receptis, fuerint concessæ facultates, indulta, & gratia Apostolicae praefata, etiam absque aliquo onere alijs intra aliquod tempus scribendi, & eidem Sedi presentandi, immò etiam aliquando Officiales Cameræ Apostolicae, sive notitiam iurium, & scripturarum Cameræ non habentes, seu memoria non retinentes, vel alijs expediverunt, sive expediti à Romanis Pontificibus, seu etiam à Nobis fecerunt, vel permiserunt vigore conventionum, concordatorum, transactionum, & compacterum cum Sede Apostolica initiorum, quasdam gratias, facultates, seu concessiones, & privilegia, uti debitas, ac debita, cùm tamen conventiones, concordiae, & pacta tunc per obitum personarum, vel alijs quomodolibet, etiam ex lapsu temporum, saltem in ea parte cessarent, seu expirassent, quæ omnia, eorumque singula etiam prætendantur in magnum ipsius sanctæ Sedi redundare detrimentum.

§. 12. Idcirco motu, scientia, deliberatione, ac potestatis plenitudine paribus, praesentum literarum tenore præfatas narrativas, enuntiativas, seu assertiones quomodolibet eidem Sedi prajudiciale factas, seu admisssas, ac respectivæ easdem facultatibus, indultorum, & gratiarum Apostolicarum concessiones, ac literarum expeditiones factas non expectatis, nec receptis literis ipsorum privilegiatorum, seu privilegiandorum, concessiones quoque in vim conventionum, & pactorum quomodolibet expiratorum, fuisse, & esse erroneas, erroneaque respetive expeditas, nullumque propterca, cùm non sit æquum, ut error veritati prævaleat, intulisse, nec inserre potuisse, neque in futurum posse prajudicium Sedi Apostolica, ac statui Ecclesiarum, statuunque ultimum ipsorum Ecclesiarum, & respectivæ Civitatum, Terrarum, Dominiorum, Castrorum, & locorum iurisdictionalium praeditorum, & quarumcumque facultatum, gratiarum, concessionum, aliorumque iurium Sedi Apostolicae, & Ecclesiarum inferiorum non fuisse, nec unquam esse attendendum, ubi de antecedenti contrario statu, vel initio constat, modo, & forma præmissis pariter declaramus, ac decernimus, & respectivæ omnia prajudiciale tollimus,

& irritamus, ac decreta in provisionibus preditarum Ecclesiarum apposita, non expirasse, nec expirare, sed docere adimplita fieri vigere, & in sequentibus censent repetita etiam declaramus, siveque imposterum perpetud observari volumus. Et quatenus unquam contingere, tam super praesentium literarum, quam super quacumque concessionum, facultatum, indultorum, gratiarum, ac dispositionum Apostolicarum in favorem Imperatoris, Regum, Principum, Rerumpublicarum, Dominiorum, Nationum, Provinciarum, seu Regnum per Romanos Pontifices predecessores nostros, & per Nos concessarum, seu alijs à Sede Apostolica emanatarum interpretatione, vel declaratione hasitari, vel dubitari, tunc omnibus, & singulis cuiuscumque status, gradus, conditionis, qualitatibus, ac dignitatibus, etiam Ecclesiastice existentibus, etiam quomodolibet, ut praemittitur, qualificatis, etiam regularibus cuiuscumque ordinis, instituta, congregacionis, ac societatis, de quibus individua expressio facienda foret, quamlibet interpretationem, ac declarationem sub majoris excommunicationis latè sententia, ac nullitatis omnium gerendorum penitentia ipso, etiam nulla facta declaratione, incurrēndis prohibemus, & interdicimus, & quacumque declarationem quomodolibet necessariam, seu opportunam desipit quandocumque faciendam dumtaxat Nobis, ac Romanis Pontificibus successoribus nostris canonice intrantibus perpetuè reservamus, & ante factas declarationes hujusmodi volumus praesentes nostras literas, & quascumque gratias, concessiones, ac dispositiones Apostolicas praeditas intelligendas esse ad literam, prout jacent.

§. 13. Praesentes quoque literas, ac omnia & singula in eis contenta, etiam ex eo, quod quicunque in præmissois, seu corum aliquo intereste habentes, seu habere quomodolibet pretendentis, illis nullatenus consenserint, & ad ea vocati, citati, vel auditu non fuerint, minusque canæ, propter quas eadem praesentes emanarint, deducatur, verificate, seu alijs sufficienter, aut etiam nullo modo justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obceptionis, nullitatis, aut invaliditatis vito, seu intentionis nostra, aut alio quovis, quomodolibet magno, inexcogitato, & substanciali defectu, aut ex quovis alio capite à Jure vel f. d. o. aut Statuto, vel consuetudine resultante, sive præstitionis etiam quadraginta annorum, & immemorabilis, ac enormis, enormissimæ, & totalis lassionis, aut quocunque alio colore, vel prætextu, etiam in corpore juris clauso, seu ex quacumque causa, & occasione, etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, etiam tali, que ad eff. & v. validitatis præmissorum necessariæ exprimenda foret, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & alijs superioris expressis, seu relativis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris, aut alius quodcumque Juris, facti, gratia, vel justitia remedium impetrari, seu etiam motu proprio, & alijs quomodolibet concedi, aut sic imperato, vel concessio quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud minimè p. se, sed easdem praesentes semper validas, firmas, & efficaces existere, & forte, si vosque plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet in futuro, inviolabiliter observari.

§. 14. Sicut, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caulfarum Palatii Apost. Auditores, Clericosque Praesidentes, ac Cameram, & quovis Sedi, & Cameræ praeditarum ministros, & officiales, necnon S.R.E. Cardinales, etiam Vicecancellarios, Camararios, ac tunc de latere Legatos, ejusdemque Sedi Nuntios, ac quascumque Congregationes, etiam speciali expressionem requeintes, etiam quorumcumque S.R.E. Cardinalium, & Praelatorum, & quovis alias quacumque auctoritate fungentes, nunc, & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, semper & ubique judicari, & definiiri debere, ac irritum & inane quidquid secundum super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, similiter decernimus.

§. 15. Non

Classis de
regaria.

§. 13. Non obstat, premissis, ac quibusvis constitutio-
nibus, & ordinationibus Apostolicis, tam generalibus,
quam specialibus, etiam in Conciliis universalibus editis,
& quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure
quæsto, & fel. rec. Pii Papa IV. etiam predecessoris no-
stris de gratia quæcumque interesse Cam. Apostolice
concernentibus, infra certum tunc expressum tempus in
eadem Camera presentandis, & registrandis, ita ut pre-
sentes nullo unquam tempore in eadem Camera presen-
tari, seu registrari necesse sit: Necnon quibusvis conni-
ventiis, tolerantiis, confessibus, taciturnitatibus, permis-
sionibus, usibus, consuetudinibus, etiam longissimis, &
immemorabilibus, etiam cum asserta fama privilegii Apo-
stolici, & statutis etiam juramento, confirmatione Apo-
stolica, vel quavis alia firmate roboratis, privilegiis quoque
Indulcis, concessionibus, licentiis, & literis Apostolicis
quibuscumque personis etiam, ut praemittitur, qualifica-
tis, ac Provinciis, Regnis, Civitatibus, Universitatibus,
Ecclesiis, Ordinibus, etiam Militariis, etiam S. Joan.
Hierosolymitanis, Congregationibus, Institutis, Societati
Jesu, aliisque locis, & perlonis quibuslibet, etiam speciali
nota, & expressione dignis, etiam motu, scientia, delibera-
tione, ac potestatis plenitude similibus, etiam consis-
tialiter, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum
quibusvis etiam derogatorium derogatoriis, aliisque
efficacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irri-
tan, & alijs quomodolibet in contrarium premissorum
concessis, editis, factis, ac pluries, & iteratis vicibus con-
firmatis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & sin-
gulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione, de illis
coramque tois ten. specialis, specifica, individua, ac de
verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem
importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda,
aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores
hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent, pre-
sentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis,
formamque in illis traditam pro servata habentes, ad pra-
missorum effectum specialiter, & expresse derogamus, ac
derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibus-
cumque. Non intendimus autem, per presentes tollere
declarations, & causarum terminaciones, ac alia, que etiā
respectu jurisdictionis, tam allodialium, quam feu-
darium, praesertim in ditione temporali Sedis Apostolicae
consistentium, facta seu facta fuerunt hucusque, vel in fu-
turum sicut judicialiter, vel etiam extrajudicialiter, causa
tamen cognita in Romana Curia, per Rotam, vel Came-
ram, aut etiam per specialiter deputatam, seu deputatum
à Romanis Pontificibus predecessoris nostris, vel à
Nobis, seu à successoribus nostris Congregationem, aut
judicem: nec etiam tollere centenariam præscriptionem,
concurrentibus de Jure requisitis, nec immemorabilem,
nisi in casibus, in quibus per factos Canones, seu Concilia
universalia, vel Constitutiones, Ordinationes, aut dispo-
sitiones Apostolicas illa reprobatur, seu illi derogatur,
aut alijs de Jure illa non suffragatur, firma tamen, & illi-
bata remanente Bulla Cœna Domini, tam per Nos, &
Romanos Pontifices predecessores nostros publicata,
quam in posterum à Nobis, & successoribus nostris pu-
blicanda, quod omnia, & singula, quæ in ea continentur.

Publicari
mandat.Dat. P. A. 18.
die 5. Junii 1641.
Publicatione.

C L X . Declaratio, & Moderatio facultatum Eminent-

issimorum, & Reverendissimorum DD. Car-
dinalium Archipresbyterorum, ac Protec-
torum, & Titularium Ecclesiarum, & locorum
piorum Urbis.

Aliam habes moderationem Indulctorum S. R. E.
Cardinalium, Pii V. in Conf. 38. tom. 2. Sanctissi-
mus. Item Pauli V. super collatione Beneficio-
rum Ecclesiasticorum Conf. 58. tom. 3.

V R B A N U S P A P A VIII. Edita
Ad perpetuum rei memoriam.

Q uamvis Romani Pontifices predecessores nostri eam
deliberatione, deque Apostolicæ potestatis plenitudine
concesserint S. R. E. Cardinalibus Archipresbyteris Ec-
clesiarum, seu Basilicarum S. Joannis de Laterano, S. Pe-
tri, & S. Mariae Majoris de Urbe facultatem per seipso,
suisque Vicarios, & Judices cognoscendi, & terminan-
di omnes, & singulas causas, ac lites, tam actives, quam
passive motas, & movendas inter ipsas Basilicas, carum
que Capitula, Canonicos, Beneficiarios, Clericos, Capel-
lanos, alioque eius inservientes ex una, ne a servitio Ba-
silicarum hujusmodi retrahantur, & quocumque alios
ex altera partibus privative, quoad Vicarium, aliosque
Judices Urbis, etiam ageretur de obligationibus Cam-
eralibus, & alijs, prout in eorum literis, & motibus pro-
priis uberioris continetur.

§. 1. Nihilominus, ut acceperamus, praetextu predicta-
rum facultatum, ac privilegiorum in eis contentorum,
ipsiusque Basilicis, ac illis inservientibus concessorum qui-
dam abusus, etiam tempore predecessorum nostrorum
irreperant, in aliorum Tribunalium, & collitigantium
præjudicium: Idcirco Congregatio Prælatorum alijs à
Nobis super inhibitionibus, & non gravetur, cursu
justitiae impeditibus deputatorum, ad tollendos, & evi-
tandos eosdem, alioque abusus, decrevit quod iisdem
Cardinalibus prædictarum Basilicarum Archipresbyteri,
eorumque Vicarii non concederent inhibitiones gene-
rales, sed particulares tantummodo, citata parte, & juxta
terminos earundem facultatum, & privilegiorum dum-
taxat, & alijs concessæ non servarentur, libereque eis non
obstantibus, fieri posset executio, quodque emphyteute,
inquilini, coloni, afficiuntur, & conductores non gaude-
rent privilegiis predictis, nisi quando ageretur de in-
teresse Ecclesiæ, & Ecclesia esset in causa. Cumque post-
modum experientia rerum magistra compertum fuerit,
Nobisque etiam plures occasione Signaturæ Gratiae in-
notuerit, ex obliterantia facultatum, & privilegiorum
prædictorum alia Urbis Tribunalia impediri, ac colliti-
gantibus detrimentum fieri, quando non agitur de bonis,
juribus, seu redditibus ipsarum Basilicarum, vel quando
Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, aut alii eisdem
Basilicis inservientes sunt actores.

§. 2. Propterea volentes justitiam æqua lance omnibus
ministrari, motu proprio, certaque scientia, ac matura de-
liberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitu-
dine, hac nostra Constitutione perpetua, nemus decreta
prædictæ Congregationis confirmamus, & approbamus,
supplentes omnes, & singulos defectus, etiam substantia-
les, si qui in eis quomodolibet intervenient, seu inter-
venisse dici possint; sed etiam statuimus, & ordinamus,
quod quando agitur de bonis, juribus, seu exigendis redi-
ditibus ipsarum Basilicarum, sive præbendarum, Capel-
laniarum, beneficiorum, administrationum, officiorum, seu
onerum in predictis Basilicis existentium, tunc actives
agendum sit coram eisdem Cardinalibus, Archipresbyteris,
sive eorum Vicariis, vel Judicibus per eosdem Car-
diniales deputatis, & pro tempore deputandis quando au-
tem agitur de alijs bonis, rebus, vel juribus quibuscum-
que, tunc si Canonici, Beneficiati, Clerici, Capellani, alijs
que ipsius Basilicis inservientes erunt rei, pariter conveni-
ti debent coram eisdem Cardinalibus Archipresbyteris,
seu eorum Vicariis, vel Judicibus prædictis, etiam si con-
venirentur vigore obligationis Cameralis: si vero fue-
rint actores, tunc prædictis privilegiis non gaudent,
nec

Datum Roma apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscato-
ris, die 5. Junii 1641. Pont. Nostri Anno 18.

Die 14. Augusti, anno ut supra, Pontificatus 19. supradicta

littera Apostolice publicata, & affixa fuerunt ad valvas Basilicarum
Principis post Cancellarie Apostolicae, & in acie Campi Flora-
riæ Urbis per me Dominicum Varsuum, S. D. N. Papa Curs. &c.

Pro Magistro Cursorum Dominicus Mangulus Curs.

nec possint reos ad forum Cardinalium Archipresbyterorum quoquo modo trahere. Ac insuper, quis ex facultatibus etiam mosu, scientia, deliberatione, & potestate partibus, quacumque de causa, quantumlibet favorebili, & pia, ac aliis quomodolibet concessis eisdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus Monasteriorum Monialium, Ecclesiarum, etiam Collegiarum, Collegiorum, Hospitalium, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, seu quorumcumque aliorum locorum pectorum de Urbe, illorumque honorum, rerum, & personarum quacumque apud Nos, & Sedere Apostolicam Protectoribus, sive ipsarum Ecclesiarum Titularibus similia impedita, damna, & prejudicia nasci, & emergere ne dum acceptimus, sed etiam compemimus, propter eas praefatas ordinationes, & statuta quoad facultates dictorum Cardinalium Archipresbyterorum, ut premittitur, factas, & facta, in futurum etiam quoad predictos Cardinales Protectores, & Monasteria Monialium, Ecclesias, etiam Collegias, Collégia, Hospitalia, Confraternitates, Archiconfraternitates, aliae loca pia de Urbe predicta, eorumque bona, res, & personas qualibet ipsi Cardinalibus, tam ratione protectionis, quam ratione tituli, ac aliis quovis nomine nunc, & pro tempore per Nos, & Romanos Pontifices, etiam successores nostros commissas, & commissa perpetuas in omnibus, & per omnia in violabiliter observari volumus, & mandamus.

§. 3. Presentes quoque literas, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam Cardinalis Archipresbyteri, & Protectores, aliaeque personae predictae, & ceteri qui cumque in premissis interessent habentes, aut habere quomodolibet pretendentes, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, & auditi, minusque causae, propter quas presentes emanarunt, adducet, aut sufficienter, vel etiam nullatenus justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitiis, intentionis nostra, aut alio quovis defectu, etiam quantumvis magno, inexcogitato, & substantiali, sive etiam ex eo, quod in premissis, seu eorum aliquo solemnitate, & quavis alia servanda & adimplenda, servata, & adimpta non fuerint, aut ex quovis alio capite, à Jure vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, & totali lesionis, aut quocumque alio colore, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa, etiam quantumvis iusta, rationabili, & privilegiata, & tali, que ad effectum validitatis premissorum necessaria exprimentia forent, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superius expressis, seu relatis nihil ullibi appareret, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos Juris reduci, vel aduersus illas restitutioonis in integrum, apertitionis oris, reductionis ad viam, & terminos juris, aut aliud quocumque Juris, facti, gratia, vel justitia remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato, vel concessio quempiam uti, seu se jurare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositiobibus pro tempore quomodolibet faciendi comprehendendi, sed semper ab aliis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos, ad quos spectat, & quomodolibet spectabit, inviolabilitate observari.

§. 4. Sicque, & non aliter in premissis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac predictos, aliosque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, & alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac iritum, & inane si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus premissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de jure quæsito non tollendo, & quibusvis

alii Cancellariae Apostolicae Regulis, ac p[ro]m[ulg]atione p[ro]p[ter]e[re] p[re]dicti Papae I V. etiam predecessoris nostri, de gratiis qualcumque interesse Cameræ Apostolice concernientibus infra certum tunc expremum tempus in ea præsentandis, insinuandis, & registrandis, ac quibusvis alii constitutis, & ordinationibus Apostolicis, aut etiam quantum opus sit, ipsarum Ecclesiarum, seu Basilicatum, Monasteriorum, Collegiorum, Confraternitatum, Archiconfraternitatum, seu quorumcumque aliorum locorum pectorum de Urbe, illorumque honorum, rerum, & personarum quacumque apud Nos, & Sedere Apostolicam Protectors, & Consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis ipsis Ecclesias, seu Basilicis, illarumque Cardinalibus Archipresbyteris, sive eorum Vicariis, ac Monasteriis, Collegiis, Confraternitatibus, Archiconfraternitatibus, Hospitalibus, & aliis locis p[ro]p[ter]e[re] p[re]dictis, nec non eisdem Cardinalibus, Monasteriorum, Ecclesiarum, aliorumque pectorum locorum prædictorum Protectores, & aliis personis prædictis, sub quibusvis verborum tenore & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriam derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, irritantibusque & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum omnium, & singulorum tenores, etiam maiores, & veriores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo labore permanstris, ad premissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dat. P.A. 1641.
die 23. Decembbris 1641. Pontificatus nostri anno deci- die 23. Decembbris 1641.

In Nominis Domini Amen. Anno à Nativitate ejusdem Domini Nostri Iesu Christi 1641. Indictione 10. die vero quinta mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patri, & D.N.D. Urbani divina providentia Papa Octavi, anno ejus 19. supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, nec non in acie Campi Flora, & in aliis locis solitis, & consueatis Urbis, per me Camillum Friesonum, Sanctiss. D. N. Papa Cursum.

Pro D. Magistro Cursorum Joseph Massau,

Prohibitio ne in Ecclesiis sumatur Tabacum CLXI.

Quanto zelo Ecclesiarum reverentiam procurari. Summi Pontifices, apparet ex immunitate iisdem Ecclesiis concessa, quam inviolabilitate observandam jubes Greg. XI. Capit. 7. Cum alias nonnulli, tom. 2. Ad quod habes etiam dispositionem Concilii Tridentini. scilicet cap. 20.

V R B A N V S . P A P A V I I I . Editio A.D. 1641.
Ad futuram reti memoriam.

Cum Ecclesiis Divino cultui dicatae Domus sint orationis, eafque propterea omnis sanctitudo debeat, merito Nos, quibus cunctarum per Orbem universarum Ecclesiarum cura à Deo commissa est, advigilare convenit, ut ab eisdem Ecclesias quicumque actus profani, & indecentes procul arceantur. Itaque cum, sicuti pro parte dilectorum filiorum Decani, & Capituli Ecclesiae Metropolitanæ Hispalensis Nobis nuper expositum fuit, pravus in illis partibus sumendi ore, vel naribus Tabacum vulgo nuncupatum usus aded invaliderit, ut utriusque sexus persone, ac etiam Sacerdotes, & Clerici, tam saeculares, quam regulares, clericalis honestatis immemores, illud passim in Civitatis, & Diocesis Hispalensis Ecclesias, ac quod referre pudet, etiam sacrosanctum Missæ sacrificium celebrando sumere, linquaque sacra foodis, quæ Tabacum hujusmodi projecte, excuse

excrementis conspicere, Ecclesiæque predicas tetto
odore inficere, magno cum proborum scandalio, resum-
que sacrarum irreverentia non reformatent.

Vetus Tabula. §.1. Hinc est, quod Nos, et abusus tam scandalosus ab
eo de Ecclesiæ Ecclesiæ hujusmodi profus eliminetur, pro pastorali no-
tiorum sub ex-
communicati-
onis lata fœ-
nacia pene.

§.1. Hinc est, quod Nos, et abusus tam scandalosus ab
probatis pos-
stra sollicitudine providere, ac Decanū, & Capitulum pre-
fatos specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes,
& eorum singulares personas à quibusvis excommunicati-
onibus, suspensionibus, & interdictis, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & penitis à jure, vel ab hominib[us] quavis
occasione, vel causa latissimam, si quibus quomodolibet manu-
date existunt, ad effectum præsentium damnumq[ue]at conse-
quendum harum serie absolventes, & absolutorum fore cen-
tes, supplicationibus ipsorum Decani, & Capituli No-
bis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus &
singulis utriusque sexus personis, tam secularibus, quam
Ecclesiasticis, etiam cuiusvis Ordinis, Institutū, ac Militia-
rum, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regu-
laribus quomodolibet qualificatis, & quantumlibet pri-
vilegiatis, & exemptis, etiam speciali nota, & expressione
dignis, ne de cetero in quibusvis Civitatis, & Diocesis
prædictarum Ecclesiæ, earumque atriis, & ambiti Ta-
baccum, sive solidum, sive in frusta concisum, aut in pul-
varem redactum ore, vel naribus, aut fumo per tubulos
& alijs quomodolibet sumere audeant, vel præsumant,
sub excommunicationis late sententia eo ipso absque
aliqua declaratione per contrafacientes incurriende po-
nas, auctoritate Apostolica tenore præsentium interdic-
mus, & prohibemus.

*Ecclesiæ
depo. ac.* §.2. Quocirca Venerabili fratri Archiepiscopo Damia-
nensi, moderno, & pro tempore existenti nostro, & Apo-
stolicæ Sedis in Regnis Hispaniarum Nuntio per pre-
sentes committimus, & mandamus, quatenus per se, vel
aliū, seu alios presentes literas, & in eis contenta que-
cumque, ubi & quando opus fuerit, solemniter publica-
re faciat, illas & in eis contenta hujusmodi ab omnibus,
ad quos spectat, inviolabiliter observari, contradicentes
quolibet, & rebello, ac prohibitioni hujusmodi non pa-
rentes per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque op-
portuna juris, & facti remedia, appellatione postposita
compescendo, invokeato etiam ad hoc, si opus fuerit, au-
xilio brachii secularis.

*Contrarii
dixit.* §.3. Non obstantibus felicis recordationis Bonifaci
Pape Octavi prædecessoris nostri de una, & in consilio
generali edita de duabus dietis, dummodo ultra tres die-
tas aliquis auctoritate præsentium in judicium non tra-
hatur, aliisque constitutionibus, & ordinationibus Apo-
stolicis, etiam Conciliaribus, necnon Ecclesiæ præ-
dictarum, ac quorumvis Ordinum, Congregationum,
& Institutorum regularium, ac Militiarum, etiam Hos-
pitalis S. Joannis Hierosolymitani, etiam juramen-
to, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate ro-
boratis statutis, & consuetudinibus, stabilimenti, usi-
bus, & naturis, ac ordinationibus capitularibus, privi-
legiis quoque, indulxit, & literis Apostolicis in contra-
rium præmissorum quomodolibet concessis, confirma-
tis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illarum te-
nores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis ha-
bentes, illis alias in suo labore permanuris, ad præ-
missorum effectum specialiter, & expressè derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus,
vel alicui conjunctim, vel divisim sit ab eadem Sede in-
dolunt, quod excommunicari, suspendi, vel interdicti
non possint per literas Apostolicas non facientes ple-
nam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indule
hujusmodi mesacionem.

*Transfusio-
nes fidei.* §.4. Volumus autem, ut præsentium transumptis,
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica
constitute munitis eadem prorsus adhibeatur fides
qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibita, vel
ostensa.

*Dicit. P.A. 19.
duo 30 Ian.* Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris,
die 30. Januarii 1641. Pontificatus Nostri anno decimo
mono.

Declaratio circa exactiōem taxæ Collegio
Subdiaconorum Sedis Apostolice assignatae
ratione provisionum Ecclesiæ Palliis in-
signitarum.

*Sixtus V. paulò ante obitum cedula Motus proprii
confecrat contra abusus qui irrepserant in ex-
actione hujusmodi taxæ; qua quidem cedula in li-
teris Gregorii XV. desuper confessis plenis con-
tinetur.*

V R B A N V S P A P A V I I I . Edicta
Ad perpetuam rei memoriam.

§.1. D

Sixtus V. Uidum felicis recordationis Sigis. Papa V.
predecessor noster, ex certis tunc rationabilibus
causis adductus, & abusibus, & scandalis, que cir-
ca exactiōem taxæ emolumentorum ratione Ecclesiæ
Palliis insignitarum Collegio Subdiaconorum Apo-
stolicorum de numero participantium debitorum irre-
perant, cum interdum emolumenta ipsa iidem Subdia-
coni etiam per retentionem Palliorum perciperent, op-
portunum remedium adhibere volens, sub datum videlicet
Nonis Decembris Pontificatus sui anno secundo, Mo-
tu suo proprio per eum habita consideratione, quod Ro-
mani Pontifices taxas, & emolumenta hujusmodi, tan-
quam primitas fructuum inferioris Ecclesiæ vacantis
pro stipendiis officialium Sedis Apostolicae, & conser-
vatione universalis Ecclesiæ militantis assignaverant,
tunc, & pro tempore existentibus Subdiaconis predictis,
quod de quarumcumque Ecclesiæ Patriarchalium, &
Metropolitanarum, vel alijs de jure, consuetudine, aut
privilegio Palliis hujusmodi insignitarum, etiam titularium,
etiam in partibus insidelium existentium fructibus
in literis super eorum provisionibus in posterum confi-
ciendis expressis, & taxatis, quinque florenos auri pro
quolibet centenario inter ipsos Subdiaconos de numero
participantium tantum, juxta eorum constitutiones, seu
consuetudines dividendos, & distribuendos, ceteraque
jura & emolumenta percipere, & exigere liberè, & licet
tē possent, plenam, & liberam licentiam, & facultatem
Apostolica auctoritate perpetuā concessit, ac tunc, & pro
tempore existentibus plumbi Collectoribus, seu Plum-
batoribus Apostolicis, sub ducentorum ducatorum ipsis
Subdiaconis pro una, & pro altera medietatibus piis lo-
cis arbitrio suo applicandorum pena commisit, & man-
davit, ne postea literas quascumque super hujusmodi
Ecclesiæ expeditas, vel expediendas plumbarent, aut
plumbatas partibus restituerent, nec restituī permitte-
rent, nisi priùs de summa singulorum quinque floreno-
rum pro quolibet centenario hujusmodi eisdem Subdia-
conis foret integrè satisfactum, & de satisfactione con-
staret per chirographum Recepiois dictorum Subdia-
conorum, sive eorum Decani, vel Prodecani manu si-
gnatum, vel per appositionem manus ejusdem in literis
præfatis loco congruo, ad instar eorum officialium
similes taxas habentium, & exigentium.

§.2. Voluit autem dictus Sixtus prædecessor, & di-
strictus prohibendo mandavit, ne ipsis Subdiaconi ultra
dictam taxam pro susceptione, ac dote dictorum Offi-
cialium percipi solitam, ceteraque jura, & emolumen-
ta consueta prædicta, quicquam aliud pro ipso Pallio,
neque ratione concessionis, benedictionis, sive tradi-
tionis ejusdem exigere, aut accipere, sub quingentorum
ducatorum ipsis Ecclesiæ, à quibus accepissent, pro una,
& pro altera medietatibus, locis piis arbitrio pro tem-
pore existentis Romani Pontificis applicandorum pena
auderent, seu presumerent, & alijs prout in cedula mo-
tus proprii ejusdem Sixti prædecessoris, sub Datum no-
nis Decembris, Pontificatus sui anno secundo, & in lite-
ris Apostolicis desuper per p[ro]m[iss]am mem. Gregorium XIV.
etiam prædecessorem nostrum, cum ipse Sixtus ante-
quam ejus littera desuper conficerentur, sicut Domino
placuit, rebus fuerit humanis exemptus, confessis pleni-
nius continetur.

§.3. Cum

URBANUS OCTAVIUS.

229

§. 3. Chm autem, sicut Nobis super innovis, etiam de innovatis, necnon aliis, quæ idem Sixtus, & Gregorius prædecessores, prefati voluerunt non obstat. Quibus omnibus, & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus speciali, specifica, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per classulas generales idem importantes mentio, seu alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores præsentibus pro plenè, & sufficienter expressi habentes, illis aliis in suo robore permanunt, latissime, ac plenissime ad effectum præmissorum specialiter, & expressi, harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, *Das. P.A. 19.*
die 7. Februario 1642. Pontificatus nostri anno decimo-
die 7. Febr.

§. 4. Quod Subdiaconi prefati nunc, & pro tempore existentes, non solum sub eisdem penis indicti & com-

minatis, sed etiam sub excommunicationis majoris late-

sententie, & privationis Subdiaconatum, & aliorum per

eos obtentorum officiorum, & beneficiorum Ecclesiastici

corum quorumlibet ipso facto, absque alia declaratione,

& citatione incurriendis, & aliis arbitrio Romani Ponti-

ficiis pro tempore infligendis penis taxam ad rationem

quinque florinorum pro qualibet centenario eis, ut praef-

feratur aliq[ua]ntam, in tot ducatis auri de Camera, prout

ali Officiales Canicularis, & Camera Apostolicarum

participantes earum ratas respectivè recipiunt, & exi-

gunt, & non quidem pro ipso Pallio, seu occasione Pal-

lii, vel ratione confectionis, benedictionis, propositionis,

five traditionis ejusdem Pallii, sed dumtaxat, ut praef-

feratur, in actu expeditionis literarum Apostolicarum su-

per provisionibus Ecclesiasticis Pallii insignitarum, licet

ante vel post traditionem ipsius Pallii expediantur, &

quoad eas, quæ in partibus infidelium constiunt, & nul-

los redditus habent, nihil omnino: quo verd ad eas,

quæ in dictis infidelium partibus constiunt, & aliquos

redditus habent, ad ratam quantitatis redditum, &

quoad eas, quarum taxæ per speciale mandatum Roma-

ni Pontificis pro tempore existentis, perpetuò vel ad

tempus, ad minorem summam reducuntur, iusta redu-

ctionem, & quoad numeros, qui ad centum non ascen-

dunt, ad ratam numerorum hujusmodi respectivè dum-

taxat, & nihil ulterius, etiam à sponte dantibus, & offe-

rentibus exigant & recipient, aut exigere, & recipere

præsumant, & ad hunc effectum pro perpetua, & incon-

cussa præsentium, & contentorum in eis observatione

commissionem, & mandatum Plumbi Collectoribus, sive

Plumbatoribus, necnon prohibitionem dictis Subdiaconis

per dictas cedulaum Sixti, & literas Gregorii præde-

cessorum, ut supra facta, p[ro]eniasque in eis contentas, ad

quarum exactionem manu regia & via executiva, nulla

prævia citatione procedi posse volumus, per easdem pre-

fentes innovamus.

§. 5. Decernentes easdem præsentes de subreptionis,

vel obreptionis vicio, aut intentionis nostræ, vel quo-

piam alio defecu notari, vel impugnari, aut ad viam, &

terminos juris reduci, seu adversus illas quocumque

juris, gratia, vel facti remedium impetrari nunquam

posse.

§. 6. Sicque, & non aliis per quoscumque Judices

ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes,

etiam eausarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E.

Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, di-

ctaque Sedis Nuntios, sublata eis, & eorum cui libet

quavis alteri judicandi & interpretandi facultate, & au-

thoritate, judicari & definiri debere, irritumque, & inane,

si scimus super his à quoquam quavis auctoritate, scien-

ter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 7. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit

nostri regula de non tollendo jure quæsito, & aliis con-

stitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Collegii

Subdiaconorum hujusmodi etiam iuramento, confirmatione

Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis,

& consuetudinibus, etiam antiquissimis, privilegiis quoque,

indulitis, & literis Apostolicis in contra-

sum præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis,

Bullar. Mag. Tom. IV.

Constitutio circa formam & habitum sacrarum **CLXII.**
Imaginum.

De venerazione Sanctarum Imaginum habet Grego-

rii XII. Confis. 33. Sanctissimus. § 15. tom. 2.

Circa formam autem & habitum sacrarum Imaginum lege Sacrosancta Tridentina Synodi De-

cretum.

R B A N V S P A P A V I I I. *Edita An. D.*
Ad finiun rei memoriam. *1642.*

Sacrosancta Tridentina Synodus optimè agnoscens *Exordium.*
Non leve scandalum afferre posse, si quid inordinatum, aut præpostere accommodatum, vel profanum in Ecclesiæ apparet, statuit nemini licere ollo in loco, vel Ecclesiæ, etiam quomodolibet exempta, ullam insolitam Imaginem ponere, vel ponendam curare, nisi ab Episcopo approbatæ fuerit.

§. 1. Cum autem, sicut acceperimus, ex predicti Decree-
ti inobservantia varii abusus irreperint; idcirco Nos
abusus hujusmodi tollere pro debito pastoralis officii no-
stri volentes, re etiam cum Venerabilibus fratribus nostris
S.R.E. Cardinalibus Sacris Ritibus Præpositis commu-
nicata, & mature considerata, & discussa, inhaerendo dictæ
dispositioni Sacrosanctæ Tridentinae Synodi, Motu pro-
prio, & ex certa scientia nostris, deque Apostolicæ po-
testatis plenitudine, ne quis cuiuscumque gradus, quali-
tatis, ordinis, status, vel conditionis, ac dignitatis, & præ-
eminentie, etiam ecclesiastica, etiam individua, ac specia-
li expressione dignæ existat, Imagines Domini Nostris
Jesu Christi, & Deipara Virginis Mariae, ac
Angelorum, Apostolorum, Evangelistarum, aliorumque
Sanctorum, & Sanctorum quorūcumque audeat secul-
pere, aut pingere, vel sculpi, aut pingi facere, aut an-
tebas sculptas aut pietas, & aliis quomodolibet effigies
tenere, seu publico aspectui exponere, aut vestire cum
alio habitu & forma, quam in Catholica, & Apostolica
Ecclesiæ ab antiquo tempore consuevit, nec etiam cum
habitu peculiari aliquis Ordinis Regularis, tenore præ-
sentium prohibemus: ac ut Imagines aliter pietas, vel
sculpta ab Ecclesiæ, & aliis locis quibuslibet amoveantur,
& delectantur, vel reducantur, & reformentur ad
habitum, & formam in Ecclesia Catholica, & Aposto-
lica ab antiquo tempore consuetam, ut venerantur, & cul-
tas sic dictis Imaginibus augeantur, & quæ oculis fide-
lium subjiciuntur, non inordinata, nec insolita appareant,
sed devotionem pariant, & pietatem. Et ne exponantur
in Ecclesiæ quibuslibet, ac quomodolibet qualificatis,
ac earum Frontispiciis, & Atriis Imagines profanæ,
vel alias indecentiam & in honestatem præferentes, cum

V Domum

Domum Dei deceat sanctitudo, precipimus. Quocirca quibuscumque Venerabilibus fratribus Patriarchis, Prelatis, Archicancelloris, Episcopis, & aliis locorum Ordinariis, ac nostris & Apostolicis Sedi Nuntiis, & Legatis etiam de Latere, sub oblatione divini Judicii mandamus, ut predicta inviolabilitate, & exacte observent. Mandantes insuper omnibus Capitulis Ecclesiarum etiam Cathedralium, & majorum, ac Universitatibus etiam Studiorum, Monasteriis, ac Collegiis, & personis quibuscumque, etiam Ecclesiasticis, Secularibus & Regularibus cuiuscumque Ordinis, etiam Cisterciens, Institutum, Congregationis, & Societatis, etiam Iasu, etiam Militaribus, etiam Hospitalis S. Joannis Hierosolymitanorum, aliamque Militiarum, & ceteris quibuscumque quomodolibet qualificatis, ac eadem individua expressione, & speciali nota dignis, ac Monialibus, etiam Regularium gubernio subjectis, ac etiam Sedi Apostolica immedie suppeditis, ut in eorum Ecclesias, & locis omnia & singula premissa observent, & observari faciant.

*Executiones
de patribus.*

§. 2. Quatenus vero ipsi, praesertim Regulares, ac Moniales praesentibus literis, ac omnibus in eis contentis parere neglexerint, possint & debeant Episcopi, & locorum Ordinarii, & Metropolitan, Primates, & Patriarchae, Nuntii, & Legati Apostolici de Latere missi, tanquam in hoc à Sede Apostolica specialiter delegati, contra omnes & singulos predictos, & quoscumque alias quomodolibet inobedientes & transgrediores, procedere, & quacumque appellatione, recursu, reclamazione, alii que juris & facti remedii ordinariis, & extraordinariis penitus, & omnino remotis, ad omnimodam observantiam illos prævia unica monitione, censuris Ecclesiasticis, & aliis eorum arbitrio, & praesertim quoad loci Superiorum, etiam privationis officiis, & vocis activæ & passiva pœnis compellere.

*Clausulas
prætrahentes
etiam appositis.*

§. 3. Praesentes quoque literas, & in eis contenta quacumque nullo unquam tempore de subreptionis, obceptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ, vel quocumque alio, etiam quantumvis substantiali defectu notari, impugnari, vel redargiri posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, siusque plenarios effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus ad quos spectat, & spectabit in futurum, inviolabilitate observari.

*Clausula
affixa.*

§. 4. Sicque, & non aliter in præmisis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctorum Ecclesiarum Cardinales, etiam de latere Legatos, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, jucicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus lumen his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantia contigerit attentari, decernimus.

*Concessione re-
motis.*

§. 5. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii Papæ VIII. predecessoris nostri de una, & Concilii generalis de duabus diebus, alisque constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis in favorem etiam personarum, atque Ordinum quorūcumque, etiam Cisterciensis, ac tam Mendicantium, quam non Mendicantium, Militiarum, etiam S. Joannis Hierosolymitanorum, Congregationum, Societatum, etiam Iesu, ac cuiusvis alterius Instituti, etiam necessariis, & individue exprimen, Monasteriorum, Conventuum, Capitulorum, Ecclesiarum, & aliorum quorumcumque, tam secularium, quam regularium locorum, necnon illorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate robortis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, exemptionibus quaque, indultis, & privilegiis etiam in corpore juris clausis, aut ex causa & titulo querendo, vel in limine fundationis concessis, etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut alijs nuncupatis, Confervariorum deputationibus, corumque, atque aliis inhibitionibus, quibus Episcopi, & ali Ordinarii, & Superiores predicti deferre minimè tenentur, & quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficatoribus, & insolitis clausulis, nec non irritantibus decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, aut alijs quomodolibet, etiam per viam communicationis,

seu extensionis concessis, & iteratò approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, ac de verbis ad verbum, non autem per clausulas generales idem importanter mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, eorum tenores praesentibus pro sufficienter expressis, & ad verbum inferti habentes, illis aliis in suo labore permanens, specialiter, & expresse derogamus, esterisque contraria quibuscumque.

§. 6. Et ne præmissorum ignorantia possit ab aliquo prætendi, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, ut praesentes literæ, seu illarum exemplum ad valvas Basilicae Principis Apostolorum Urbis, ac in acie Campi Flora affixa omnes perinde arcent arque afficiant, ac si unicuique personaliter intitulæ fuissent.

§. 7. Quodque praesentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides adhibetur, qua praesentibus adhibetur, si forent exhibiti, vel ostensi.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 15. Martii 1642. Pont. nostri anno 19.

*Die 26. Junii 1642. supradicta litera Apostolica affixa,
& publicata fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apo-
storum, & in acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & confi-
tis Urbis, per me Dominicum Varesium, Sanctiss. Domini
Nostræ Pape Cufi.*

Pro Magistro Chororum Dominicus Mangilius Cufi.

Pro observatione Festorum.

CLXII.

Festa observari iustæ, eorumque diebus mercatus, profanaque negotiationes fieri prohibuit Pius V. Conf. 5. Cum primùm, tom. 2.

*V R B A N V S E P I S C O P V S, Edit. 1642.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Universa per Orbem novit Ecclesia Romani Pontificis supremæ incumbere sollicitudini Dominicum gregem ad æternam dirigere salutem, & Apostolica sic explicare præcepta, ut fideles in viam mandatorum curere, & ad beatitudinem valeant feliciter pervenire.

§. 1. Plurimorum siquidem Venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscoporum, & Episcoporum per varias Regiones constitutorum relatione ad Nos pervenit, festorum multitudinem per singulas eorum Dioceses, atque Provincias adeo crevise devotione, atque consecutidine nova in dies introducente, ut multi jam dubitare videantur, quænam ex præcepto, quæve ex libera cujusque voluntate sint servanda, pietatis fervore ob nimiam eorumdem numerositatem repescente? Quinim & clamor Pauperum frequens ascendit ad nos eandem multitudinem ob quotidiani vietus laboribus suis comparandi necessitatem sibi valde damnosam conquerentium, & quod summopere dolendum est, magno cum animi nostri incertore didicimus, tanta sœpè sepius machinatum inimicū in Sanctos, ut ipsa multitudine non ad edificationem, & ad landandum in Ecclesiis Deum populi utantur, sed ad oria, vanitates, & vita frequenter abuti non formident, ita ut quæ ad glorificandum Divinum Nomen sunt primitus instituta, temporis decursu inimicus homo corperit, & in magnam illius offenditionem, gravemque jactaram converterit animarum. Quamobrem dicti Ven. fratres Archiepiscopi, & Episcopi Nobis fecerunt humiliter supplicari, ut in prædictis de Apostolica potestatis plenitudine congruum aliquam iniremus rationem.

§. 2. Nos itaque volentes ex debito pastoralis officii providerere, & sanctificationis festorum certum deinceps firmare præceptum, antiquam Ecclesiam in hoc consuetudinē se præfiant, habitus prius frequentibus per doctos, piosque Viros, quos ad hæc specialiter deputavimus, consultationibus, ut rei videtur gravitas postulare, Motu proprio, & ex reconjunctivis certa

URBANUS OCTAVUS.

232

certa scientia, meraque deliberatione nostris, necnon de locorum, cujuscumque qualitatibus, etiam Cardinalatus honore, ut praesertim fulgentes, Legatos etiam de latere, & Sedis Apostolicæ Nuntios, ipsi Provinciis, Civitatis, Oppidi, & locis, aliisque quibuscumque, etiam quantumvis privilegiatis, personis etiam Imperatoris, Regum, Reginarum, Rerum publicarum, Dicorum, aut aliorum Principum contemplatione, vel intuitu, ac alias in contrarium forsitan quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiæ alias pro illorum sufficienti derogatione de illis, corumque totis tenoribus specialia, specifica, expressa, & individua, non autem per classulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, eisdem praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes, motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut earundem praesentium transumptis etiam impressis, & manu Notarii publici subscribris, ac sigillo persone alicuius in dignitate Ecclesiastica constitute munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in judicio, quam extra illud adhibetur, que eisdem praesentibus adhibetur, si forent exhibite, vel ostense.

§. 7. Nulli ergo hominum licet hanc paginam nostrorum Decretorum, Declarationum, Monitionis, Intentio-
Transumptis credi possit.
n. Mandati, Derogationis, & voluntatis insinuare, vel ei ausi temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumperit, indignationem Omnipotenti D. i. ac BB. Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnat. Dominicæ
1642. Idibus Septembri, Pont. nostri anno 20.

20. Idib. Sep-

tembr.

De 22. Decembri 1642. supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Ratisbonæ Principis Apo-
stolorum, & in acie Campi Flore, ac aliis locis solius, & congre-
tis Urbis, per me Ioannem Garzianum Sanctiss. D. N. Pape Cuius.
Raymundus Brambilla Magister Curorum.

Dat. P. Anno
1642. Idib. Sep-

tembr.

Confirmatio Decreti Clem. Papæ VIII. prohibentis fieri uniones Beneficiorum dispositio-
ni Sedi Apostolicæ reservatorum, vel affectorum, cum declaratione quod Decretum hujusmodi comprehendit etiam S.R.E. Cardinales, & alios indulta conferendi reser-
vata habentes, quodque illi non potuerunt, nec possunt conferre Beneficia duplice reserva-
tione personali reservata, vel affecta.

*Beneficiorum omnes uniones effectum non fortiter sunt revocatae hujus Pontificis Conf. 69. Sanctissimus. Beneficiorum, seu Ecclesiastum unionem pe-
tentem debent exprimere verum valorem annuum etiam beneficii cui aliud unitur, aliquatenus unio non valeat, Greg. XV. Conf. 11. §. 2.*

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita An. D.

Ad perpetuam rei memoriam.

1642.

Quamvis fel. rcc. Clemens Papa VIII. predecessor Exordium. noster, accepto quod aliqui Ordinarii beneficia Ec-
clesiastica in suis mensibus vacantia, & alias dispositioni Apostolice non reservata personis sibi benevolentibus confe-
reabant, illa verò, quæ reservata erant, Seminariis puerorum sepè uniebant; ad evitandum hoc Sedi Apostolice prejudicium, per ejus decretum prohibuerit, ne uniones beneficiorum Ecclesiasticorum dispositio-
ni Sedi Apostolice tempore, quo uniuersitatem reservatorum, vel affectorum fieri possent, etiam vigore Decretorum S. Con-
cilii Tridentini in favorem Seminariorum Puerorum ad prescriptum ejusdem Concilii effectorum, sive erigen-
dorum: nihilominus postea pretextu Indultorum Apo-
stolicorum conferendi beneficia reservata, vel affecta

V 2 per

Bullar. Mag. Tom. IV.

per Romanos Pontifices praedecessores nostros, ac etiam per nos aliquibus personis, præsertim S.R.E. Cardinalibus concessorum, executio prædicti Decreti Clementis prædecessoris de facto impedita fuit, & impeditur, quoniam Cardinalem Indulxit conferandi, & disponendi de reservatis, vel affectis habentes assertum se non esse in prædicto Decreto comprehensos, tanquam in eo expressi non nominatos, & ulterius tam ipsi Cardinales, quam alii, qui ex prædictis Indulxit Apostolicis habent facultatem conferendi reservata, seu affecta, ac de eis disponendi, nendum prætendunt Indulta hujusmodi continere facultatem disponendi de eisdem Beneficiis, etiam per modum Unionis, & extinctionis in præjudicium perpetuum Sedis Apostolicæ, quæ illorum provisione perpetuam privata remanerent, sed etiam ex ipsius Indulxit esse sublatam, & extintam reservationem, & affectationem quamcumque, ideo etiam auctoritate ordinaria potuisse, & posse per eos fieri eorundem Beneficiorum, uti non reservatorum, nec auctoritatem unionem, Decretatio Concilii eis concedere facultatem uniendo etiam reservata eisdem Seminariis. Quoniam etiam in Pontificatu rec. mem. Pauli V. etiam prædecessoris nostri, hactenus ex voto duorum Rotæ Auditorum fuerit in Dataria observatum, & obseretur, Beneficia duplice reservatione personali reservata vel affecta non comprehendendi in prædictis Indulxit, tamen etiam prætendent hanc reservationis duplicitatem non impedit corum provisionem vigore prædictorum Indulitorum faciendam, eisdemque Beneficiorum unionibus non obstat, & propterea diversimodè etiam executio literarum Apostolicarum provisionis eorundem Beneficiorum indebitis prætensionibus hujusmodi impedita fuit, & impeditur de facto in diversis Tribunalibus, & Congregationibus, præsertim Rotæ, & Congregacionis Concilii Tridentini, in quibus reperiuntur factæ resolutiones etiam inter se discordantes.

*Decretum Cle-
mantis VIII
prohibitionis
fieri uniu-
ersitatis
confirmatio-
nem
Observe-
rando.*

§.1. Volentes igitur prædicta impedimenta tollere, & nostro oraculo prætensis dubitationes dilucidare, Motu proprio, certaque scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra perpetua constitutione prædictum Decretum Clementis prædecessoris prædicti, super executione, seu interpretatione ejusdem Concilii emanatum confirmamus, inviolabiliterque de cetero observari mandamus per quoscumque Patriarchas, Metropolitanos, Archiepiscopos, Episcopos, ac S.R.E. Cardinales, declaramusque prædictum Decretum etiam cœldem Cardinales comprehendere, & comprehendere, prædictosque Cardinales, & quoscumque alias prædicta Indulta Apostolica confundi prædicta Beneficia reservata, seu affecta, & de eis disponendi habentes, non potuisse hactenus post prædictum Decretum Clementis prædecessoris, nec in posterum posse in vim illorum, nec vigore ejusdem Concilii, aut alijs etiam auctoritate eorum ordinaria, prætextu quod ex prædictis Indulxit extinxerat, & sublata sunt reservations, & affectationes eadem Beneficia quomodolibet tempore unionis reservata, vel affecta unire, etiam Seminariis prædictis Puerorum, nec de eis per viam quoscumque unionis, suppressionis vel applicationis disponere, nec etiam in vim prædictorum Indulitorum reservata & affecta conferendi, ac de eis disponendi, potuisse, nec possit conferre Beneficia duplice reservatione personali reservata, vel affecta.

*Clementis
præservationis
et sublata.*

§.2. Præsentes quoque literas de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatris vitiis, nost: æque intentionis defecctu, etiam ex eo quod Seminaria, & quibuscumque, & cujuscumque status, conditioni, gradus, qualitatis, ac dignitati, etiam Ecclesiastice desuper interesse habentes, vel habere prætententes ad hæc vocati non fuerint, vel præmissi non consenserint, notari, impugnari, redargui, aut in ius, vel controversiam revocari non posse. Sicque, & non aliter per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam Sacri Palati Apostolici causarum Auditores, ac S.R.E. Cardinales, eorumque Congregationes, & quoscumque alias speciali expressione indigentes judicari, definiri, & interpretari debere, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, ac iuritum & in-

ne si fecerit super his à quoquam quavis auctoritate, scien-
ter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§.3. Non obstantibus præmissis omnibus, & singulis, *Clavis* ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam *regula* in Concilii generalibus editis, regulis Cancellarie, & quatenus opus fore, etiam illa de non tollendo jure que-
rito, ceterisque contraria quibuscumque. Quorum om-
nium & singulorum tenores, earundemque lictum, & cau-
salium etiam hactenus pendentum statum, & merita, ip-
sumque Beneficiorum nuncupations, situationes, &
qualitates, partiumque colligantium, necnon judicum
nomina, & cognomina, Tribunaliumque, & congrega-
tionum præminentias, & facultates, ceteraque hic for-
san exprimenda, & inferenda, pro expressis, ac de verbo
ad verbum insertis haberi volumus.

Dat. Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pis-
catoris, die 15. Julii 1642. Pont. nostri anno decimonono. *D. R. P. A.*
die 15. Iulij.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1642. Indict. 10. Publ. Pontif. vero Sanctissimi D. N. Urbani Divina Providentia Pa-
pa VIII. Anno ejus 20. die verò 11. mensis Agostisi, supradicta
Littera Apost. affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilica
Principis Apost. de Urbe, ac Cancell. Apostolice, in aie Cam-
pis Flore, ac aliis locis solitis, & coniunctis Urbis, per me Ioan-
num Antonium Bertarullum, ejusdem S. D. N. Pap. Curs.
Ioseph. Massens pro D. Mag. Curs.*

Constitutio circa utensilia Sacrificiæ Pontificiæ CLXV
post obitum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Car-
dinalium debita.

*Clemens VII. prius constituerat, quod omnia orna-
menta, quibus Sancta Romana Ecclesia Episcopi,
Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Capella ton-
tistica uerentur, post eorum obitum dicta Capella
confignari debeant: enijs Constitutionis hic fit
mentio.*

V R B A N V S P A P A V I I I . Edit. Ad perpetuam rei memoriam.

A Quum est, ut Nos, qui omnium Christi fidelium *Exaudiens* commodis pro patera nostra charitate jugiter in-
vigilamus, Sacrificiæ nostra Pontificiæ, ac Camerae Apo-
stolicae iura non negligamus.

§.1. Quanvis enim etiam iuxta Constitutionem fel. re-
cord. Clementis Papæ VII. prædecessoris nostri defuper *causa* editam obseruatam fuerit, quod omnia & singula Mitra, *conf.*
Pluvialia, Planetæ, & alia Altaris ornamenta, & vestimenta,
ac vasæ aurea, & argentea, præsertim sacra, & benedi-
cta, cuiuscumque qualitatis, & pretiæ fuerint, quibus S.
R.E. Episcopi, Presbyteri, & Diaconi Cardinales in Ca-
pella Pontificia, in Missarum tam per Romanos Pontifi-
ces, quam in eorum præsentiæ, etiam per dictos Cardinales
celebratione, ac in processionibus, & aliis ceremoniis
Pontificalibus usi fuerint, post illorum obitum fuerint,
& sint applicata, & realiter confignari debeant diæ Capelle, & illius Sacrificiæ, præfataque applicatio, & confi-
gnatio impediti non debeat prætextu quarumcumque
facultatum testandi, etiam sub quacumque forma, & ve-
borum tenore pro tempore concessarum, & alijs prout in
eadem Clementis prædecessoris Constitutione ubi-
datur. Nihilominus quia tam Romani Pontifices
prædecessores nostri concesserunt, quæ etiam Nos co-
rum exempla secuti concessimus S.R.E. Cardinalibus fa-
cilitatem disponendi de ornamentis, & vestimentis, ac
vasis, & alijs rebus prædictis, illaque relinquendi Eccle-
siæ, seu Capellis, vel locis piis, aut personis, præsertim
Ecclesiasticis, sibi benevolent, in grave Sacrificiæ præfata
præjudicium, ac etiam Camerae Apostolice detrimentum,
quæ de suo eidem Sacrifici de ornamentis, ceterisque
rebus hujusmodi ea propter providere oportet.

§.2. Hinc est, quod Nos earundem Sacrificiæ, & Came-
rae indemnitati in præmissis consulere volentes, Motu
proprio, ac ex certa Scientia, & matura deliberatione
nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam
ipsam Constitutionem Clementis Prædecessoris hujus-
modi

URBANUS OCTAVUS.

333

modi innovantes, & ampliantes, quod de cetero perpetuis futuris temporibus prefata omnia, & singula, Mitra, Pluvialia, Tunicella, aliaque ornamenta, & vestimenta, ac Calices, Patens, vasa etiam aurea, & argentea, aliaque res, & utensilia quomodolibet nunc pata, praeferuntur, seu consecrata, quibus S.R.E. Cardinales nunc & pro tempore existentes, etiam praefatae, aut quacumque aliam similem vel dissimilem facultatem Apostolicam de illis disponendi, ac ad heredes etiam ab intestato transmittendi, ut premitur, habentes, non solum in Capella Pontificia, seu Processionibus, ceremoniis, & aliis functionibus Pontificis praefatis, sed etiam in eorum Capellis privatis haecenus, vel in futurum pro tempore quomodolibet usi fuerint, vel qua detulerint, ad Sacramentum praefatam ipso jure spectent, & pertineant, & ad illam deferri, illique realiter consignari debeant statim post obitum ipsorum Cardinalium, excepta una Tunicella pro quolibet Cardinale Diacono, & una Planeta pro quolibet Cardinale Presbytero, ac uno Pluviali pro quolibet Cardinale Episcopo, ac exceptis Candelabris, ac Malluviis, & Gutturis Bacili, & Bocali vulgo nuncupatis, etiam aureis, vel argenteis, hac perpetua validura Constitutione nostra statutius, & ordinamus, & quascumque facultates praefatas testandi, ac ab intestato transmittendi, & disponendi de vestimentis, ornamentiis, vasis, & aliis rebus, ac utensiliis praefatis, etiam in favorem quarumvis Ecclesiacharum, seu Capellarum, & locorum piorum, ac personarum etiam speciali nota, & individua expressione dignarum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac aliis quomodolibet per praefatos Praedecessores nostros, ac Nos ipsos Cardinalibus praefatis quibuscumque concessis, quae hactenus effectum sortitum non fuerunt ad presentis nostra Constitutionis tenorem reducimus, & quatenus fuerit opus, in iis quae presentibus adversantur, revocamus, abolemus, cassamus, annullamus, & irritamus, ac reductas, revocatas, abolitas, cassas, annullatas, & irritas fore, & esse, & in posterum per quacumque derogationem per Nos, vel Successores nostros faciendam non censi presenti nostra Constitutioni in aliquo detractum, nec d. Sacristis præjudicatum, nisi specialiter, & expressè huic Constitutioni referendo ejus datam, ac aliis sufficienter derogatum fuerit.

§. 3. Presentes quoque literas, & in eis contenta quacumque, etiam ex eo quod Cardinales, & alii praefati, ac quicunque desuper interest habentes, seu habere presentes illis non conferent, & ad ea vocatis, & audiiti causaque propter quas presentes emanarunt, deducit, verificate, seu aliis sufficienter, aut etiam nullatenus justificata fuerint, nullo unquam tempore de subceptionis, obceptionis, nullitatibus, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, aut alio quovis defectu, etiam subtiliori, aut ex quovis alio capite, etiam in corpore juris clauso, seu occasione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, & privilegiata notari, impugnari, invalidari, & retractari posse, sed ipsas presentes literas semper validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sive plenarios, & integrum effectus sortiri, & obtinere, ac Sacristis praefatis plenissime suffragari.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sancte Romane Ecclesia Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos, necnon dictæ Cameræ Praedecessores, & Clericos, & alios Officiales nunc, & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis aliter judicandi seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

§. 5. Non obstantibus quibusvis testandi, ac ad heredes ab intestato transmittendi, ac aliis quomodolibet de bonis, & rebus praefatis disponendi per quoscumque Romanos Pontifices Praedecessores nostros, ac etiam per Nos ipsos Cardinalibus prædictis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam Consistorialiter concessis facultatibus, ac fel. record. Pii Papa IV. etiam praedecessoris nostri de gratiis qualemcumque in

teresse Cameræ Apostolice concernentibus in eadem Camera præsentandis, & registrandis, ita ut præsentes literas nunquam in eisdem Camera libris registrari necesse sit, & quibuslibet aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, etiam Conciliaribus, ac Decretis etiam Consistorialibus, & quatenus opus sit, de non tollendo iuro quæsto, aliusque Cancellerie Apostolice regalis quibuscumque, etiam in favore praefatorum Cardinalium, etiam per Nos editis, necnon Collegii Cardinalium prædictorum, & quarunvis Ecclesiacharum, & locorum piorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & confuetudinibus, etiam antiquissimis, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis Collegio prædicto, Ecclesiis, & locis piis quibuslibet, & quibuscumque personis, cujuscumque status, gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis, etiam Ecclesiasticæ, etiam individua expressione dignis, aut aliis quomodolibet qualificatis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habendi, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, tenore, hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata exprimerentur, & inferentur praefatis pro plenè, & sufficienter expressis, & inseritis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè derogamus, & certisque contrariis quibuscumque.

Dat. Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pif. Dat. P. A. 19.
catoris, die 19. Julii 1642. Pont. nostri anno 19. die 19. Julij

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1642. Inditione Publicatio.
10. Pontificatus vero Sanctiss. D. N. Urbani Divina Provin-
tia Papa VIII. anno ejus 19. die 20. 24. mensis Julii
supradictæ litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt in
Valois Basilica Principis Apostolorum de Urbe, & Cancelleria
Apostolica, in acie Canpi Flore, ac aliis locis solitis & con-
suets Vrbis, per me Ioannem Antonium Bartarellum, ejusdem
S. D. N. Papa Curs.

Joseph Massenus pro D. Mag. Curs.

Declaratio circa facultatem dispensandi cum CLXVII.
Regularibus soper voto de non procuranda,
nec acceptanda dignitate extra Religionem.

Plures Summi Pontifices Regularibus prohibuerunt
dignatum ambitum, ut copiosissime habes in Re-
pertorio, V. Ambitus.

V R B A N V S P A P A V I I I . Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1643.

Honorum, dignitatumque vana ambitione adeo quorundam Regularium mentes interdum excusat, ut ab eo, quod abnegantes semetipso sponte voverunt, postmodum inanis gloria cupiditate duxi resiliere conentur, cum tam dicat Prophetæ, Vovete, & reddite vota vestri Deo.
§. 1. Quamvis igitur, ut acceperimus, tam Fratres discalceati S. Augustini, & B. M. de Monte Carmelo etiam discalceati Ordinum, quam Clerici Regulares ministrantes infirmis respectivè nuncupati, & nonnulli aliorum Ordinum, seu Congregationum Regulares, etiam Societas Jesu, & alii Regulares, etiam individuum expressionem requirent, aut in ipsa professione una cum tribus essentialibus votis, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiae, aut ante, vel olt professio nem prædictam, sive soleme, sive, ut dicunt, simplex votum, in manibus tamen Superioris regularis emitant de non procurando, nec acceptando aliquam dignitatem, seu Prælationem, vel Prælatuam extra Religionem, nisi coacti, vel adstricti fuerint præcepto ejus, qui sibi iure

V 3 principere

precipite potest, & aliqui addant etiam illa verba, vide-
licet, sub pena peccati, iusta formam suarum Constitu-
tionum à Sede Apostolica confirmatarum, nihilominus
aliqui ex ipsis Regularibus, etiam translati ad Ordines
Regularium, etiam Mendicantium, qui prædictum, aut si-
mile voto non emittunt, retro alpientes, emissique à
voti hujusmodi immemores, Prælationes, seu Præla-
turæ, vel dignitates aibunt, imd etiam Episcopatus, ma-
jorumque dignitatum solium concendere moluntur,
prætententes, quod suis Superioribus regularibus, pre-
fertimque Generalibus licent eis præcipere, ut dignita-
tem, Prælationem, seu Prælaturam, vel Episcopatum, ma-
joreme dignitatem extra Religionem acceptent, aut ip-
sum votum relaxare, & cum ipsis dispensare, li-
cer per præcepta, & dispensationes hujusmodi ipsi ab obe-
dientia præcipienti, seu dispensanti debita exiuntur, ac
etiam vota prædicta, tanquam emissa in manibus Su-
perioris regularis dicuntur solemnia, vel saltæ efficaciam
voti solemnis habeant, regulariumque Ordinum, & Con-
gregationum, ac Societatis hujusmodi Constitutiones
hinc confirmatae auctoritate Apostolica, & cum decreto ir-
ritante, à quo propriea manus quorumcumque inferio-
rum ligatae existunt.

*Quoniam vero
decreta sunt
etiam ex hoc sua
constitutions.*

§. 2. Quapropter Nos ambitum hunc retundere, &
prætensionem hujusmodi excludere, ac etiam omnem du-
bitationem super præmissorum interpretatione à nonnullis
excitatam Apostolica declarationis auctoritate peni-
tus tollere volentes, Motu proprio, certaque scientia, ac
matura deliberatione nostris, déque Apostolicæ potesta-
ti plenitudine, hac perpetua nostra Constitutione decla-
ramus super prædicto voto, etiam per translatos ad Or-
dinem, seu Congregationem regularem capacem, ante
translationem emissio de non procuranda, nec acceptanda
extra quemlibet ex ipsis Ordinibus, seu Congregationi-
bus regularibus, aut Societate prædicta respectivè aliqua
dignitate, seu Prælatione, vel Prælatura, sive aliqua Epis-
copatu, aut majori dignitate neminem Superiorum regu-
larum, etiam Generalem, aut Capitulum, seu Congrega-
tionem generalem, nec etiam Nuntiū Apostolicum, aut
prædictorum Ordinum, seu Congregationum protec-
rem, etiam S.R.E. Cardinalem, nec etiam Legatum Sedis
Apostolice, etiam de Latere, nec quemlibet alium, etiam
speciali, & individua mentione dignum, sed tantum modi
Nos, & Romanum Pontificem pro tempore existente
posse dispensare, taleque votum relaxare, aut adversus il-
lud aliquam licentiam, vel indultum concedere, aut ali-
quod præceptum procurandi, seu acceptandi, vel aliud si-
mile ipsis Regularibus voventibus facere, cujus vigore
prædicti Religiosi illas, & illos procurare, vel acceptare
possint, aut tencantur, ac alias quomodolibet voventes
prædictos à prædicto voto liberare. Prout pariter decla-
ramus quascumque facultates generales dispensandi su-
per quibuscumque votis, seu illis relaxandis, aut commu-
nandi, vel aduersus illa præcipendi, aut alias quomodoli-
bet voventes habilitandi, etiam in foro conscientiae dum-
taxat, sive per dictas Constitutiones à Sede Apostolica
confirmatas, sive per literas etiam in forma Brevis Roma-
norum Pontificum prædecessorum nostrorum, aut nostras
vel successorum nostrorum, etiam motu, scientia, delibera-
tione, ac potestis plenitudine paribus, etiam consistori-
liter, etiam ad supplicationem, seu contemplationem quo-
rumcumque, etiam Imperatoris, Regum, & Principum, seu
Rerum publicarum, ac prædictorum Ordinum, Congre-
gationum, & Societatis, aut vigore cujuscumque Jubilæi
etiam universalis, vel Cruciatæ Sanctæ, aut Sanctæ Iu-
quitionis, seu missionum, & alias quovis modo, & ex
quacumque causa quantumlibet pia, favorabili, publica,
& privilegiata concessæ, & emanatae, concedendæque, &
emanandæ, nuncque, ac pro tempore competentes ad præ-
missa omnia, & singula nullatenus se extenderet intelli-
gitur, sed esse Nobis, & Romanis Pontificibus successo-
ribus nostris dumtaxat reservata, prout tenore præsen-
tium decernimus & reservamus.

§. 3. Decernentes quoque easdem præsentes literas, etiam
ex eo quod prædicti Regulares, & alii quicunque in præ-
missis interest habentes, seu habere prætententes, illis
non confenserint, nec ad id vocati, citati, & auditii, cau-

seque propter quas illæ eruerunt, sufficientar, aut etiam
nullatenus adductæ, seu probata fuerint, de subreptionis,
obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostræ,
aliò quoipiam defectu, vel ex quacumque alia causa,
occasione, prætextu, colore, & capite notari, impugnari,
refrindi, in jus, vel controverdiā revocati nunquam
posse, sed easdem præsentes literas semper, & perpetuā
validas, firmas, & efficaces existere, & fore, sicutque ple-
narios, & integros effectus fortiri, & obtinere, & inviola-
biliter observari.

§. 4. Sicque, & non aliter in præmissis omnibus, &
singulis per quoscumque Judices ordinarios, vel delega-
tos, etiam cauñarum Palatii Apostolici Auditores, ac San-
cta R.E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis
alios quacumque auctoritate fungentes, sublata eis, &
eorum euilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate, judicari, & definiri debere: ir-
ritumque, & inane, si secus super his à quoquam qua-
vis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac Constitutioni-
bus, & ordinationibus Apostolicis, etiam conciliari-
bus, ac quatenus foret opus, nostra, & Cancellaria
Apostolica regula de jure quæsito non tollendo, nec
non quorunvis Ordinum & Congregationum Regula-
rium, dñeque Societatis, etiam juramento, confirmatione
Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statu-
tis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus,
privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem
Ordinibus, Congregationibus, & Societati, illorumque
Superioribus, Fratribus, Clericis & personis, ac
generaliter quibusvis aliis, etiam individuam mentio-
nem requirentibus, sub quibuscumque verborum teno-
ribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoria-
rum derogatoriis, aliisque effaciotoribus, & insolitis
clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, in genere,
vel in specie, ac alias in contrarium quomodolibet con-
cessis, confirmatis, & pluries innovatis, Quibus omni-
bus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione
de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe-
ciali, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clausulas generales idem importantes
mentio, seu quævis alia expressio habenda foret, teno-
res hujusmodi, ac si de verbo ad verbum exprimerentur,
& insererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter
expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robo-
re permanens, ad præmissorum effectum dumtaxat spe-
cialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, ut præsentium transumptis, etiam
impressis, manu alicuius Notarii publici subscirptis, &
sigillo personæ alicuius in dignitate Ecclesiastica con-
stitutæ munitis eadem prorsus fides ubique adhibetur,
qua præsentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitz,
vel ostensæ.

Datum Rōmæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo Pif.
catoris, die 24. Februarii 1643. Pontificatus nostri anno
die 14. Vigilimo.

Anno à Nativitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo
sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione 10. Pon-
tificatus vero S. D. N. Urbani divina Providentia Papa
Octavi, anno ejus vigesimo, die vero 11. mensis Martii,
supradicta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt
ad valvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, in acie
Campi Flora, ac aliis locis salitis, & co-sacris Urbis per
me Josephum Massenum ejusdem Santissimi D. N. Papa Cur-
orem.

Franciscus Angelicus Magister Curorum.

Constitutio super recitatione, & decantatione CLXV
Hymnorum Breviarii Romani Suæ Sancti-
tatis auctoritate recogniti in quibuslibet Ec-
clesiis.

Circa

*Classis
pro rati-
onis apparet.*

URBANUS OCTAVUS.

235

Circa Breviarii Romanorum institutionem, ac formam istud recitandi habebit Pius V. Conf. 64. tom. 2. ubi etiam Breviariorum antiquorum usus interdictus. Item Breviarium Romanum denudum revisum ac emendatum a Clem. VIII. in Conf. 86. tom. 3.

*V R B A N V S P A P A VIII.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Cum alias Hymni Breviarii Romani, paucis exceptis, qui non metro, sed soluta oratione, aut etiam rhythmo constant, jussu nostro vel emendatoribus exhibitis codicibus, vel aliqua facta mutatione ad carminis, & latinitatis leges revocati, nonnulli etiam de integro conditi, dicto que Breviario auctoritate nostra recognito inserti fuerint, & ut accepimus, Breviarium praeditum cum Hymnis hujusmodi à majore parte Christi fidelium, qui ad illius recitationem sunt addicti, privatim ubivis terrarū recitetur.

§. 1. Hinc est quod Nos, qui Hymnos praedictos cum nois musicis hac in Alma Urbe nostra elegantius typis, & exacta industria excudi jussimus, ne eorum publica recitatio à privata discreperet, sed ea in re uniformitas ubique, prout decet, servetur, pro pastorali nostra sollicitudine providere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicę protestatis plenitudine, quod deinceps perpetuis futuris temporibus in omnibus, & singulis Patriarchalibus, Primitaliibus, Metropolitanis, Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, ceterisque tam secularibus, quam cuiusvis Ordinis, Congregationis, & instituti, etiam Societatis Iesu, & Hospitalis S. Jo. Hierosolymitani, aliarumque Militiarum utriusque sexus regularibus, & Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus quarumlibet, etiam quantumlibet exemptis, ac speciali nota, & individua expressione dignis Ecclesiis, Basilicis, Capellis, Oratoriis, etiamque & eorum Choris in divinorum officiorum celebratione, praedicti Hymni jussu nostro emendati, ac de integro conditi, & typis editi, ut praefertur, non autem amplius antiqui tam in Urbe praedicta, quam in reliquis Orbis Christiani partibus recitentur, ac decantentur, recitarique, & decantari debent, tenore presentium praeceptum, & mandamus. Volentes, ut praeceptum nostrum hujusmodi in dicta Urbe, & ejus districto, infra duos, in aliis verò locis citra montes infra octo, ultra montes autem infra duodecim menses respectivè omnino executioni demandetur.

§. 2. Quocircum dilectis filiis nostro in eadem Urbe Vicario in spiritualibus generali, ac locorum Ordinarii per presentes committimus, & mandamus, ut quoad Urbem, & ejus districto hujusmodi Vicarius praedictus, quo vero ad reliqua loca Ordinarii in sua jurisdictioni subjectis quidem sua ordinaria, in exemptis autem Apostolica auctoritate tanquam nostri, & Sedis Apostolicę delegati easdem presentes, cum omnibus, & singulis contentis in illis solemniter publicantes, faciant ad unguem illa inviolabilitate observari, contradicentes quolibet & rebelleres per censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia, appellatione postposita compescendo, ac legitimis defuper habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 3. Non obstantibus sc̄l. rec. Bonifacii Papae VIII. prædecessori nostri de una, & Concilii generalis de duabus dietis, aliique, etiam nostris, & in Universalibus, Provincialibus & Synodalibus Concilii editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon quorumvis locorum ac Ecclesiarum, Basilicarum, Monasteriorum, domorum regularium, Ordinum, Congregacionum, & Institutorum regulatium, etiam Societas Iesu, ac Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, aliarumque Militiarum, ac Archiconfraternitatibus, & Confraternitatibus, & alii quibuslibet, etiam juramento, & confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis prædictis, & alii quibuslibet locis, & personis, sub quibuscumque verborum te-

noribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio facienda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata exprimerentur, & insererentur presentibus proprie, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliis in suo robore permanens, ad præmissorum effectum dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, certe risque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut presentium nostrorum literarum exemplaribus, etiam in predicatorum Hymnorum libris, ac Breviariorum impressis, vel manu alicuius Notarii publici subscriptis, ac sigillo persona alicuius in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhibetur, que adhiberetur presentibus si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, *Dat. P. A. 20.*
die 27. Aprilis 1643. Pont. Nostri anno 20. *die 27. April.*
*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1643. Indict. 11. Publicatio in
Pontifici verò Santissimi D. N. Urbanii Divina Providentia Pa-
vrbis VIII. Anno ejus 20. die verò 16. mensis Maii supradicta
litera Apost. affixa, & publicata fuerunt in variis Basilicarum
S. Ioannis Lateranensis, S. Petri, necnon in acie Campi Flore, ac
aliis locis solitis, & confitentia Urbis, per me Carolum de Nave
Sanctiss. D. TC. Papa Curs.*

Ioseph Massenus pro D. Mag. Curs.

Prohibitio Auditoribus Sacrae Rotæ Romanæ, CLXIX.
ac eorum Locatenentibus, & Studii Adjutoribus, &c. ne vota sua vel suorum Coadjutorum, & alia que in Rota tractantur, cuiquam patet faciant.

Auditores Rotæ Rom. que servent in procedendo, & quod presentent juramentum in ingressu eorum officiis, jussit Ioan. XXII. Conf. 14. Ratio juris. Isdem Auditoribus Rotæ Rom. multa indixit Paulus V. in Conf. 71. Universi agri.

*V R B A N V S P A P A VIII. Edita An. D.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii causarum exordium Palatii Apostolici Auditores, quod etiam in eorum primo ingressu in Rota presentent juramentum de conservando secretum super omnibus & singulis, que in Rota occasione disputationis causarum dicuntur, tamen eorum vota, sive suffragia in causis, & controversiis, que in Rotæ Auditorio discutiuntur, & alia, que earundem causarum, eorumque Tribunalis ratione inter se tractant, & disputant, partibus litigantibus, seu aliis patefiant, indeque grave eidem Tribunalis, Auditoribusque, seu Locatenentibus prædictis oritur, & in dies magis otiri potest præjudicium, Nobis propterea dicti Auditores humiliter supplicari fecerunt, ut desuper opportuno provide re medio de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur, ne metu evulgationis Auditores prædicti, seu eorum Locatenentes a proferendis liberè votis, ribus probis, seu suffragiis suis retrahantur, seu retrahi possint, justitiae, & vota sua, & alia que administratio inde quoquo modo impediatur, quantum cum Domino possumus, providere volentes, & singularies dictorum Auditorum personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque reficiantur. Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latissimis, si quibus quomodolibet innovata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absulutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,

URBANUS OCTAVUS.

clinati. De nonnullorum Romanarum Curia Prelatorum, nisi promulgationem, postea verò antequam possessionem officii Auditoris hujusmodi adipiscantur, in manibus pro tempore existentis S. R. E. Cardinalis Vicecancellarii, necnon dicti Auditores Studii, scilicet unus Adjutor pro quoque Auditori, seu Locutentente, & altera dumtaxat persona, cuius opera dicti Auditores, & Locutentes in studendo, ut praefertur, utentur in manibus suorum respectivè Auditorum, seu Locutentium, sese hanc nostram Constitutionem ad unguem observatores jurent, & jurare teneantur.

§. 4. Necnon ut quotannis in prima Rota mensis Octo- Quam ipsius
bris, quando cetera Constitutiones Apostolice dictum Parci.
Tribunal concerentes legi solent, etiam hæc nostra
Constitutio cum illis legatur, ac ut eisdem Constitutionis
copia in bibliothecis, seu locis studii ordinarii Auditorum
praefatorum, ita ut ab omnibus, quos illa concernit
legi, nec illius ignorantia ab eis allegari queat, palam, &
loco conspicuo affigi, & continuè affixa remanere debeat,
volumus, statuimus, & ordinamus.

§. 5. Praetentesque literas, & in eis contenta quæcumque nullum unquam tempore de subreptionis, obreptionis, Claudia
preferuntur.
aut nullitatis vitio, vel intentionis nostra, aut alio quo-
piam defectu notari, impugnari, vel redargui, in jus, vel
controversiam revocari, vel ad terminos juris reduci posse, sed illas semper validas, firmas, & efficaces existere, &
fore, & ab omnibus, quos illæ concernant, perpetuè in-
viabiliter observari.

§. 6. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & Clavis
delegatos, etiam praefatos Auditores, & Locutentes, & sublata.
Sanctæ R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, & quosvis
alios quæcumque auctoritate fungentes, etiam Pœnitentiarios, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, &
eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, & interpretandi
facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere: ac
irritum, & inane si secus super his à quoquam quavis
auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari:
necnon easdem praesentes literas intelligendas esse prout
jacent, decernimus, & ut incursus censuratur, & pœna-
rum praefatarum aliquo modo non excusetur, ne eadem
literæ per quemquam, nisi per Nosmetipos, & Romanos
Pontifices successores nostros declarantur, seu interpre-
tentur, sub eisdem censuris, & penis eo ipso incurriendis
prohibemus.

§. 7. Non obstantibus Apostolicis, ac in universalibus, Contro-
Provincialibusque & Synodalibus Conciliis editis ge- remoto.
neralibus, vel specialibus constitutionibus, & ordina-
tionibus, necnon dicti Tribunalis etiam juramento, con-
firmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis
statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgis,
& literis Apostolicis eidem Tribunalis, & Auditoribus,
& aliis praefatis, ceterisque quibuslibet in contrarium
præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, &
pluribus innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum
omnium, & singulorum tenores praesentibus pro plene,
& sufficiente expressis habentes, illis aliis in suo robo-
re permanentibus, ad effectum præmissorum specialiter,
& expressè derogamus, ceterisque contrariis quibus-
cumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, Dic. P. A.
die 19. Novembris 1643. Pontificatus nostri anno yi- di. 19 Nov.
gesimoprimo.

Anno à Nativitate Domini Nostrí Iesu Christi millesimo publicato
sexcentesimo quadragesimo tertio, Indictione 11. Pontificatus Vrbis.
Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Urbani divina pro-
videntia Papa Octavi, anno ejus vigesimo primo, die vero 23.
Novembris, supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fue-
runt in valvis Basilicae Principis Apostolorum de Vrbe, in acie
Campi Flore, & alijs locis solitis, & consuetis Vrbis, per me
Camillum Frisonum, Sanctiss. D. N. Papa Cursorem.

Pro D. Mag. Cursorum Ioseph Massaus Curs.

Eorum studii
a ipsorum
edito dojam-
git.

Enīt. Jurare
jures, se ob-
sernantes
candam em-
punctionem.

§. 3. Insuper ut omnes, & singuli Auditores hujusmo-
di, praesentes quidem post hujusce nostræ Constitutio-

INNOCEN

INNOCENTIUS DECIMUS.

237.

INNOCENTIUS X. PONT. CCXL.
ANNO DOMINI MDCLXIV.



Innocentius Decimus, Romanus, Joannes Baptista ante dictus, Camilli Pamphilii filius, Sanctæ Romanae Ecclesiæ Presbyter Cardinalis tituli Sancti Eusebii, Roma die decimaquinta Septembris Summus Pontifex pronuntiatus, anno Domini 1644. & die 4. Octobris eiusdem anni coronatus. Creatus usque ad presentem diem Cardinales undecim.

I Jubilæum Sanctiss. D. N. Innocentii Divina Providentia PP. ad implorandum Divinum auxilium pro felici regimine, & Statu Sanctæ Romanae, & universalis Ecclesiæ.

Alius Jubileum indictiones pro eadem causa reperies initio Pontificatus Sixti V. tom. 2. Conf. 1. Virium nostrarum, Greg. XV. tom. 3. Conf. 2. Spiritus, & Urbani VIII. Conf. 7. Universis, hoc tom. 4.

An. D. INNOCENTIUS EPISCOPVS,
Seruum Servorum Dei, Universalis Christi fidelibus, ad quos praesentes litteræ pervenerint, Saluem, & Apostolicam benedictionem.

MENSA Omnipotens DEI bonitati placuit in maxima Almæ Matris Ecclesiæ rerum perturbatione, nullis nostris exigentibus meritis, supremum hoc Apostolicæ servitutis munus nostræ imbecillitatí imponere, unde considerantes iniquam temporum conditionem, & gravissima, que undique urgent, & impendente mala, præcipuo quodam sensu angimur, & commovemur: de illius tamen benignitate non desperantes, qui operari dignatur in Nobis, non desimus summis, atque assiduis preci- bus ejus auxilium implorare, fideliumque, & Deum timentium, quorum ipse, ut speramus, voluntatem faciet, orationes expetimus, quibus Omnipotenti Deo semper benedicendo, gratisque misericordie ejus agendis adjuvemur, viribusque à Cœlesti Rege subministratis suffulta nostra infirmitas, commissarum Nobis curarum, & salutarium Reipublicæ Christianæ officiorum

partes, orantibus simul Populi instantia promerente, valeat sustinere, opemque agitare, & ubique ferè depressa Catholicæ Religioni suppeditare, ne cùm in altitudinem Matris venerimus, tempestate demergatur, sed potius horribiles tot peccatorum flatus, & excitatae Magi processas discutientes, cum credito Nobis Grege optatum cursum, & æternæ salutis portum tenemus.

§. 1. Quapropter in hac Alma Urbe nostra à Capella nostra Palatii Apostolici ad Basilicam Principis Apostolorum in Vaticano, necnon à Basilica Sanctæ Mariæ Majoris, ad Basilicam Sancti Joannis Lateranensis proxima hebdomada, quæ erit tertia Adventus, quarta, & sexta feria respectivæ solemnès Processiones de more indicimus, ad quas Basilicas Nos una cum Venerabilibus fratribus Sanctæ Romanae Ecclesiæ Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, atque Episcopis, quos in Romana Curia adesse contigerit, ac Christianorum Regum, & Principum Oratoribus apud Nos existentibus, alijisque Prelatis, atque Officialibus Româng Curia, universoque Clero, & Populo comitante, accedere, diuinæque Processiones celebrare statuimus. Ut autem Di-

vinam opem efficacius imploremus, & simileffylis multorum precibus fructuosius exaudiamur, ornes, & singulos utriusque sexus Christi fideles ubique existentes enix in Domino hortamur, & paterna charitate monemus, ut qui in hac Urbe sunt, dicta hebdomada, aut saltem altera sequenti; qui verò extra Urbe, in quibusvis Orbis Terrarum locis existunt, proxima, aut altera

sequenti hebdomada post præsentium notitiam pias ad Deum preces effundant, ut Ecclesiam suam sanctam tucatur, & protegat, hæreses undique evellete, & extirpare,

Fidem sanctam Catholicam adaugere, & propagare, pacem, & veram concordiam largiti dignetur, Nobis verò

vires tribuat, quibus suscepimus onus ad ejus nominis gloriam, fideliunque, & animæ nostræ salutem adiunxitate valeamus, ut ii quidem, qui in eadem Urbe hic

presentes sunt, præfatas Sancti Joannis Lateranensis, Principis Apostolorum, Sanctæ Mariæ Majoris Basilicas,

vel unam ex eis, quam maluerint; qui verò alibi extra Urbe erunt, Ecclesiam, seu Ecclesiæ per locorum Ordinarios, seu eorum Vicarios, aut de eorum mandato,

aut iis defientibus, per eos, qui inibi curam exercent animarum, deputandas, seu deputandas, quocumque

sibi beneviso ejusdem hebdomadæ die, vel diebus, ful- tem semel devotè visitent, omnes præterea quartæ &

sexta feria, ac Sabbathoejusdem, vel alterius sequentis hebdomadæ jejunent, & quantum pro suo quisque arbitrio judicaverit, elemosynas erogent, atque intra hoc

ipsum tempus Sacerdotibus ab Ordinario approbatis peccata sua confiteantur, & die Dominico dictum Sab- bati diem proximè subsequentem, vel alio dictæ sequen- tis hebdomadæ die arbitrio Confessarii Sanctissimum

Eucharistia Sacramentum devotè percipiunt; qui au- tem in navigatione, vel itinere fuerint, eo peracto hæc

ipsa etiam faciant, & exequantur; qui verò regulariter utriusque sexus in Claustris perpetuò degunt, vel in carcere aut captivitate detinentur, vel propter corporis infirmitatem, aut aliud quodcumque impedimentum superius expressa, seu eorum aliqua in alia pietatis opera commutata, vel in aliud, proximum tamen tempus dif- ferre valeant.

§. 2. Quæ omnia, ut eo libenter præstare studeant, Plenissimam quo uberioris spiritualibus maneribus, & gratiis à No- peccatorum indulgentiam sicut in anno Jubilæi con-

bis se refectos esse cognoverint, de Omnipotenti Dei misericordia, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, ex illa ligandi atque solvendi

potestate, quam Deus nobis, licet indignis, contulit, omnibus, & singulis præfatis, qui præfata adimplever-

rint, plenissimam peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem, sicuti in anno Jubilæi visitantibus certas

Ecclesias intra, & extra Urbe concedi consuevit, tenore præsentium concedimus, & elargimur: nechon eis- dem fidelibus, etiam cuiuscumque Ordinatis, Congrega-

tions, & Instituti Regularibus utriusque sexus facultatem impartimur eligendi sibi Presbyterum Confessa- rium, tam secularem, quæ cujusvis Ordinis, vel Insti- tuti Regulari ex approbatis ab Ordinatis locorum,

qui

qui eos ab omnibus excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, & censuris à jure vel ab homine quovis modo, vel causa latit, seu iniicitis, necnon ab omnibus peccatis, excessibus, criminibus, & delictis, quantumvis gravibus, & enormibus, etiam in casibus tam locorum Ordinariis, quam Nobis, & Sedi Apostolicae, etiam in litteris die Cœns Domini legi consuetis, atque aliis etiam per quacunque, etiam Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutiones, quarum tenores presentibus haberi volumus pro expressis, quomodolibet reservatis, in foro tantum conscientia, hac vice dumtaxat absolvere. Et insuper voti quemcumque (Religionis, & Caſtitatis tantummodo exceptis) in alia pia, & salutaria opera commutare, injuncta tamen eis, & eorum cuiilibet in supradictis casibus penitentia salutari, ac aliis injungendis, possint, & valent. Mandantes insuper Venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis quibuscumque Ecclesiarum Prelatis, & locorum Ordinariis, in virtute sancte obedientie, ut cum harum litterarum transcriptiona, aut exempla acceperint, illa statim per suas Provincias, Ecclesias, & Dioceses publicent, & publicari faciant, Clericoque, & Populo sibi subiecto solemnes Processiones, sicut Nos in prefata Urbe indiximus, indicant, & celebrent. Per presentes autem super aliquas irregularitate, publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate quomodolibet contracta, non intendimus, nec etiam in foro conscientia dispensare, neque ullam facultatem tribuere dispensandi, ac declaramus has ipsas presentes quoad absolutionem in foro conscientie, & penitentiae, & penitentiali tantum, non autem in foro fœti, seu contentioso consequendam, neque etiam quoad dictum forum conscientia iis, qui ab aliquo Judge excommunicati, suspensi, vel interdicti, seu aliis in sententiis, & censuris incidisse declarati, vel publicè denuntiati fuerint, nisi infra tempus celebrationis hujusmodi Jubilæi satisfecerint, aut cum partibus concordaverint, neque pariter Hæreticis, aut Schismatis specialiter declaratis, seu condemnatis ullo modo suffragari.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, præsertim quibus absolventi facultas in certis casibus tunc expressis ita specialiter Romano Pontifici pro tempore existente referatur, ut nec etiam similes, vel dissimiles Jubilæi, Indulgenciarum, aut facultatum hujusmodi concessiones, nisi de illis expressa mentio, aut specialis derogatio sit, cuiquam suffragari valeant. Nec non quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Institutorum Regularium juramento, confectione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboris statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis eisdem Ordinibus, Congregationibus, & institutis quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica & individua, non autem per clausulas generales idem importanter mentio, aut expressio habenda, vel quavis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illarum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressi, ac formam in illis traditam penitus pro servata habentes, hac vice specialiter, & expressè ad effectum presentium derogamus, ceterisque si forent exhibita, vel ostensa.

§.4. Volumus autem presentium transumptis, vel exemplis, etiam impressis, manu Notarii publici subsciptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitis candem prorsus fidem ubique gentium, & locorum adhiberi, que ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominice mille simo sexcentesimo quadragesimo quarto, quinto Nonas Decembri, Pontificatus nostri anno 1.

II. Constitutio super Titulo, & Insignibus Sanctæ Romane Ecclesie Cardinalium.

Titularum suorum Ecclesiarum Cardinales, si in Curia praefatos fuerint, personaliter; si vero absentes,

per vicarium idoneum usq[ue] jussi Leo X. Conf. 7. Supernæ, tom. 1. Necnon Titularum suorum Ecclesiarum reparare, & aliquid eis in morte relinquere Cardinales tenentur, iuxta Sixti V. Conf. 55. Religiosa, tom. 2.

I N N O C E N T I U S E P I S C O P U S, Edita ad Seru[m] Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Militantis Ecclesie regimini, meritis licet imparibus, per abundantiam divine gratiae prepositi, inter gravissimas, multiplicesque Apostolicae servitutis curas, quibus assidue premuntur, in can peculiari studio incumbimus, ut inter S. R. E. Cardinales, quos tanquam Reipublica Christianæ Cardinales, & clarissima Catholice Ecclesia lumina, omnium virtutum splendore cæteris prælucere decet, fraterna servetur æqualitas, unde sincerae charitatis affectu se se invicem prosequantur, & dimissa omnium secularium rerum cura, non nisi pro communis ejusdem Ecclesie bono, ac omnipotens Dei gloria vigeat inter eos laudabilis emulatio.

§.1. Hodie siquidem in Consistorio nostro secreto dilectus alius noster Aloysius tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Capponius nuncupatus, decretum per venerabiles fratres nostros, ejusdem Sanctæ Romane Ecclesie Cardinales, Congregationi Cærimoniarum prepositos emanatum, Nobis retulit, tenoris subsequentis, videlicet: Sacra Congregatio Cærimoniarum S. E. Romanae Cardinalium, in qua interfuerunt Reverendissimi Domini Aloysius tit. S. Laurentii in Lucina Presbyter Cardinalis Capponius, Franciscus tit. S. Laurentii in Damaso Presbyter Cardinalis Barberinus, Bernardinus tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinalis Spada, Federicus tit. S. Marci Presbyter Cardinalis Cornelius, Joannes Dominicus tit. S. Cecilia Presbyter Cardinalis Spinalia, Franciscus Maria Basilica duodecim Apostolorum Presbyter Cardinalis Brancati, Franciscus tit. S. Hieronymi Illyricorum Presbyter Cardinalis Montaltus, Carolus Sancti Nicolai in Carceri Diaconus Cardinalis Medicis, Hieronymus S. Eustachii Diaconus Cardinalis Columna, Raynaldus S. Mariæ Nova Diaconus Cardinalis Estensis, censuit enīx Sanctissimo Domino Nostro supplicandum, tanquam pro re maxime congrua, ut directe præcipiat Sanctæ Romane Ecclesie Cardinalibus, etiam quacunque natum, seu præcellentium aliarum dignitatibus prærogativa insignitis, quod solo nomine Cardinalis, absque ullo secularis dignitatis additamento contenti, non aliis Titulis nuncupentur, nec ut inter eos possint, quām Eminentissimi, & Reverendissimi, necnon Eminentia Reverendissima, non obstantibus quibuscumque in contrarium facientibus. Insuper ut Sanctiss. Dominus Noster dignetur mandare, ut omnes S. R. E. Cardinales suprà recenti, ad unitatem ordinis conservandam, jubeant è proprii sigillis, & insignibus quibuscumque, vulgo armis nuncupatis, aruveri Coronas, Signa, ac omnes notas seculares, præter eas, quibus intra Scutum Armorum corona familiæ, tanquam de cœsentia, & integritate corundem Armorum, utuntur, & ut in posterum ab illorum usu abstineant, solo pileo, de pretioso Christi Sanguine rubente insigniti, ac decorati; ac ulterius Sanctissimus Dominus Noster inhibeat sub excommunicationis lata sententia, ac alia arbitrii sui penitentia, & sculpi, vel pingi mandare au- deant, quod quidem decretum prædictus Aloysius Cardinalis retulit, supradictam Congregationem censuisse, etiam nomine totius Sacri Collegii in presenti Consistorio Nostro referri, ut non solum illud comprobare, verum etiam pro ipsius usu, & obseruantia inviolabili literas Apostolicas sub plumbō expediri jubere dignaretur. Quas postea Cardinales jam promoti, qui in Urbe sunt, infra decem dies, qui extra illam, & in Italia degunt, infra mensem; qui ultra montes, infra quatuor menses proximos jurare teneantur. Qui vero impostorum

*Clausula
disagatoria.*

*Transfusio pro-
mptuosa.*

*Pet. P. A. 1.
de S. Non.
Decim. 1.*

- †
 † Ego Gaspar Card. tit. S. Pancratii Matthei.
 † Ego Hieronymus tit. S. Eusebii Card. Grimaldus.
 †
 † Ego M. tit. S. Alexii Card. Theodorus.
 † Ego F. tit. S. Marie in Via Card. Rapacciulus.
 †
 † Ego A. tit. SS. Quiricii & Juliti Card. Giorius.
 † Ego Joannes tit. S. Balbini Card. de Lugo.
 † Ego Sancte Marie in Via Iata Diaconus Card. Antonius Barberinus.
 † Ego Hieronymus S. Eustachii Diaconus Card. Columna.
 † Ego Theodorus S. Angeli Diaconus Card. Trivul-
 tius.
 †
 † Ego Virginius S. M. in Cosmedin Diaconus Card. Ur-
 finus.
 † Ego Raynaldus Diaconus S. Nicolai in Carcere Card.
 Estenus.
 † Ego Vincentius, Diaconus S. Marie in Portico Card. Co-
 stagutus.
 †
 † Ego Paulus Amilus Diac. S. Marie in Aquiro Card.
 Rondinini.
 † Ego Joannes Carolus Card. Medices.
 † Ego Camillus Diac. S. Marie in Dominica Card.
 Pamphilii.
 †
 †
 †
 †
 †
 †
 †

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1645. Indit. 13.
 die vero 23. mensis Aprilis, Pontificis prelatis Sanctissimis in Christo Patri, & D. N. D. Innocentio Divina Providentia Papa X. Anno ejus primo, supradicta littera affixa, & publicata fuerunt in valvis Basilicarum Lateranen. & Principis Apostolorum Vrbis, noctea in aie Campi Flora, Cancellaria Apostolica, ac aliis locis foliis Vrbis, per me Dominicum Mangilius Curf.
 Pro D. Mag. Curf. A. Castruccius Curf.

III. Confirmatio Const. Pii V. & ejus successorum
 de non alienandis, & inseundandis Civitatis-
 bus, Terris, & locis Sanctae Romanae Ec-
 clesiae.

De hac materia habes multa sapientia in Sanctissimis D. N. Papa Urbani VIII. Conf. 159.

*Editio An. D. INNOCENTIVS E P I S C O P V S,
 1644. Seruus Servum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.*

Ratione.

In supremo Apostolica dignitatis calmine non nostris meritis, sed inscrutabilis Superni Patris providentia constituti, nostri munera esse certimus, ut inter innumerabiles Pastoralis officiis curas, quibus gravi mole preannimur, peculiari studio ad conservandam Sancta hujus Sedis temporalium ditionem intendamus, & que propter ea sedula meditatione à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris salubriter ordinata fuerunt, ea Nos ipsi inviolatè servare nitamur, & ita ab aliis perpetuo statuimus observari. Dudora siquidem felicis recordationis Pius Papa Quintus prædecessor noster per suam perpetuò valicaram Constitutionem statuit, decrevit, & ordinavit, ut omnes, & singula Civitates, Terra, Oppida, & Loca Sedi Apostolica in temporalibus mediatis, vel immediatis subjecta, etiam eatenus in feudum, aut quem-

vis alienationis titulum dari solita, vel consueta, etiam ad Sedem prefatam quomodolibet devoluta, & pro tempore disponenda, in iure, dominio, & proprietate, ac possessione dictæ Sedi conservarentur, Civitatesque, Terra, Oppida, & Loca hujusmodi nullo unquam tempore, sed quovis praetextu in feudum, Gubernium, Vicariagium, Ducatum, aut quemvis alijum titulum perpetuum, vel ad tertium generationem, seu ad vitam; aut alibi ad longum tempus nullo modo concederentur: & deinde pia memoria Gregorius XIII. Sixtus V. Gregorius XIV. Innocentius IX. Clemens VIII. ac Urbanus VIII. Romani Pontifices prædecessores nostri pro Pastoraliorum officio provide confidantes prefatam Pii prædecessoris constitutionem optimam, & ad conservandam S. R. E. Jurisdictionem, ac dignitatem, Sedisque Apostolice Dominia, Civitates, Oppida, & loca pietate emanatas fuisse, illam successivè omnes felici simulatione de fratribus suorum ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium pro tempore existentium consilio, Apostolica auctoritate laudarunt, approbarunt, confirmarunt, & innovaverunt, prout in singulis eorumdem prædecessorum literis Apostolicis desuper confessi pleniū continetur. Nos omnium Civitatum, & locorum præfatorum singularem fidem, & promptam devotionem eidem Sedi exhibitam omni tempore validè utilem & salutare fuisse, & esse confidantes, ac volentes non solum alienationes hujusmodi de medio tollere, sed ut omnis alienationum fiendatum occasio penitus aboleatur, quantum cum Deo possumus, et amplius providere, constitutionibus singulorum prædecessorum nostrorum hujusmodi desuper pietate, & sanctè emanatis, ubi primum ad Apostolice dignitatis gradum Divina faveiente clementia ecede fuimus, in primis cordi fuit inhætere, illaque innotare.

S. 1. Itaque motu proprio, & certa scientia nostra, non *Confis-*
ad aliquis super hoc nobis oblate petitionis instantiam,
*sed ex mera animi nostri deliberatione, & de Apostoli-*Confis-*
*ca potestatis plenitudine præfasa Pii prædecessoris li-*Confis-*
*teras, ac omnia, & singula in eis contenta, etiam juxta de-*Confis-*
*clarationem in literis Innocentii prædecessoris hujusmo-*Confis-*
di factam, earundem literarum continentiam, & tenorem,
quem prætentibus habeti volumus pro exprelio, ac de
verbo ad verbum inserto, auctoritate Apostolica tenore
presentium comprobamus, confirmamus, & innovamus,
casque firmiter, & inviolabiliter, ac juxta declarationem
prædictam Nos similiiter servaturos esse promittimus, &
juramus, atque per eos, ad quos spectat, pariter perpetuò
*obstvari præcipimus, & mandamus.*****

S. 2. Nulli ergo omnino hominum licet, hanc pagi-
*nam nostra comprobationis, confirmationis, innovatio-*Confis-*
*nis, præmissionis, juramenti, præcepti, & mandati infrin-*Confis-*
gere, vel ei assu temeratio contraire. Si quis autem hoc
attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis
*Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se no-*Confis-*
*verit incursum.****

Datum Romæ apud S. Petrum, Anna Incarnationis da-
Domini 1644. 17. Kalendas Decembri, Pontificatus 17. id.

*Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1645. Indit. 13. Pontificatus autem Sanctissimis Christo Patri, & D. N. D. Innocentio Divina Providentia Papa X. anno ejus primo, die vero 4. mensis Maii, supradicta littera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvis Basilicae Principis Apostolorum, Cancellaria Apostolica in aie Campi Flora, & in aliis locis publicis foliis & confusiis Vrbis, per me Camillum Frisum San-*Confis-*
*Bif. D. N. Papa Curf. A. Castruccius Curf.**

Confirmatio Const. Sixti V & Clementis VIII.
 circa conservationem pecuniarum in Arce
 S. Angeli repositoryarum, nullo unquam tempore,
 nisi ibi præscriptis casibus, certaque
 desuper servata forma, depromendarum.

Compro

INNOCENTIUS DECIMUS.

241

Comprobationem constitutionum à Sexto V. editarum circa conservationem pecuniarum praediti virginis centenorum milium nummum aureorum ab eo in arce S. Angeli repositorum fecit Clemens VIII. sua Conf. 2. Quia salubri. Haec autem constitutiones sexti sunt tres, qua habentur tom. 2.

An.D. INNOCENTIVS EPISCOPIVS, Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

*I*ntra varias, & multiplices sollicitudines, quas pro communi utilitate, & conservatione universa Christiana Reipublicæ, nostræ cura Divina providentia commisit, dies, noëtisque suscipimus, id potissimum nobis cordi est, ut his, quæ propter salubræ prædecessorum nostrorum vigilantia statuta, & ordinata comperimus, firma perpetua, & illibata persistat, libenter Apostolicæ firmatis robur adjicimus.

Sixti V. 1. Alijs siquidem felicis recordationis Sextus Papa Quintus prædecessor noster gravissimus de causis primo sui Pontificatus Anno decies centena nummorum aureorum millia, secundò Anno alia itidem decies centena millia, ac demum tertio Anno tertii similiter decies centena millia aureorum hujusmodi in certum sancitum que Ararium, quod in Pontificia Sancti Angeli Arce constitutum est, summa diligentia, industriaque retulit, ac de illis perpetuæ affervandis, nullo unquam tempore, nisi in certos tunc expressos necessarios usus exinde deprendendis, & erogandis trinas constitutiones edidit.

2. Et deinde Clemens Papa Octavus, aliquie nostri prædecessores singulas Constitutiones præfatas, ut maximè utilis, & necessarias, ac omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate approbarunt, comprobant & innovarunt, prout in singulis literis Apostolicis, tam Sixti, quam Clementis, ac aliorum prædecessorum nostrorum hujusmodi desuper expeditis, quarum tenores etiam pro expressis, & præsentibus literis de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertis haberi volumus, pleniū contrahetur.

3. Nos prædecessorum nostrorum prædictorum vestigiis inhærentes, easdem Sixti Constitutiones, ac Clementis, & aliorum prædecessorum hujusmodi literas, cum maximè expedit illas in futurum servari, necnon omnia, & singula in eis contenta Apostolica auctoritate tenore præsentia approbamus, confirmamus, & innovamus, eaque firmiter, & inviolabiliter, iuxta illarum dispositionem observare etiam nunc de novo per præsentes promittimus, vovemus, & juramus, ac per eos, ad quos spectat, & spectabit in futurum, observari debere statutum, & ordinamus.

4. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ probationis, innovationis, promissionis, statuti, ordinationis, voti, & juramenti infringere, vel ei ausu teratio contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotens Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Dat. Romæ apud S. Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1644. 17. Kal. Decemb. Pont. nostri anno 1.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1645. Indist. 13. Pontificatus autem Sanctissimi Christi Patris, & D. N. D. Innocentius Divina Providentia Papa X. Anno eius primo, die vèr 4. mensis Maii, supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad valvas Basilica Principis Apostolorum, Cancelleria Apostolica, in aci Campi Flora, & in aliis locis publicis solitis, & confusis Urbis, per me Camillum Frisonum S. D. N. Papa Curs.

Pro D. Mag. Cursor. A. Castruccius Curs.

Deputatio Eminentiss. & Reverend. D. Card. Odescalchi in Protectorem Fratrum Ord. S. Hieronymi Congregationis Jesuitarum.

Quis fueris promotor hujus Congregationis, & quiam summi Pontifices eorum regularem vitam approbaverint, habebes ex Greg. XII. Conf. 3. & alibi, quia indicatur tibi in rerum Repertorio, Bullat. Mag. Tom. I V.

Dilecto filio nostro Benedicto S. R. E. Diacono Cardin. Odescalcho nuncupato.

INNOCENTIVS PAPÆ X. Edita An.D. 1645.

Dilecto fili salucom, & Apostolicam benedictionem.

Cum per obitum bon. mem. Alexandri S. R. E. Card. Caſtarini nuncupati, Fratrum Ordinis S. Hieronymi Congregationis Feſulan, dum viveret apud Sedem Apostolicam Protektoris, Congregatio prædicta Protektore deſtituta remanserit: Nos eidem Congregationi de idoneo Protektore provideſt volentes, ac de tua circumſpectionis singulari prudentia, doctrina, integritate, & Religione zelo plurimum in Domino confiſtis, Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, Te, ex cuius protectione ob tuas eximias virtutes Congregationem hujusmodi plurimum commodi, & ornamenti ſucepturam eſſe confidimus, prædictæ Congregationis, illiusque Monasteriorum, & Fratrum quorūcunque apud Nos, & Sedem Apst. Protektorem, cum omnibus honoribus, & oneribus solitis, & confutatis, ad tui vitam auctoritate Apst. tenore præsentium facimus, & deputamus.

§. 1. Volumus autem, ut Congregationem prædictam Injungit præfoveas, & protegas, ac tibi in virtute sanctæ obedientiae fato Card. mandamus, ut Superiorum dicitæ Congregationis auctoritatem quantum fieri poterit conservare cures, ac propterea ipsi Superioribus regimen, & gubernium subditorum penitus relinquis, nec in negotiis corundem Fratrum te immisceas, nisi ab ipsis Superioribus requiritus fueris, ut in iisdem negotiis auctoritatem tuam interponas, & tunc si omnino necſariorum fore cognoveris, ut eandem auctoritatem tuam in iisdem negotiis exerceas, tunc id facere possis, sed quoad potueris per te ipsum hoc facere cures, adhibito ad lcribendum quando opus fuerit in iisdem negotiis, seu caufis loco Notarii aliquo ex Fratribus dicitæ Congregationis.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis Generali, & Mandat Sua aliis Superioribus, necnon universis Fratribus, & personis Superioribus quibuscumque dicitæ Congregationis in virtute sanctæ obedientiae, ut te in eorum Protectorem juxta tenorem præsentium recipientes, ea qua debent reverentia prospiciant, contraria non obſtan, quibuscumque. Ceterum te in Domino hortamus, ut hujusmodi Protektoris munus ita obite studeas, ut apud Deum bonorum operum retributorem eternum præmium, & à Nobis condignam laudem valeas prometeri.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pi- Dat. P. An. t. catoris, die 20. Septembris 1645. Pont. nostri anno 1. die 20. Sept.

C O N S T I T U T I O

Circa Mœnia, ac Propugnacula Urbis recens VI. extorta, eorumque Pomeria.

Multis alii Rom. Pontifices studuerunt decori urbis, ut pafsum videre est in hoc Bullario.

INNOCENTIVS PAPÆ X. Edita An.D. 1645.

A d curam nostram pastoralem spectare censemus in- Exordium.

*A*ter cetera sedulū providere, ut constructa pro hoju

Alma Urbis nostræ, & in ea degentium securitate Mœ-

nia & Propugnacula sarta tecta conserventur, & ita à

privatorum struturis, & adiunctis distent, ut tam intro-

lum, quam extrorsum commodè obiri valeant.

§. 1. Motu itaque proprio, ac ex certa scientia, & ma-

tura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis biles circa

plenitudine, omnibus, & singulis cujuscumque status,

gradus, conditionis, qualitatis, & dignitatis personis, tam

secularibus, quam ecclesiasticis, etiam regularibus quo-

modolibet nuncupatis, & qualificatis, etiam individua ex-

pressione dignis, ne quisquam carum quovis prætextu

& occasione Hortos, sive Vineas, seu alia prædia, vel mu-

ros, aut macerias, seu alia quæcumque adiicia, aut fe-

pes Mœniis, & Propugnaculis Urbis prædictæ à Porta

Equitum levis armaturæ nuncupata ad Tyberim usq;

noviter construis, ab eorum parte externa p[ro]p[ri]etate

X admoveare

admoveare audeat, vel presumat, sed illud spatium, seu intervallum, quod inter eadem Mœnia, & Propugnacula extorsum, ac sepes pro separatione privatorum Prediorum plantatas ad praesens existit, & publici juris esse sunt est, omnino vacuum liberumque remaneat, neque ullo modo angustias reddatur, eisque latitudo minatur: Præterea ne à parte interna corundem Mœnum, & Propugnaculorum quisquam prædiorum quovis pretextu, & occasione muros, fontes, domos, macerias, arbores, aut quodvis edificium, seu structuram juxta eadem Mœnia, & Propugnacula, nisi inter haec, & illa inter se libero quatuor cannarum mensurae Romanae spatio, seu intervallo, neque sepes, ubi nunc extant viae necessariae ad utilitatem publicam, seu particularium personarum, ut possint habere transiit ad proprias Vineas, extrahere, seu plantare similiter audeat, seu presumat, tenore praesentium sub arbitrii nostri penitentia, per contra facientes irremissibiliter incurriendis prohibemus. Volentes, & praecipientes sub eisdem penitentia, ut Domini Vineas, aliorumque Prædiorum dicitis Mœnibus, & Propugnaculis intorsum Vici-norum terram ipsis Mœnibus, & Propugnaculis cohærentem suis expensis adsequunt, & in planitiem redigunt; nullo autem modo ab iisdem Mœnibus, & Propugnaculis separant, vel amoveant, itaut propè eadem Mœnia, & Propugnacula, cùm opus fuerit, liberè incedi, illaque commode circuiri possint, & ob Terræ, qua fulciuntur detractionem, seu defecatum debilita minimè reddantur. Necnon ut porticulæ in Mœnibus, & Propugnaculis prædictis aperæ omnino claudantur, seu obstruantur, & quæ ad praesens clausæ, seu obstructæ sunt, nunquam sine nostra, & pro tempore existentis Romani Pontificis licentia recludantur.

Covaria re-sue.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Legibus quoque, tam Imperialibus, quam municipalibus, ac quatenus opus sit, nostra regula de non tollendo jure quæsto, & dictæ Urbis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alla quavis firmitate roboretis statutis, & consuetudinibus, stylis, usibus, & reformatiōnibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodo libet conciliis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum effi. Etum specialiter, & expre-
se derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Forma publi- carum.

§. 3. Ut autem earundem praesentium tenor omnibus innoteat, volumus eas in valvis Basilica Principis Apostolorum, & in acie Campi Flora, aliisque solitis locis Urbis (ut moris est) publicari, ipsasque sic publicatas omnes, & singulis ita afficere, ac si uniuersu personaliter intimare suissent.

§. 4. Quodque earundem praesentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica constituta munis eadem prorsus adhibeat fides, quæ adhiberetur praesentibus, si forent exhibite, vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die 4. Martii 1645. Pont. Nostri anno 1.

*P. N. anno in
v. 1645.*

Anno à Nativitate D. N. Ioseph Christi 1645. Indictione 13. die vix 9. mensis Maii, Pontificatus auctem Sanctiss. in Christo Patri, & D. N. D. Innocentii Divina Providentia Papa X. Amo ejus 1. supradicta litera Apostolica affixa, & publicata fuerunt ad Valvas Basilica Principis Apost. de Urbe, & in acie Campi Flora, ac aliis locis solitis, & consuetis, per me F. Melamum Apost. Curs.

Pro D. Mag. Curs. P. Paulus Desiderius Curs.

Confirmatio nonnullarum Constitutionum
Summorum Pontificum pro communi bono
editarum, cum revocatione quarundam gra-
tiarum contra illarum dispositionem conce-
sarum.

Bullas in hac Constitutione citatis reperies in Indice

rubricarum, in Pace III. Julio III. Pio V. Clemente VIII. Paulo V. & Urbano VIII. Hic autem index appositus est circa finem hujus Tomi.

INNOCENTIUS PAPA X. *Edita ad
Ad perpetuam rei memoriam.*

*E*tsi ea quæ pluribus Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum Constitutionibus pro bono communis provide sancita, & sapienti confirmata, & innovata fuerunt, novæ approbationis adjectiōne minimè indigere videantur, quia tamen plerunque accidit, ut rerum vel maximè utilium, nisi crebrè exciperetur, sensim effluat memoria, ac etiam quæ post editas & promulgatas Constitutiones hujusmodi multa per nonnullos ex prædecessoribus prefatis, quorundam importunis precibus, ut verisimile est, inductos concessa fuisse compemimus, quæ earundem Constitutionum vim non leviter infringere, & publicis commodis graviter officere, nosque & Sedi conf. Apostolice auctorati aliquatenus detrahere dignoscuntur. Hinc est, quod Nos, quibus agri Dominici curia divinitus commissa est, ut juxta Prophetam noxia evellamus, & utilia plantemus, operæ pretium facturos existimavimus, si iterata confirmationis & innovationis ministerio eisdem Constitutiones ab oblivione vindicemus, & prædecessorum nostrorum, sedulique Patris familiæ exemplo, ea quæ præter, aut contra salubrem Constitutionum hujusmodi dispositionem, & commune bonum nimia facilitate concessa fuerunt, tanquam nociva z. ania extirpemus, rati neminem & græ laturum suæ privat. publicam utilitatem anteponi.

§. 1. Alias liquidem fel. record. Paulus Papa V prædecessor noster, motu proprio, & ex certa scientia, ac matu-
*Paul. V.
rat. 1645.
borum in
fum. 1645.*

ra deliberatione suis, dæque Apostolice potestatis plenitudine, nonnullorum etiam prædecessorum nostrorum, tunc suorum, & ræ. itim pæ. mem. Pauli III. Julii III. Pii V. & Clem. V. II. Romanorum Pontificum vestigiis inhærens, q. asc. inque editas Constitutiones exemptionum, & immunitatium ac concessionum revocatorias confirmans, approbans & innovans, sua perpetuæ validitas constitutione, sub Dat. Romæ apud S. Petrum sub Anulo Piscatoris, die 23. Decembri 1605. Pont. sui anno primo edita, omnes & quascumque exemptions, & immunitates à solutione subsidij triennalium, quatrini carnis, taxarum equorum, callearum, censuum, Archivii, Foglietc. triremium, uenitium, necnon Dohanarum, gabela um, dationem, impositionem, & aliorum onerum Cameralium quorumcumque, & quæ etiam per Communitates, & Universitates pro earundem onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum supportatione indicta & imposita existabant, ac exigi solita erant, necnon cæteras gratias & concessiones, ac provisiones, & assignationes super Camera Apost. redditibus & juribus, paenarum quoque maleficiorum applicationes, approbationes, ac illarum, sive Dohanarum, & Cancelliarum, tam civilium, quam criminalium, ac Secretariatum, & illarum emolumentorum, ac bonorum, & jurium ipsius Camere, cuiusvis quantitatæ & quantitatæ, in præjudicium ipsius Camere p. r. quoscumque prædecessores nostros, tunc nos, & ipsummet Paulum V. & Sedem Apostolicam, etiam motu proprio & consistorialiter, ac Sanctæ Romanæ Ecclesie Camerarium, & Cameram prædicam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros quiibusvis Communitatibus, Universitatibus, necnon familiis nobilibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & quibusvis aliis personis quacunque dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum, & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, & ex quavis causa, etiam in recompensam laborum, dannorum passorum, expensarum, vel roteritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis urgentissima, & de necessitate exprimenda causa, sub quibusvis verborum formis & tenoribus, & cum quibusvis clausulis & decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, etiam in appaltum, seu locationum Cameralium instrumentis promisum & cautum esset, eas observari debere, Appaltatoresque & conductores ad illarum observationem teneri, ac aliæ quomo

INNOCENTIUS DECIMUS.

24

quomodocumque, & qualitercumque eosque in genere,
vel in specie concessas, datas, factas, & emanatas, & inde
sequita quecumque, etiam auctoritate Judicis perpetuū
revocavit, cassavit, susulit, abrogavit, & annullavit, ac vi-
ribus & effectu vacua perpetuū fore, & esse, neque in pos-
sessorio, neque in petitorio cuiquam suffragari posse, seu
debere, ac provisiones, assignationes, peccata maleficiorum
emolumenta, vestigalia, & alias res, bona, & iura praestata
ex hujusmodi revocatione restituta, eidem Camera & non
aliis, quibus forsitan locati & appaltati reperiebantur, redi-
ditus & proventus dictæ Camerae, licet antequam exem-
pliones, concessiones & assignationes supradictæ emanar-
sent, aliter dispositum fuisse, omnino deberi, ac ad illa
omnia & singula Cameram ipsam, necnon Communida-
tes, & Universitates pro gabellis, & datiis ab eis exigi-
solis, pro dictorum onerum Cameralium solutione, &
publicorum munerum supportatione eo ipso, absque alia
adepcta, seu recuperata possessione restitutam, & reinteg-
ratam, restitutaque & reintegratas fore, & esse, & cen-
gniratis fastigium, universam Reipublicam curam ad ipsius
Dei laudem amplectentes, ad hoc inter alia nostra Pasto-
ralis vigilantis studium duximus adhibendum, ut officia
tam Romanæ Curie, quam alia ad Sedem Apostolicam
pertinetia à probatis viris exercantur, ac illa personis
idoneis, modoque debito conferantur, Camera nostra
Apostolica, quam ob variis superiorum temporum cau-
fas magno ære alieno conflato, & ejus æratio exhausto,
in maximas reddituum, & pecuniarium angustias incidisse
comperimus, ab ære alieno ac angustiis hujusmodi, quan-
tum in Nobis est, sublevetur, frumentorum, & aliarum re-
rum ad communem vitæ usum pertinentium copia in hac
Urbe nostra, & reliquo Stato Ecclesiastico conseretur,
& vigeat, eisdem Sedi auctoritas, & Romane Curie
dignitas eluceat, ac per debitæ reformationis & provi-
sionis occursum, impedimentis quibuscumque sublati,
omnia prosperè dirigantur, ac justitia dicte, quod suum
est unicuique tribuat, felicique profecta virtus undi-
que suscipiat incrementum.

seri debere decrevit, & declaravit.

§. 2. Ac subinde idem Paulus V. prædecessor Annonæ, & Grascia ubertati in Urbe, & Ecclesiastica ditione consule cupiens, per aliam suam perpetuam Constitutionem, sub datum eadém die 23. Decembri editam, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione suis, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas recol. mem. Pii IV. etiam prædecessoris nostri, tunc sui, ac Pii V. & Gregorii XIII. ac Clementis VIII. prælatorum Constitutiones, & literas, in quibusvis eatum partibus, etiam quoad excommunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei à Statu Ecclesiastico extractionem tantum, & quoad cæteras peccatas quascumque in eisdem Constitutionibus, & literis contentas, non solum in quantum ad præmissorum, sed etiam in quantum ad aliarum rerum ad Annouam, & Grasciam pertinentium extractionem attinebat, perpetuū innovavit, confirmavit, & approbavit, illasque adversus quascumque revocationes, suspensiones, limitationes, & moderationes in pristinum, & cum in quo. antequam illæ emanarent, erant statutum restituit, reposuit, & plenariè reintegravit, omniaque & singula privilegia, licentias, & facultates frumenta, blada, leguminæ, animalia, oleum, & alia id genus, tam Annouam, quam Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terris pro tempore recollecta ex quibuscumque Status Ecclesiastici temporalis Provinciis, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque Territoriis & districtibus sibi, modicione Ecclesiastica mediatè vel immediate submodicione libet subjecti extrahendi, quibusvis eosque concessa, approbata, confirmata & innovata, perpetuū revocavit, cassavit, & annullavit, ac viribus evacuavit, ac revocata, annullata, cassata, invalida, viribus & effectu vacua esse & fere, ac nemini ullatenus suffragari posse, aut debere decrevit.

§. 3. Et deinde idem Paulus V. praedecessor per alias ejus Constitutionem, etiam loca mediate Sedi Apostolica subiecta, in ultimis dicta ejus Constitutione comprehendendi declaravit, ac formam, & modum dandi licentias extrahendi statuit.

9.4. Postmodum recol. mem. Urbanus Papa VIII. etiam
prædecessor noster, pro indemnitate Sedis, & Caneræ
Apostolicæ, sua perpetua Constitutione, quæ incipit, San-
ctiss. Dominus Noster, &c. omnes & quascumque facul-
tates, induita, & privilegia disponendi quovis modo de
officiis quibuscumque Romanæ Curiaæ ad collationem,
seu concessionem diæ Sedis quoniamdolibet pertinenti-
bus, seu eorum pretio, absque speciali suo, & successorum
Rom. Pontificum pro tempore existentium assensu & be-
neplacito, de tempore dispositionis hujusmodi impetrar-
do revocavit.

5.5. Denique ab eodem Urbano praecessore emanavit
alia Constitutio tenoris sequentis, videlicet : URBANUS
Episcopus Servus Servorum Dei. Ad perpetuam rei me-
moriem. Superni benignitas conditoris, cuius admirabilis
providentia cuncta reguntur, cum nullis nostris suffra-
gantibus meritis Nos ad sublime exerxit Apostolica di-

Orbe nostra, & tunc statu Ecclesiastico summa, &
& vigeat, ejusdem Sedis auctoritas, & Romanae Curiae
dignitas eluceat, ac per debita reformationis & provi-
sionis occursum, impedimentis quibuscumque sublati,
omnia prosperè dirigantur, ac justitia duce, quod suum
est unicuique tribuatur, felicique profectu virtus undi-
que suscipiat incrementum.

§. 6. Cum itaque inter cætera, quæ mentem nostram non
modice perturbant, atque perturbant, invenerimus, ple-
naria Sedis & Cameræ prædictarum officia, seu munera,
præsertim administrationem habentia, & quæ amovibilia fuisse collac-
tunt, & esse debent, tam in Urbe, quam extra eam, contra
eorum naturam, & consuetudinem, per ambitionem, & im-
portunitatem (ut credimus) impetrantium ad vitam, &
non solum unius, verum plurimorum etiam personarum con-
cessa fuisse, necnon super illis, & aliis etiam Romanæ Cu-
riæ prædictæ officiis, etiam perpetuis, coadjutorias cum
futura coadjutorum successione factas, & constitutas esse,
quo sit ut eadem officia, quæ antea personis benemeritis,
& idoneis, ac doctrina, prudentia, & consilio præditis, ex-
perientiaque & aetate maturis concessa sunt, interdum ad
personas minus idoneas coadjutoriarum nomine deve-
niant, in Sedis, & Curie hujusmodi dignitatis diminutio-
nem, & ipsorum officiorum detrimentum.

5. Et licet plorique Romani Pontifices prædecessores, *Plures Pon-*

¶ 7. Et licet plerique Romani Pontifices praedecessores nostri, & novissimum fæl. rec. Paulus Papa V. ad indemnitatî Cameræ praeditæ, necnon Communitatû & Universitatû Status Ecclesiastici opportunè consulēdū, ac etiâ ad ubertatē Annonæ & Gracia in Urbe, Statuque praeditis cōservandum & augendū, plures Constitutiones ediderint.

¶ 8. Et inter alia idem Paulus p̄ḡdecessor per binas suas

§.8. Et inter alia idem Paulus p[er]decet[ur] per duas duas
in forma Brevis editas constitutiones , in una p[ro]diceret,
omnes & quascumque immunitates,& exemptiones a so-
lutione gabelliarum,datorum,impositionum, & aliorum
onerum Cameralium quorumcumque , & quæ etiam per
Communitates & Universitates pro corundem onerum
Cameralium solutione;& publicorum munetur suppor-
tatione indicta & impoluta,ac exigi solita erant.

6.9. Necnon assignationes & provisiones super Cameræ prædictæ redditibus & juribus, penarum quoque maleficiorum applications, appropriaciones, &c. et talique tam illarum, & Cancellariarum, sive bancharum civitatum, & criminalium, ac Secretiariorum, & illarum emolumentorum, quam bonorum, jurium, ejusdem Cameræ, cuiusvis qualitatibus, & quantitatibus gratias & concessiones in prædictam insin Cameræ catenus concessas & factas.

§. 10. Et in altera omnia, &c singula, ac quemcumque pri- Alia Com-
missione. Pa-

vilegia, licentias, & facultates frumenta, blada, legumina, animalia, olgum, & alia tam Annonam, quam Grasciam concernentia, etiam in propriis eorum praediis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore collecta, ex quibus-
cumque Status nostri Ecclesiastici temporalis Provinciis ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, corique Territoriis, & districtibus Nobis, & S.R.E. mediate vel immediate

riis & districtibus Nobis, & S.R.E. mediate vel immediate
quomodolibet subjectis extrahendi, similiter catenus cō-
cessa , præterquam quoad aliqua tunc expressa , ac alijs
modo, & forma in eisdem Constitutionibus, & literis de-
super expeditis contentis revocaverit, & prædecessoruna
suorum prædiorum constitutiones, ordinationes, & lite-
ras desuper expeditas, & omnia in eis contenta perpetud
approbando, confirmando, & innovando, illas, & illa, ex
tunc de cetero observari mandaverit, ac frumenta, blada,
i & legumina, oleum, animalia, & alia prædicta extra Sta-
tum Ecclesiasticum extrahi sub excommunicationis , &
aliis gravissimis pœnis de novo expressæ prohibuerit.

Bon. aduersaria s. 11. Et postremd idem Paulus prædecessor ad tol-
ad colligendam lendum omnem dubitationem super ultimd dicta Con-
omnium dubi- stitutio[n]em excitata[m] per suam Motus proprii cedula[m]
tae seruare. die 26. Augusti anno Domini 1606. publicatam , sub
ultimd dicta ejus Constitutione, quæcunque loca S.R.E.
mediatè subje&a comprehendis, & comprehensa fuisse &
esse declaraverit, & quatenus opus sit, illam cum omni-
bus in ea contentis ad loca prædicta extenderit, & am-
pliaverit , prout in eisdem Constitutionibus & cedula
satid[s] continetur.

**Articoli qui-
dam obser-
vantes faculta-
tes eis contra
privilegia extra-
hendentes con-
stitutus.**

9.12. Nihilominus cum acceperimus nonnullos contra
dictas Constitutiones & literas , easdem immunitates,
exemptiones,privilegia,extrahendentes facultates & gra-
tias,quaes anteas eis concessa fuerant , confirmari & inno-
vari,ac in pristinum restitui,ac respectivae tamen ipsoe,quam

alios, etiam **Communitates**, **Universitates**, **Collegia** & **loca diversa**, & **forsa majora**, & etiam quod in quibus-
dam **Provinciis**, **Civitatibus** & **locis** spolia **Archiepisco-**
porum, **Episcoporum**, & aliarum perlonatum Ecclesiasti-
carum fieri, & colligi non possint, ac alia privilegia Sedi,
& Camere **prædictis**, **Romanique Pontificis** supremæ
potestati, ac eisdem Sedis & Rom. Curie dignitati, &
auctorati **præjudicialia** sibi dari, & concedi impetrasse,
& obtinuisse, seu potius extorisse.

**Quos abutur
Corruptelas
nominat his
Pretex, id est
de communione, peritias eorum.**

9.13. Nos pro debito Pastor, officii hos, & alios abusus, & corruptelas, necnon damna & prajudicia, quae circa premissa hacenus irreplecent, & facta sunt, ac quotidie augmentur, & sunt, è medio tollere volètes, Motu proprio,

que resuunt. legimus, quod non solum in causa nostra, sed etiam in aliis, non ad alicius super hoc Nobis oblatas petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & deliberatione nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine, hac perpetuè validata constitutione in primis omnes, & qualcumque ad quævis officia & munera, etiam collegiata, etiam militaria, ac etiam venalia, tam perpetua quam temporalia, Sedis & Camera Apostolice, ac Romanæ Curie, & tam in Urbe, quam extra eam, & in quibusvis, etiam Avenionem, Bononiam, Ferrariam, Beneventan, aliisque Civitatibus, Terris, locis, Dominiis, & Regnis, & ad Nos, Sedemque prædictam, nostramque & ejusdem Sedis collationem, concessionem, & deputationem quomodolibet pertinencia, coadjutorias, & coadjutorum quorumcunque deputationes, constitutiones, necnon eorundem officiorum, & munerum ad vitam plurium personorum, seu aliud tempus vitam cuiusque illa obtinendum excedens concessiones, confirmations, & prorogationes, etiam in remunerationem laborum, meritorum, ac etiam prætextu expensarum factarum, damnorum passiorum, seu illorum intenti, aut ex quavis alia causa per quosvis prædecessores nostros Romanos Pontifices, Sedemque prædictam, & illius Officiales, etiam motu simili, & cum quibusvis decretis, & clausulis, etiam derogatoriarum derogatoriis, & alijs quomodolibet ad favorem quarumcunque personarum factas & concessas, veluti quandam imaginem hereditaria successionis repræsentantes, ac dictæ Sedi, bonoque publico, ac ipsis officiis perniciose, & quascunque literas etiam sub plumbo, & in alia quavis forma expeditas, cum omnibus inde sequituis, quæ hactenus tamen per obtinuit illa obtinendum, aut aliam quamcunque vacacionem efficitum sortitus non sunt, necnon quoad illarum perpetuitatem quascunque concessiones, confirmations, extensiones, seu prorogationes ad vitam officiorum, & munerum quorumcunque, præsertim negotiorum, & pecuniarum dictæ Camera administrationem, vel causarum civilium, seu criminalium cognitionem, advocationem, defensionem, seu etiam procurationem & sollicitationem concernentium, ad collationem, concessionem & deputationem scilicet pro tempore Romani Pontificis, Sedisque prædictæ spectantium, que à primæa eorum electione, seu ex veterata consuetudine perpetua, & ad vi-
tæm concedi solita, seu Collegialia non sunt, ac etiam ea quæ extra Romanam Curiam exercentur, per quoscunque prædecessores nostros Romanos Pontifices, ac Nos, Sedemque prædictam ex quavis causa, etiam motu simili, & ex certa scientia, & de similis potestatis plenitudine in favorem quarumvis personarum, cum quibusvis decretis, & clausulis, etiam insolitis & derogatoriarum derogatoriis, & alijs quomodolibet factas revocamus, ac irri-

tas declaramus, ita ut in re, vel ad rem, sive in possessorio,
sive in petitorio, etiam si ad plures actus positivos, &
possessarios deventum fuerit, coadjutoribus, & deputatis
acquisitum dici, aut censeri non possit, sed officia, & mu-
nera predicta libera sint, & remaneant, ac ut prius liberè
conserri, & concedi possint, atque ac si coadjutoria, &
coadjutorum deputationes, & constitutiones, ac eorum-
dem officiorum concessiones, extensiones & prorogatio-
nes minime factæ fuissent, ac in futura coadjutorias, &
coadjutorum deputationes, constitutiones, & munerum
predicitorum ad plurimum, vel unius vitam, contra primæ-
vam eorum naturam & antiquam consuetudinem concep-
tiones, extensiones, & prorogationes quascumque hujus-
modi, tanquam apprime prejudiciales, ac Reipublicæ, bo-
noque gubernio dannositas reprobaramus, ac in posterum
fieri prohibemus.

9. i. 4. Quinimum omnia & singula officia, seu munera, tam
in dicta Urbe, quam extra eam, & etiam in quibusvis Re-
gnis & dominiis constitentia, pro quibus salaria de pecu-
niis Cameræ nostræ prædictæ persolvuntur, seu quæ ne-
gotiorum, vel pecuniarum Cameræ prædictæ administra-
tionem, vel causarum tam civilium, quam criminalium
cognitionem, adovationem, defensionem, seu sollicitatio-
nem habent, per quovis etiam Sedis Apost. & Rom, Ec-
clesiæ Officiales, & ejusdem S.R.E. Cardinales, etiam de
Latere Legatos conferri, seu concedi solita (non tamen ea
quæ ab initio venalia, vacabilia, & perpetua legitime cre-
ata ratione officiorum majorum quæ obtinent, eis specia-
liter assignata, seu concessa sunt, in quibus aliquid inno-
vare non intendimus) nostræ, Romanorumque Pontifi-
cum successorum nostrorum dispositioni ita reservamus,
ut ex nunc in perpetuum, & quandocunque illa à Nobis
& successoribus nostris Romanis Pontificibus ad nutrum
quibus libuerit, quibusunque deputationibus, & conces-
sionibus per Officiales etiam Cardinales & Legatos præ-
dictos quibusvis personis quomodolibet hactenus factis,
& in posterum forsitan faciendis minimè obstantibus, dari,
& concedi possint.

§. 15. Cum Nos ab omnibus officiorum coadjutoriis, & coadjutorum deputationibus hujusmodi, necnon ab eorumdem officiorum & munerum ad vitam plurium personarum, sive etiam unius contra eorum primavem institutionem, seu antiquam consuetudinem concessionibus, deputationibus, confirmationibus & prorogationibus de cetero abstinere intendamus, & quæ Nobis licere non patimur, & videntur incongrua & prajudicia, successoribus nostris Romanis Pontificibus etiam judicamus. & sic neque eosdem successores nostros Romanos Pontifices similis concessuros esse arbitremur, ob id omnes & qualcumque similes, vel dissimiles concessiones, deputationes confirmationes, extensiones, & prorogationes, quæ contra presentium formam, & tenorem à Nobis, & successoribus nostris praeditis quandomcumque (quod non creditimus) eranarent, per subreptionem, obceptionem, ac præoccupationem potius extortas, quam obrentas, ac nullas, nulliusque roboris & momenti fore & esse, & censeri, neminique suffragari posse vel debere, & quæ ac si factæ & concessæ non essent, decernimus & declaramus.

9. 16. Præterea pro indemnitate Cam. noltrix, ac ubertate
Annonæ, & Græciæ, tam in Urbe, quam toto Stato Ec-
clesiastico conservanda, prædictorum Pauli V. & aliorum
Rom. Pontificum prædecessorum nostrorum vestigiis
inhærentes, illorumque constitutiones etiam opportune
extendentes, motu, scientia, & potestate similibus omnes
& quascumque immunitates & exemptiones à solutione
subsidii triennalis, quartini carnis, taxarum equorum, tal-
learum, censuum, Archivii, foliætz, triternum, utensili-
um, necnon Dohanarum, Gabellarum, Datiorum, tax &
portus Anconæ, quatrinorum, traçtarum, & aliarum im-
positionum, & onerum Cameralium, & etiam eorum quæ
per Communitates, & Universitates pro corundem
onerum Cameralium solutione, & publicorum munerum
supportatione, ac pro viii., & pontibus construendis &
manutendendis, seu alijs indicata, & imposita, ac extigi so-
litis sunt, ac etiam recipendi, & hospitandi milites, &
Sedis Apostolica officiales, barigellos, executores, aliosque
justitiae ministros, eisque utensilia, & alia necessaria sub-
ministrandi,

nistrandi, ac aliorum quorumcumque, tam realium, quam personalium, seu mixtorum, ordinariorumque, & extraordinariorum quorumcumque.

§. 17. Necnon omnia privilegia localia, ne scilicet in quibusdam Civitatibus, locis, & dominis temporalibus, etiam Avenion, Bonon, Ferrati, Benevent, seu aliis Provinciis, Civitatibus, & locis, etiam privilegiatis & speciali nota dignis, non tamen in urbe praedicta, & ejus distrittu præter, & contra formam constitutionis ejusdem Pauli predecessoris in favorem Curialium, & incolarum dictæ Urbis editæ, quam in suo robore permanere, & omnino servari volumus, Archibiscoporum, Episcoporum, & aliarum personarum Ecclesiasticarum spolia hiant, & colligantur, & Commissarii & Collectores ipsorum, & iurium dictæ Cameræ debitorum in eis non retineantur, vel ad ea non transmittantur, seu in illicite negotiationis dispositionum contra constitutiones p[ro]p[ter] memorie Pii Pape V. etiam predecessoris nostri in illegitimos factarum, apostatarum, & Clericorum extra teſtamentum decedentium, seu aliis causis non procedatur. Ac omnes etiam, & singulas provisiones, & assignationes super Cameræ prædictæ redditibus, & iuribus, pecunarum quoque maleficiorum, & introituum applicationes, appropiations, necnon Cancelleriarum, Notariatum, seu Bancarum civilium, & criminalium, Secretariatuum, & illarum emolumentorum, aliorumque iurium, & bonorum stabiliū Cameræ, & Communitatum prædictarum, cuiusvis qualitatis, & quantitatis gratias, concessiones, & alieationes quacumque in præjudicium earundem Cameræ & Communitatum.

§. 18. Necnon indulta de bonis stabilibus & iuribus ejusdem Cameræ in Civitate nostra, & districtu Ferrensi, seu alibi consistenteribus, certis personis tantum infundandis, per p[ro]p[ter] memorie Gregorium Papam XV. etiam predecessorum nostrum concessa.

§. 19. Ac omnia & singula privilegia, licentias, & facultates frumenta, blada, legumina, animalia, oleum, olivas, & alia quæcumque, tam Annonam, quam Grasciam conceruentia, etiam in propriis eorum prædiis, possessionibus, agris, & terrenis pro tempore recollecta, tam ad effectum extra Statum Ecclesiasticum, quam etiam ad loca mediata, vel immediata Sedi Apostolicae subiecta, præterquam ad Urbem prædictam asportandi, etiam tempore Annonæ difficultatis, & pro ulu proprio, vel ad effectum in eorum, vel alienis quibusvis molendinis molendi, sive terra, sive mari, vel per aquam dulcem, ex quibuscumque Status nostri Ecclesiastici temporalis Provinciis, ac etiam à dicta Urbe, ac Civitatibus, Terris, Castris, & locis, eorumque territoriis, & districtibus Nobis & dictæ Sanctæ Romanæ Ecclesie mediata, vel immediata subiecta extrahendi, aut illa ultra usum, contra tamen formam Constitutionum, & ordinationum Apostolicarum, & bannimentorum desuper editorum, & edendorum emendi, ac ut dicitur etiam incertandi per quocumque predecessoris nostros, ac Nos & Sedem prædictam, etiam motu proprio, & consistorialiter, ac Sanctæ Romana Ecclesie Camerarium, & Cameram prædictam, seu etiam Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, Officiales, & Ministros, quibusvis etiam Avenionem, Ferratam, Beneventum, & aliis etiam speciali nota dignis Civitatibus, & illarum Regionibus, Communitatibus, & Universitatibus, necnon familiis, Nobilibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Domicillis, & quibusvis aliis personis, quacumque etiam Episcopali, Archiepiscopali, Patriarchali, & Cardinalatus, aliaque tam seculari, quam Ecclesiastica dignitate fulgentibus, etiam ratione guberniorum & aliorum officiorum, & munerum eis commissorum, etiam pro se, & filiis, coramque hereditibus & descendentiis, necnon familiaribus, & inferuentibus, colonis etiam partiatris, laboratoribus, & afficiariis, ac pro eorum Civitatibus, Terris, Castris, Villis, Casalibus, prædiis, vineis, & alia bonis stabilibus, fructibus, iuribus, & actionibus perpetuò vel ad tempus, ac in toto, vel pro parte, & etiam causa empiorum, seu nundinarum, etiam in recompensam laborum, dannorum, passorum, expensarum, vel meritorum, seu illorum intuitu, & alia quantumvis ur-

gentilissima, ac de necessitate exprimenda causa, sub quibuscumque verborum formis, & tenoribus, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam in appaltuum, seu locationum instrumentis promissum, & cautum sit, illas observari debere. Appaltatoresque & Conductores ad illarum observationem teneri, ac illas quomodocumque & qualitercumque hæc tenus in genere, vel in specie, tam ante, quam post ejusdem Pauli V. & aliorum prælatorum, & quandocumque datas, factas, seu confirmatas, restitutas, reintegratas, aut alias concessas, & inde etiam auctoritate judicis secuta quæcumque, etiam perpetuò, ac motu, scientia, & potestate similibus revocamus & abrogamus.

§. 20. Necnon sunilis memoria Pauli III. & Julii etiam III. Pii V. Sixti V. prædictorum, ac Clementis VIII. similiter Romanorum Pontificum predecessorum nos, & quæ incipit: In maximis rerum difficultatibus, per prædictum Paulum V. predecessorem, sub Datum Rome apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1655. Pontificatus sui anno primo editas Constitutiones exemptionum, immunitatum, concessio-

Prædictas etiā Constitutiones exemptionis, concessione, &c. revocare.

INNOCENTIUS DECIMUS.

Pii V. Gregorii XIII. & Clemens VIII. predecessorum suorum Constitutiones & literas in quibuslibet earum partibus, etiam quoad excommunicationis, & alias Ecclesiasticas censuras, quantum attinet ad frumentorum, bladorum, leguminum, & olei extractionem innovavit, ac privilegia, licentias, & facultates extrahendi praedicta revocavit, ac frumenta, hordea, legumina, & alia Anna-nam, & Graeciam concernentes, sub excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis, & penitentiis temporalibus supradictis extra Statutum Ecclesiasticum extrahi prohibuit, ac aliam per quam ultimè dictam ipsius constitutio-nem, innovationem, prohibitionem, & revocationem ad loca medietate Sodi Apostoli subiecta extendit, & ampliavit, in quibuslibet earum partibus, demptis tamen ex illis pena excommunicationis, & aliis censuris Ecclesiasticis (prae-terquam in casibus, in quibus extra Statutum nostrum Ec-clesiast. vel ad loca Principium, Ducum, Marchionum, Com-mitum, Baronum, & aliorum, quorum dominia in confi-nibus dicti Statutus nostri Ecclesiastici existunt, extractio mercimonii causa fieri) motu, scientia, & potestate paribus similiiter perpetuo approbamus, confirmamus, & innova-mus, illaque adversus quacumque revocationes, suspen-siones, limitationes, & moderationes, in pristinum, & eum in quo antequam illa emanarent, erant statutum restituimus, reponimus, & plenarie reintegramus, illaque, & ea-rum singulas ab omnibus & singulis ad quos spectat, sub temporalibus penis praedictis in illis contentis inviola-biliter de cetero observari debere.

*Emolumen-a
gratianum, &
C. mera retri-
bus mundis.*

§. 21. Ac provisiones, assignationes, penas maleficiorum emolumenta, impositiones, gabellas, vexigalia, & alias res, bona, & jura praedicta ex hujusmodi revocatione, prohibi-tione, & constitutione restituta eidem Camera, & respec-tive Communitatibus praedictis, & non aliis, quibus forsan illarum redditus, & proventus locati & appaltati reperiuntur, licet antequam exemptiones, concessiones, assignationes, & alia praedicta emanassent, aliter difphi-tum fuerit, omnino deberi, ac ad illa omnia & singula Cameram ipsam, neconon Compunitates, & Universita-tes co ipso absque alia adepta seu recuperata possessione restitutas & integratas fore & esse præcipimus, statui-mus, & ordinamus. Per praedicta autem non intendimus revocare exemptiones, & immunitates quibuscumque personis Ecclesiasticis, tam Secularibus, quam Regulari-bus de jure competentes, minusque immunitates, & exemp-tiones, ac extrahendi, & alias facultates, applicationes, & alia Thesaurariis, Appaltatoribus, & Conduktoribus bonorum, introituum & jurium Camere nostre ab ipsa Camera, seu alia illius nomine, in appaltum, & locatio-num instrumentis, & illorum ratione concessa.

§. 22. Et insuper à revocationib. omnibus, & singulis su-pradicis excipimus, & exceptas esse volumus & declara-mos immunitates, exemptiones, confirmationes, extensi-ones, prorogationes, facultates, privilegia, concessiones, & alienationes quibusvis Communitatibus, Universitatibus & aliis quibuscumque data, facta, & respective concessa in vim contractus ex causa verè onerosa, videlicet con-grue, & effectuatis Camera Apostolicæ, vel ipsiis Com-munitatibus legitime facte pecuniarum solutionis, vel ex aliis causis rationabilibus per Nos cognoscendis, & approbandis, & etiam declarandis, quas causas omnes onerosas non nisi legitimas, ac licitas & honestas, propt de jure, approbare intendimus; & propterea illa obtem-pentes quicunque in eadem Camera, citato-dilecto filio ip-sius Camere Commissario generali, illas verificare, in ip-saque Camera examinari & admitti facere tenentur, etiam gratia, concessiones, privilegia, literæ, instru-menta, ceteraque praedicta, & alia in eadem Camera ad-missa, & in ea, suisque libet fuerint, & sint registrata, quatenus tamen causa onerosa praedictæ pro verè one-rofis, & legitimis, ut supra, alias in eadem Camera verifi-cate, ac approbatæ, & judicata non sint, quo casu ad ju-dicationem tantum, non autem ad aliam verificationem eosdem obtinente teneri volumus.

*Exemptiones
immunitates, S.
R.E. Cardinales
Cardinalium.*

§. 23. Excipimus etiam immunitates, & exemptiones dicte S.R.E. Cardinalibus ratione dignitatis Cardinala-tus, & Cameralibus, qui in eadem Camera sedent, & se-dent, concedi solitas, ac etiam exemptiones, quibus ad

presentes Prelati, & Officiales Romanæ Curie, ac Prelati doméstici, & Cubiculari secreti, & Secretarii, ac alii fa-miliares, & continui Commensales nostri, & successorum nostrorum Pontificum in rotulo descripti.

§. 24. Necnon facultates testandi de quibusvis bonis, etiam ubiquecumque sitis, & in illis, eis ab intestato succe-dendi dictis Cardinalibus, & nobis, & Rom. Pontificum predecessorum nostrorum familiariis, & continua Commensalibus, etiam illi familiares postmodùs esse desierunt, vel desinunt, & aliis quibusvis etiam gratuitò, & quomodolibet, tam per eosdem predecessores, quam etiam per Nos concessas, & alias in omnibus, & per omnia, iuxta earundem facultatem, & literatum defuper expeditarum formam, ac teneorem, quem pro latissime expresso habeti volumus.

§. 25. Necnon exemptiones, immunitates, & privilegia quacumque, quibus fratres, nepotes, & consanguinei no-stri, & pro tempore existentes Romani Pontificis viventis sruuntur, potiuntur, & gaudent.

§. 26. Ac demum illas ob numerum duodecim filio-rum concessas, quas tamen ad terminos ejusdem Pii Pa-pha. IV. & aliarum Apostolicarum Constitutionum super similium exemptionum declaratione editarum, & ad il-las tantum, & pro tempore & personis, ac eo modo & for-ma quibus de jure communi illi competunt, ac aliis jux-ta ipsius juris communis, & supradictarum, & aliarum Apostolicarum constitutionum dispositionem reduci-mus, neque alter, quam ut prefertur, sive in territorio, si-ve in possessorio suffragari volumus & decernimus.

§. 27. Nostræ autem mentis fuisse & esse declaramus Regula Cancellarie super revocatione indultorum su-perviventer per Nos editæ nullatenus prejudicare, quin-uidam cam quoad omnia in illa comprehensa, ac omnes & quacumque personas quavis dignitate, etiam Cardinali-tia fulgentes confirmamus, & quatenus opus sit, innova-mus, & extendimus.

§. 28. Ceterum Legatis, & aliis ornibus Officialibus Legatis, praedictis ad quos spectat, seu in futuru in quomodolibet spectabili, quatenus Constitutionem Sixti V. predecessoris predicti circa penas maleficiorum editam, quam in omnibus & quoad omnia cum suis declarationibus postea factis innovamus, omnino obseruent.

§. 29. Omnibusque & singulis Sedis praedictæ feudati-riis, sive Baronib. ei mediæ vel immediatæ subiectis, ne b. eos ad alias quam ad triremes Sedis Apostolica transmis-tere audeant seu presumant, præcipimus & inhibemus.

§. 30. Appaltatoribus vero, Thesaurariis, Depositariis, Commissariis, Exactoribus, & ceteris Agentibus, & Mi-nistris Camera, & Communitatibus praedictarum, ne contra praesentium formam provisiones, concessiones, assignationes que praedictas de cetero solvant, aut exemptio-nes, gratias & immunitates, nisi ut prefertur exceptas, & eas quæ in eadem Camera ex causa onerosa praedicta, vel ex alius rationabilibus causis per Nos ut prefertur co-gnoscendis, & approbandis, & seu etiam declarandis illas concessas fuisse, citato Commissario praedicto, verificare, & pro talibus in eadem Camera admissis fuerint, admit-tant, expresse probibemus, & si fecerit solverint, vel ad-miserint, solutiones hujusmodi, ac exemptiones illas nul-latenus in eorum computis admitti volumus, sed eorum damno celsuras esse, quinidam eos ad refectionem damni teneri declaramus.

§. 31. Ac deinceps perpetuis futuris temporibus nullos licentiarum, facultatum, & privilegiorum quorumcunque etiam ex causa onerosa, ut praefertur, concessionum vel concedendorum vigore, etiam extractionem propriæ auctoritatem fieri posse illis permisum sit, extractiones frumentorum & aliorum praedictorum extra Statutum nostrum præstatum, vel etiam ad loca mediæ subiecta, & etiam à locis mediæ subiectis extra dictum Statutum aliquo pa-tio facere, nec etiam similes extrahendi licentias & facul-tates in posterum concedi posse, aut debere, nisi chirographo manu nostra, aut Romani Pontificis pro tem-pore existentis, quoties extractione facienda erit, subsi-gnato praecedente, alioquin licentias, & facultates hu-jusmodi, alias quam chirographo praedicto praecedente pro tempore concedendas, & extractiones facendas, nullas

nullas, nulliusque roboris, & momenti fore, & esse, ac ipsos extraentes in peccatis supradictis incidere, & ad illarum executionem contra illos irremissibiliter procedi posse & debere volumus pariter & declaramus.

§. 32. Postremo omnia, & quæcumque privilegia, facultates, indulta Nobis, & Romano Pontifici pro tempore existentia, in statu temporali ratione supremæ potestatis à jure, vel per qualvis Apostolicas constitutiones competencyea seu reservata exercendi, aut eisdem supremis potestatis, ac superioritati nostræ, & nostrorum Tribunalium, Officialium, & Judicium Romanæ Curie jurisdictioni, & auctoritati præjudicia, omnibus & singulis supra nominatis, etiam ut præfertur qualificatis, ac etiam ut supra & aliæ quomodolibet concessa quæcumque, exceptis tamen iis, que concessa sunt ex causa verè onerosa, scilicet congrua solutionis pecuniarum dicta Carmelitæ factæ, aut ex investitura, vel immemorabili consuetudine inviolabilitate observata, vel ex aliis rationabilibus causis per Nos, vel Successores nostros cognoscendis, approbadis, seu etiam declarandis competencya, que etiam licet tollete non intendamus, tamen nostram, & Romani Pontificis supremam potestatem, superioritatem, nostramque & ejusdem Rom. Pontif. nostrorumque Romanæ Curie Tribunalium, Officialium, & judicium iurisdictionem prædictam impedit, aut contra illam, præterquam in casibus à jure permisis suffragari posse, vel debere nolumus, nisi prius causa onerosa, vel investitura, seu immemorabili prædicta in eadem Camera, citato Commissario prædicto legitime probata, verificata, & justificata, si aliae verè causæ rationabiles prædictæ à Nobis, seu successoribus prædictis pro talibus cognitæ, approbatæ, & seu declaratæ fuerint, revocamus pariter & abrogamus, irritum & inane etiam decernentes quicquid fecus super his à quoquam quovis prætextu, occasione, vel causa scienter vel ignorantie contingit attentari.

§. 33. Non obstantibus præmissis, & quatenus opus sit, nostra de non tollendo jure quæsito, ac quibusvis Constitutionibus & ordinationibus Apost. necnon statutis, privilegiis, indultis, concessionibus, exemptionibus, immunitatibus, licentiis, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, & literis Apostolicis prædictis, & quibusvis aliis, etiam ut præfertur, seu aliæ qualificatis, & speciali nota, & mentione dignis, etiam motu, scientia, & potestate paribus, & etiam Consistorialiter, & de corundem Cardinalium consilio, & assensu, sub quibuscumque verborum formis & tenoribus, & cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac iritantibus, & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessariò exprimendis, etiam in vim contractus jurati, Cameralique obligatione vallati, & quovis alio robore, & cautela firmatis, editis & seu factis, ac aliæ quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, ac pluriis, & iteratis vicibus confirmatis, approbatis, & innovatis.

§. 34. Quibus omnibus, & singulis, etiam in eis caveatur expreßè, quod nullo unquam tempore sub simili, vel diiliū exemptionum, immunitatum, facultatum, licentiarum, concessionum, deputationum, confirmationum, extensionum, prorogationum, gratiarum, privilegiorum, & alienationum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscumque contrariis dispositionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptæ, & quoties illæ emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori data per eos quibus cœcessa sunt eligenda, restituta, reposta, & plenariè reintegrata, & de novo cœcessa sint, & effe censeantur, necnon pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inferri forent, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter, & expressè, ac latissimè derogamus, & deroga tum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 35. Ut autem præsentes litteræ ad omnium notitiam^{Publicat} facilius deveniant, volumus & Apostolica auctoritate de mandat cernimus, easdem præsentes ad valvas Basilice Principis Apostolorum, & Cancellarie Apostolicæ, ac in aie Campi Flore, per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui, que sic publicatae, & affixa omnes & singulos quos concernant perinde afficiant, & arcent, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, & intimate fuissent.

§. 36. Quodque earundem præsentium transumpsi, Transumptions Notarii publici subscriptis, & sigillo aliqujus per ram fidei, in dignitate Ecclesiastica constitute munitis, eadem fides in iudicio & extra habeatur, que ipsi originalibus litteris haberetur, si essent exhibite, vel ostense.

§. 37. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam nostræ reprobationis, reservationis, approbationis, confirmationis, restitutionis, repositionis, reintegracionis, præcepti, statuti, ordinacionis, exceptionum, prohibitionem, revocationem, abrogationem, reductionem, inhibitionem, innovationem, declarationem, derogationem, voluntatum, & decretorum infringere, vel ei aucto temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, Anno Incarnationis Dominicæ 1624, duodecimo Kalendas Novembbris, Pont. nostri anno secundo.

§. 38. Quapropter, ut ea quæ à Paulo V. & Urban. VIII. prædecessoribus prefatis, in eorum Constitutionibus hujsmodi, necnon etiam ea, quæ à prædicto Clemente VIII. prædecessore in alia sua Constitutione, etiam in favorem ejusdem Sedis Apost. ac ejus subditorum, quæ incipit, Roman. decet Pontificem, sub dat. anno 1601, prædicta nonas Julii, Pontif. sui anno X. edita, & à Paulo V. per suas, quæ incipiunt: Pastorale munus, sub dat. anno 1617, duodecimo Kalend. Decembri, Pontificatus sui anno XIII. necnon à dicto Urbano VIII. prædecessoribus, per suas sub plumb expeditas literas, quæ incipiunt, Decens & æquum, esse censemus, sub dat. anno 1627, Kalend. Junii, Pontificatus sui anno quarto confirmata, ad eod providè sancta, ac respectivè approbata, & innovata fuerunt, et firmius & exactius ut par est obseruentur, quod sèpè iterata hujus Sanctæ Sedis auctoritate comprobata fuerint, pro incumbenti Nobis offici Pastoralis debito providere volentes, necnon omnium & singularum Constitutionum, & literatum superius relatarum, & insertarum respectivè, ac omnium & singulorum in illis contentorum tenores, & datas etiam veriores, aliaque etiam necessariò hic exprimenda præsentibus pro expressis & integrè insertis habentes.

§. 39. Motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apost. potestatis plenitudine, hac nostra perpetuò validura constitutione tam primordiæ Conf. & ordinationes Pauli V. ac Urbani VIII. prædecessorum prædictorum, quæmetam prædictam Conf. Clem. VIII. ac prædictas corundem Pauli V. ac Urbani VIII. literas dictæ Constitutionis prædicti Clementis VIII. confirmatorias, ac etiam constitutionem rec. mem. Sixti Papæ V. itidem prædecessoris nostri de non offendere, birruariis, & aliis justitiae ministris & executoribus editam, illius quoque tenore & datam etiam veriores præsentibus pro expressis habentes, cum omnibus & singulis in prædictis constitutionibus, & eorum qualibet contentis Apostolica auctoritate perpetuò confirmamus, approbamus, & innovamus, eaque omnia & singula perpetuò inviolabiliter, & inconcusse observari sub quibuscumque peccatis respectivè expressis, in illis, & eam qualibet, scilicet etiam confiscationis bonorum, & laicæ Majestatis, rebellioniisque in primo capite, præcipimus & mandamus, prædictamque ejusdem Sixti V. prædecessoris constitutionem, etiam ad offendentes Romanæ ac allarum dicti nostri status Ecclesiastici Curiarum Cutiores & mandatarios, ac quoscumque alios Officiales & Ministros in omnibus & per omnia extendimus & ampliamus.

§. 40. Ac omnia & quæcumque privilegia, facultates, licentias, exemptiones, immunitates, coadjutorias, provi- in contrarium revocat.

cupatas, per Rom. Pont. predecessores nostros, ac d. Sedes Apostolicam, & quovis Sedi & Camere predicatorum Officiale & Ministros quacumque auctoritate & potestate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, etiam ejusdem S.R.E. Camerarios, etiam de Latere Legatos, & ceterosque etiam speciali nota & expressione dignos, ac specialem ad id facultatem habentes, quibusvis Rebus publicis, Nationibus, Regnis, Provinciis, Communib; Universitatibus, Civitatibus, Terris, & locis, ac personis in predicitis constitutionibus, & literis nominatis, & specificatis, ac etiam prout in illis exprimitur qualificatis, & quibuscumque aliis quacumque qualitate, statu, gradu, conditione, prerogativa, & dignitate, etiam Ecclesiastica, etiam S.R.E. Cardinalatus, ac qualibet alia, etiam mundana dignitate, etiam Imperiali, Regali, Ducali, & alia quacumque predictis, etiam individuum mentionem, & expressionem necessariam requirentibus haec tenus praeter, aut contra tenores, formas, & verba earundem constitutionum, & cujuslibet earum, seu aliis illarum, & cujuslibet earum dispositioni quomodolibet repugnantia, aut illis quae predicti predecessores per suas constitutiones hujusmodi revocarunt, neminiisque suffragi voluerunt similia, sive ad vitam, sive ad tempus, sive in perpetuum, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitude similibus, etiam consistorialiter, ac de unanimi Ven. Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium assensu, & voto, etiam cum specifica earundem Constitutionis & literarum derogatione, & aliis quomodolibet facta, concessis, emanata, factaque, concessas, emanatas, & iteratis vicibus, ac plures confirmata, approbata, & innovata, confirmataque, approbatas, & innovatas, quibusdam que dicti predecessores excepterunt, exceptis, eorum omnium & singulorum tenores praesentibus similiter pro plenitate expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes perpetu revocamus, cassamus, irritamus, abolemus, abrogamus, & annullamus, viribusque & effectu evacuamus, ac revocata, cassata, irrita, abolita, abrogata, annullata, viribusque & effectu vacua esse & perpetu fore, perinde ac si nunquam emanasset, eaque in posterum nemini sive in petitorio, sive in possessorio, etiam summarissimo, & alias quomodolibet suffragi nunquam posse, aut debere decernimus & declaramus.

*Et facultates
familias cuiuslibet
familia subditas*

*Item perfec-
tio circa belli
militia.*

§.41. Praterea licentias, & facultates cuilibet familie subdit, ac cuicunque subdito etiam ut praemittitur, ac aliis quomodolibet qualificato, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine, ac aliis quomodolibet concessis, in propriis Civitatibus, Terris, Castris, locis, & Territoris imponendi, & solvendi tales, etiam pecuniarias, ac concedendi quacumque impunitates quibusvis delinquentibus, sive etiam reis cujuscumque status, gradus, dignitatis, & conditionis existentibus.

§.42. Necnon facultates, auctoritates, & potestates quocunque bannitos & facinorosos, ac delinquentes, & reos quibusvis personis, etiam ut praemittitur qualificatis, ratione civitatum, Terrarum, Castrorum, & locorum, ac dominiorum, & Territoriorum quorumcumque, ad eas quomodolibet, & quandocumque, etiam ratione Ecclesiastum, Abbatiarum, Monasteriorum, & aliorum quorumlibet beneficiorum, tam saecularium, quam reguliarium, que in titulum, administrationem, seu Commendam, aut aliis obtinere spectantium, subditos etiam pro excessibus extra Civitates, Terras, Castra, loca, dominia, & Territoria hujusmodi commissis condemnatos, seu condemnatis, ac etiam non subditos pro criminibus, delictis, & excessibus quibuscumque, & pro quavis gravissima causa, etiam criminis lese Majestatis, & pro aliis magis qualificatis & atrocioribus, ac etiam non habita pace, in Civitatibus, Terris, Castris, locis, dominii, & Territoriorum hujusmodi dumtaxat commissis, vel committen. aut aliis quacumque de causa etiam capitaliter bannitos, seu condemnatos, vel in posterum pro tempore bannidos, seu condemnatos, etiam postquam banniti, & condemnati fuerint, per Judices & justitiae ministros ipsatum Civitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, dominiorum, & Territoriorum hujusmodi ad tritemes, vel alias quascumque poenas corporis afflictivas, ac bonorum & facultatum in toto, vel in parte distractivas, & privativas, etiam capi-

taliter, & in ultimi supplici poenam, & ipsa parte aliquo modo non concordata, arbitrio earundem personatum, & quando illis ita videbitur, tam per viam revisionis cause, vel compositionis, aut commutationis, & moderatius poena, quam ex mera gratia in foro fori absolvendi, & ad patrem, famam, gradus, honores, dignitates, & officia, ac bona quacumque, etiam hisce incorporata, prout eisdem personis libertutis ac in pristinum, & eum in quo ante patrata delicta, aut sequuntam condentationem reperiebantur statum, iste Romani Pontificis pro tempore existentis, aut cujusvis alterius personae, etiam Apostolici de latere Legati licentia restituens, reponens, & plenarie reintegrandi, ac omnem inhabilitatem, & infamiam abolidi, atque nedium erga facinorosos, & eos ac alios hujus generis homines supradictos bannitos, & condemnatos, ac bannien, & condemnans, ut praefertur, sed etiam erga carceratos, & quacumque de causa in posterum per judices, & justitiae ministros Civitatum, Terrarum, Castrorum, Dominiorum, & Territoriorum praeditorum, ac per Judices etiā totius Status Ecclesiastici, necnon Gubernatorem, & alios Judices & Tribunalia Urbis, quoad subditos praedictarum personarum, ut praemittitur, pro quibuscumque etiam, ut praefertur, ac etiam magis qualificatis & atrocioribus, etiam lese majestatis delictis, & exercitibus quibuscumque, tam in Civitatibus, Terris, Castris, locis, Dominiis, & Territoriis praeditis, quam extra illa in Status Ecclesiastico, seu alibi, ac etiam in Urbe per subditos suis, necnon etiam per non subditos pro similibus delictis, & criminibus in eisdem Civitatibus, Terris, Castris, locis, Dominiis, & Territoriis commissis carceratos & carcerari, ac ex quacumque causa detentos, & arrestatos, seu detinendos & arrestan, ac per judices, & justitiae ministros Civitatum, Terrarum, Castrorum, locorum, Dominiorum, & Territoriorum praeditorum condemnatos, seu condemnandos, tam ante, quam post sententiam, & condentationem, sive poenam, etiam capitalem, & ultimi supplici, ac etiam tritemum, seu aliam quacumque, ut praefertur, corporis afflictivam, ac bonorum, & facultatum in toto, vel in parte distractivam, & privativam, ac etiam post realem transmissionem factas, seu quandocumque faciendam ad tritemes, & dum inibi damnati ad certum tempus, seu ad vitam morantur, facultatibus, auctoritatibus, & potestatis supradictis pariforimite, & absque ulla proflusus differentia in omnibus, & per omnia semper ubique, etiam in ipsis carceribus, & tritemibus utendi, easque exercendi, & exequendi, necnon homines hujusmodi delinquentes, reos, accusatos, carceratos, & sponte constitutos, processatos, ac eos & quoscumque alios, etiam ad tritemes condemnatos, & actu temiges, etiam condentationis, seu relegationis tempore nondum finito, & accusandos, sive arrestandos, vel de crimen quocumque supradicto suspectos, delatos, & deferendos, ab omnibus illis pro tempore imputatis, & contra eos delatis criminibus hujusmodi absolvendi, gratiandi, liberandi, poenas remittendi, commutandi, moderandi, cum quibusvis desuper componendi, compositiones taxan, & sic absolutos, gratiatis, liberatos, & remissos ad patrem, famam, honores, & bona quacumque, & in pristinum statum restituendi, omnemque infamiam, & inhabilitatem abolendi facultates.

§.43. Ac ulterius quascumque exemptions, seu comprehensionis exclusiones, aut non comprehendendi declarations, & exceptions à Conf. rec. mem. Julii Papæ III. ac dicti Sixti V. & aliorum quorumvis Pontif. Rom. etiam praedecessorum nostrorum quocumque tempore super bannitorum, seu condemnatorum, & aliorum delinquentium in dictis constitutionibus expressorum receptione editis, illarum tenores, & datas, etiam veriores praesentibus similiter pro expressis habentes, quantum attinet ad bannitorum, seu condemnatorum, & delinquentium hujusmodi receptionem, & seu consilii, viazialium, auxiliij, favoris, ac pro singulari certamine faciendo loci præstationem, & quacumque aliam contraventionem, pœnarumque in hujusmodi Constitutionibus impositarum remissiones & condonationes.

§.44. Neque facultates alienandi quocumque tunc bona immobilia, sive jurisdictionalia, sive non jurisdictionalia, facili-

& merè allodialia in Statu nostro Ecclesiastico p̄fato modum ad favorem alterius unam seu plures cessiones, vel resignationes cum reservatione fructuum, sive forentes, & extraneos.

§. 45. Licentias quoque, & facultates edificandi Castra etiam diruta, seu arcis, & fortalitiae construendi in Statu Ecclesiastico, immēdiato vel mediato p̄dicto, absque nostra, & Romani Pontificis pro tempore existentis precedente licet, in scriptis obtinenda, quibusvis personis, etiam ut p̄mittitur qualificatis, quacumque auctoritate, ac quoquo modo, & qualitercumque, ac aliās ut suprā dictum est concessis & concessis, ac semel, & pluries confirmata & innovata, motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus etiam revocamus, cassamus, irritamus, abolemus, abrogamus, annullamus, viribusque, & effectu evanescamus, ac revocata, cassa, irrita, abolita, abrogata, annullata, viribusque & c. Et vacua esse, & perpetuā fore, ac si nūquam emagistram, similiter decernimus, & declaramus. Insuper ad obviandum supplantationibus successorum, tollendamque hereditatē successionis imaginem in Ecclesiasticis prohibitam, Nos quacumque mutuas cessiones, ac resignationes ad invicem, cum reservatione fructuum in toto, vel in parte, tam in eadem supplicatione seu codem tempore, quam separatim, & diversis temporibus, etiam per menses, & annos interpolatis, ac etiam correspēctiva non sint, nec censerī possint, inter quacumque personas quacumque qualitatē, statu, gradu, conditione, prerogativa, antelatione, praeminentia, & dignitate, etiam Ecclesiastica, etiam Cardinalatus Sanctæ Romanae Ecclesie p̄ditas, quacumque factas, & à Romani Pontificibus praeceſforibus nostris, & forsitan à Nobis, ex quacumque causa, etiam sustentationis admislas, de Monasteriis, etiam consistorialibus, & electivis, etiam commendari solitis, Ecclesiastique & beneficiis Ecclesiasticis, ſecularibus, & regulibus cuiuscumque Ordinis, etiam Sancti Joannis Hierosolymitani, & Sancti Antonii Viennensis, quantumlibet qualificatis ubique existentibus, supplicationesque, ac etiam motus proprii cedulas quibuscumque clausulis & decretis, etiam insolitis, & extraordinariis muneras, super illis signatas, ac literas Apostolicas provisionum, seu commendarum desuper etiam sub plumbo, etiam consistorialiter, ac aliās quomodolibet in favorem cuiuscumque persone, ut suprā qualificata expedita, etiam possessione sequuta, vel alias cessiones, seu resignationes hujusmodi fuerint sortiti plenarium effectum, & nullum jus penes cedentem, seu resignantem remanerit, possessionesque adeptas, & inde secura, etiam illi, seu illi, ad cuius, seu quorum favorem est facta cesso, seu resignation tituli cum reservatione fructuum ad favorem alterius, eundem titulum, seu titulos, cum reservatione fructuum, seu juris illos percipiendi, vel aliās quomodolibet etiam liberè cesserit, seu resignaverit, seu fructuum perceptionem, & jus illos percipiendi alteri cesserit, soa cesserint, & cessiones, seu resignationes hujusmodi suum in aliqua parte, seu in totum fuerint sortiti effectum, illarum omnium & singularium tenores, etiam hic pro expressis, ac de verbo ad verbum inseritis habentes similiter revocamus, irritamus, cassamus, & annullamus, ac pro revocatis, cassatis, & annullatis, ac etiam infelici habeti volumus, ac si non emanassent, Monasteriaque, Ecclesiastica, & alia ut p̄mittitur cessa, vel resignata, cum reservatione fructuum, non ex persona cessionarii, vel resignatarii, seu alterius, sed per obitum, vel aliās quovis modo ex persona primi cedentis vel resignantis omnino vere, & non fidele vacare, ita quod secura quacumque p̄fata vacatio ex persona primo loco cedentis, vel resignantis, runc Monasteria, Ecclesiastica, seu alia p̄fata conferri possint, & debant, ipsique cessionarii, & resignatarii, & aliā quicunque praedicti illorum fructus, & quacumque alia cedentibus, vel resignantibus aliā reservata non possint, nec valent unquam habere, nec percipere, nec in eis aliquo modo se intromittere decernimus, & mandamus. Declarantes quod si unus ex illis, inter quos mutua cesso, seu resignation cum reservatione fructuum in parte, vel in toto, sive codem, sive diverso tempore, ut suprā facta p̄cessit, post-

motu proprio, sive ad partis supplicationem, & aliā quovis modo in toto, vel in parte fecerit, seu in futurum faciat, etiam has omnes cessiones, seu resignations sub hac nostra revocatione comprehendit.

§. 46. Decernentes presentes literas, ac omnia, & singula in illis contenta, etiam ex eo quod quicunque ia p̄missis, seu eorum aliquo interesse habentes, vel habere quomodolibet p̄tendentes, illis nullatenus confiserint, & ad hoc citati, aut auditio non fuerint, minusque cause propter quas eadem presentes emanarunt deducat, verificat, seu aliā sufficienter, aut etiam nullatenus justificata fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vi- tio, seu intentionis nostra, aut alia quovis defectu, etiam quantumvis magno, excogitato & substantiali, aut ex quovis alio capite à jure, vel facto, aut statuto, seu consuetudine resultante, vel p̄scriptiōnīs, etiam quadraginta annorum & ultra, aut quocumque alio co-lore, p̄textu, & causa, etiam in corpore iuriis clauſis, aut quod de voluntate nostra hujusmodi, & aliis superioris expressis, seu relatis nihil ullib⁹ apparet, seu aliter probari posset, notari, impugnari, invalidari, tetra-ctari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos iuri reduci, vel adversus illas restitutiois in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, & terminos iuri, aut aliud quocumque juris, facti, gratia, vel ju- stitiae remedium impetrari, seu quomodolibet concedi, aut impetrato vel concessio quempiam uti, seu se juvare in iudicio, vel extra posse, neque ipsas presentes sub quibusvis similium, vel dissimiliūm constitutionum, & ordinationum revocationibus, suspensionibus, limitatio- nibus, aut aliis contrariais dispositionibus pro tempore quomodolibet factis comprehendit, sed semper ab illis exceptas, perpetuoque validas, firmas, & efficaces exiſte- re, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quomodolibet spectabit in futurum, inviolabilitē ob- servari.

§. 47. Sicque, & non aliter in p̄missis omnibus, & singulis per quoscumque Judices ordinarios, & de- legatos, etiam causatum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales, etiam Sanctæ Romanae Ecclesie Camerarios, & de Latere Legatos, & Nuntios, & alios quavis auctoritate & potestate fun- gentes nunc & pro tempore existentes, in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis ali- ter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & dicti nisi debere, irritumque & inane quicquid fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingit attentari, decer- nimus.

§. 48. Non obstantibus p̄missis, ac quatenus opus sit nostra de non tollendo iure quæsto, ac Apostolicis, necnon in Universalibus, Provincialibusque & Syno- daliis Conciliis editis generalibus, vel speciaib⁹ constitutionibus, & ordinationibus, necnon quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmate roboratis statutis, & consuetudini- bus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, in- dultis, concessionibus, exemptionibus, immunitati- bus, licentijs, facultatibus, deputationibus, confirmationibus, extensionibus, prorogationibus, chirogra- phis, cedulis moruum propriorum, & literis Aposto- licis predictis, & quibusvis aliis etiam, ut prefetur, seu aliā quomodolibet qualificatis, ac speciali nota, & mentione dignis, etiam motu, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, & d. ejusdem Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium consilio & unanimi consensu, sub quibuscumque verbo- rum formis, & tenoribus, & cum quibusvis etiam de- rogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, ac irritantibus & aliis decretis, etiam inexcogitabilibus, & necessariis exprimendis, etiam in vinq contrāsus jurati, Cameralique obligatione vallati,

250 INNOCENTIUS DECIMUS.

& quovis alio robore, & cautela firmatis, editis, & seu factis, & emanatis, & aliis quomodolibet in contumaciam praevisorum concessis, ac pluries, & iteratis vicibus confirmatis, approbaris, & innovatis, necnon omnibus illis que predicti praedecessores in eorum constitutionibus & literis supra expressis voluerunt non obstat.

Clausula de regasaria.

§.49. Quibus omnibus, & singulis, etiam si in eis caveatur expresse, quod nullo unquam tempore sub similium, vel dissimilium exemptionum, immunitatum, facultatum, licentiarum, concessionum, deputationum, confirmationum, extensionum, prorogationum, indultorum, privilegiorum, & assignationum, & gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis quibuscumque contrariis dispositionibus pro tempore edendis comprehendantur, sed semper ab illis exceptis, & quovis illa emanarent, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub posteriori data per eos quibus concessa sunt eligenda, restituta, reposita, & plenaria reintegrata, & de novo concessa sint, & esse censeantur, necnon pro illorum sufficienter derogatione in illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata inserti forent, presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, specialiter, & expresse, ac latissime derogamus, & derogatum esse volumus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Publicationis forma.

§.50. Ut autem praesentes literæ ad omnium notitiam facilius deviant, volumus & Apostolica auctoritate decernimus, easdem praesentes literas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, & Cancellariae Apostolicæ, ac in acie Campi Flora de Urbe per aliquem ex Cursibus nostris publicari, & illarum exempla ibidem affixa relinqui, quæ sic publicatae, & affixa, omnes & singulos quos concernunt, perinde afficiant, & arcent, ac si illorum unicuique personaliter notificatae, & intimatae sufficiant.

Transumpsis credi pubet.

§.51. Quodque earundem praesentium transumpsis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ muniris ea deinceps in judicio & extra habeatur, quæ ipsi originalibus literis haberetur, si forent exhibite, vel ostensæ.

*Dat. P. A. 2.
die 17. Nov.*

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 27. Novembris 1643. Pontificatus nostri anno secundo.

Die 6. Decembris 1643. retroscripta litera Apostolica futuram affixa, & publicata ad valvas Curiae, in acie Campi Flora, & in Cancellaria Apostolica, ac in Basilicae Principis Apostolorum, per me Hieronymum Mascalum Sanctiss. D. N. Papa Curia.

CONSTITV TIO

VIII. Super recessu S. R. E. Cardinalium à Statu Ecclesiastico sine licentia Summi Pontificis; & reditu eorum, qui sine licentia hujusmodi recesserunt, ad Romanam Curiam.

Aliam Constitutionem edidit Urbanus VIII. circa Cardinalium ab Urbe recessum ultra 40. milia que est eius cons. 53.

*Eccles. An. D. I N N O C E N T I V S P A P A X
1646. Ad perpetuam rei memoriam.*

Recording. Cum iuxta factorum Canonum dispositionem Venabiles Fratres nostri Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinals in partem sollicitudinis Apostolice sunt vocati,

ut Romano Pontifici pro tempore existenti personaliter assistant, & in regime universalis Ecclesiæ eorum operam præsent, dicanturque pars corporis, & membra ipsius Pontificis, ac diversis Ecclesiæ Almæ Urbis pro eorum Cardinalatus titulo, seu Diaconia præficiantur, & propterea apud eundem Rom. Pontificem in Romana Curia residere teneantur, merito jam pridem nonnulli conf.

Rom. Pontifices praedecessores nostri provide confide-

rant, quæ indecens, & detestabile sit, quod Cardina-

les locum & mansionem adeo sublimem contra eorum

officium debitum deserant, & quod culpabilis est, non

obstante ipsius Pontificis pro tempore existentis licentia

à Statu Ecclesiastico discedant, varias Constitutiones, &

Decreta recessum hujusmodi prohibentia sub diversis

pœnis, etiam per Romanos Pontifices pro tempore exi-

stentes arbitrandis ediderunt.

§.1. Quia vero desuper satis provisum non esse ex-
periencia docemur, & ne tam perniciosum malum in
dies cœscere contingat, opportuniora remedia adhibe-
re decrevimus. Motu itaque proprio, ac ex certa scien-
tia, & matura deliberatione nostris, deque Aposto-
licas potestatis plenitudine, hac nostra perpetua Con-
stitutione statuimus, decernimus, & declaramus, ut
omnes, & singuli ejusdem Sanctæ Romane Ecclesiæ
Cardinales nunc, & pro tempore existentes, qui non
obstante à Nobis, & Romano Pontifici pro tempore
existente licentia extra temporalem Status Ecclesiastici
Ditionem im posterum se transferrent, statim, & eo ipso,
absque aliqua Judicis, vel alterius praecedente declara-
tione omnibus, & quibuscumque privilegiis, immu-
nitatibus, exemptionibus, & indultis, etiam conferen-
di beneficia Ecclesiastica, necnon transferendi pensio-
nes, seu fructus Ecclesiasticos, etiam loco pensio-
num reservatos, ac testandi, & disponendi sibi quomo-
dolibet à Sede Apostolica concessis privati sint, & exi-
stant.

§.2. Ac insuper etiam pœnam interdicti ingressus Ec-
clesiæ eo ipso pariter ablique aliqua declaratione incur-
rant. Necnon etiam aliis per Nos, & successores nostros
Romanos Pontifices quovis modo arbitrandis pœnis sub-
jaceant, & ad sequestrum omnium, & singulorum fru-
ctuum, reddituum, preventuum, jurium, obventionum,
& emolumentorum universorum, tam quorūcumque
officiorum, & munierum, etiam majorum, etiam consistorialiter
concessorum, specialique nota, & expressione
dignorum, quæ quomodolibet, etiam ex titulo verè
oneroso, quæ monasteriorum, & aliorum quorūcumque
beneficiorum secularium, & quorūvis Ordinum,
etiam S. Antonii Viennensis, & Hospitalis S. Joannis Hiero-
solymitani, regularium etiam Jurisdictionem, sive spiri-
tualem sive temporalem habentium, quæ in titulum, com-
mandam, administrationem, & alias quovis modo obti-
nent, & pro tempore obtinebunt, necnon pensionum
super quibusvis fructibus Ecclesiasticis, ex quavis cau-
sa, etiam alimentorum, & sustentationis, ac alias quo-
modolibet eis assignatarum, & fructuum Ecclesiasticorum,
etiam loco pensionum ipsius reservatorum deveni-
ti, etiam sine aliqua citatione, intimatione, vel declara-
tione possit, & debet. Et si predicti Cardinales per
sex menses, quos pro tribus canoniciis monitionibus, per-
emptoriisque dilationibus, & terminis assignamus, à die
corum recessus hujusmodi computandos, ad Roman. Cu-
riam personaliter, & cum effectu non redierint, ultra pœ-
nas, & alia supradicta, ac cumulativè cum illis, etiam eo
ipso, ut præmititur, incurvant pœnas privationis om-
nium, & singulorum fructuum, reddituum, preventuum,
jurium, obventionum, & emolumentorum universorum,
tam quorūcumque officiorum, & munierum etiam ma-
jorum, etiam consistorialiter concessorum, specialique
nota, & expressione dignorum, quæ quomodolibet,
etiam ex titulo verè oneroso, quæ monasteriorum, &
aliorum quorūcumque beneficiorum secularium, &
quorūvis Ordinum, etiam S. Antonii Viennensis, &
Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani regularium, quæ
in titulum, commendam, administrationem, & alias
quovis modo obtinent, & pro tempore obtinebunt,
necnon pensionum super quibusvis fructibus Eccle-
siasticis

siaisticis ex quavis causa, etiam alimentorum, & sustentationis, ac alias quomodolibet eis assignatorum, & frumentorum Ecclesiasticorum, etiam loco pensionum ipsis reservatarum nostro, & pro tempore existentis Rom. Pontificis arbitrio liberè, & absque eo quod jus aliquod Titularibus acquiratur, distribuen. Quod si lapsis predictis sex mensibus per alios sex menses immediate sequentes, quos pariter pro tribus canonice monitionibus, peremptoriisque dilationibus, & terminis assignamus, & assignatos esse volumus, adhuc absuerint, & in termino horum ultimè dictorum sex mensium ad Rom. Curiam personaliter, & cum effectu non redierint, cumulativè cum omnibus, & singulis supradictis poenis, etiam penam privationis ipsorum predicatorum omnium, & singulorum officiorum, & munerum, etiam majorum, etiam consistorialiter, & alias quomodolibet, etiam titulo oneroso, ut prefectur, concessorum, Monasteriorumque & beneficiorum secularium quantumvis ut supra qualificatorum, ac fructuum, & pensionum, etiam loco pensionum reservatorum, nostro pariter, & pro tempore existentis Romanii Pontif. arbitrio liberè, & absque eo, quod jus aliquod, ut praemittitur, Titularibus acquiratur, distribuen dis & disponendis eo ipso itidem, & absque alia declaratione incurant.

§.3. Cardinales autem illi, qui ante emanaram præsentem Constitutionem, non obtenta à Nobis prædicta licentia extra temporalem Status Ecclesiastici ditione jam se transtulerunt (salvis & firmis remanentibus omnibus per Nos, seu aliis de mandato nostro defuper quomodolibet hactenus gestis, & factis, ac in futurum gerendis, & faciendis) si infra sex menses à die publicationis præsentis Constitutionis hic in Urbe, ut infra facienda decurrentis, quo similiter pro tribus canonice monitionibus, peremptoriisque dilationibus, & terminis assignamus, personaliter, & cum effectu ad Romanam Curiam non redierint, eo ipso itidem absque alia declaratione incident in poenam interdicti ingressus Ecclesiæ, & privationis facultatis testandi, & disponendi, omniumque privilegiorum, & indultorum predicatorum, ac fructuum, officiorum, & munerum etiam majorum, etiam consistorialiter, ac etiam titulo oneroso concessorum, atque pensionum, Monasteriorum, & aliorum quorumcumque supra expressorū. Et si lapsis predictis sex mensibus idem Cardinales, qui ut præfuerit, jam extra dictum Statutum Ecclesiasticum sine nostra licentia se transtulerunt, infra alios sex menses immediate sequentes, quos etiam pro tribus canonice monitionibus, & terminis, ut supra assignamus, ad Romanam Curiam personaliter, & cum effectu non redierint, insuper penam privationis predicatorum officiorum, & munerum, etiam majorum, etiam consistorialiter, ac etiam titulo oneroso concessorum, atque monasteriorum, beneficiorum, & aliorum quorumcumque supra expressorum pariformiter incurant.

§.4. Si autem tam Cardinales, qui jam sine nostra licentia, ut praemittitur, extra Statutum Ecclesiasticum se transtulerunt, quam illi quos in futurum, ut supra extra eundem Statutum absque nostra, & pro tempore existentis Roman. Pontificis licentia se transferre contigerit, per alios tres menses immediate sequentes, quos pariter pro tribus canonice monitionibus, peremptoriisque dilationibus, & terminis assignamus, & sic in totum infra quindecim menses personaliter, & cum effectu ad Romanam Curiam non redierint, decernimus deveniri posse ad alias poenas etiam quantumlibet maiores, & graviores, ac individua mentione, specialique nota dignas per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices declarandas, ac etiam usque ad penam privationis dignitatis Cardinalatus inclusivè. Ac demdem, ut de cetero tam ad præsens, quam perpetuis futuris temporibus, cum aliquem ex ejusdem S.R.E. Cardinalibus nunc, & pro tempore existentibus, absque dicta nostra, & pro tempore existentis Rom. Pontificis licentia, ut supra extra Statutum prædictum se transferre contigerit, idem Cardinalis in officiis, muneribus, Legationibus, Praefecturis, Guberniis, Protectionibus ordinum, seu Congregationum regularium, Archiconfraternitatum, seu Confraternitatum, Collegiorum, Monasteriorum, Hospitalium, & aliorum priorum loco-

rum quorumcumque, neconon administratio sit ulti, vel Diaconie, ac etiam Episcopatus sui, Cardinalatus, ac quarumquinque aliarum Ecclesiastatum, etiam Cathedra- lium, Metropolitanarum, & Patriarchalium, quarum respetu aliquam Jurisdictionem exercet, ac quorumcumque Monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum, ut præmittitur, & alias quomodolibet qualificatorum, illorumque Jurisdictionis, tam spiritualis, quam temporalis, & generaliter in omnibus, & quibuscumque muneribus, etiam speciali nota, & individua expressione dignis, sibi à prædicta Sede Apostolica injunctis, & commissis Cardinalem, vel Prælatum, aut alium quemcumque substituere, & subrogare, non obstan. quibusvis cultaribus, licentiis, & indultis defuper, etiam motu libili, ac etiam consistorialiter, & alias quomodolibet hactenus concessis, & deinceps concedendis, nullo modo possit, & valeat, perpetuè similiter statuimus, decernimus, & declaramus, facultatesque ac licentias, & indulta prædicta, illorum tenores præsentibus pro expressis habentes, ad hunc effectum à die quo extra dictum Statutum recesserint, non obtenta prius dicta licentia cassamus, irritamus, viribusque, & effectu evacuamus, ac pro non concessis, perinde ac si de illis nunquam cogitatum fuisset, haberi volumus.

§.5. Ab omnium autem, & singularem penarum, tam supra expressarum, quam etiam per Nos, & successores nostros Romanos Pontifices quomodolibet declarandarum incurso nolumus posse aliquem se excusare prætextu, vel ratione cuiuscumque servitii, seu negotii quorumcumque Principum, etiam Imperatoris, & Regum, aut Rerumpublicarum, Regnorum, Provinciarum, nec ratione cuiuslibet iussionis, vel mandati eorum, vel earum, quandocumque, vel quomodocumque facti vel faciendi, aut distantia locorum, vel ratione cuiuscumque alterius causæ, vel occasionis, etiam publicæ, aut alias favorabiles, etiam in corpore juris, seu Constitutionum Apostolicarum clausæ, nisi hujusmodi causa, seu causa in corpore juris clausæ coram Nobis, & Rom. Pontif. pro tempore existente allegata, seu allegata, probataque, seu probata, & expresa admissa, seu admissa fuerint. Ac ultrem nolumus posse aliquem per quemcumque, etiam per Collegium Cardinalium hujusmodi, etiam Sede Apost. vacante absolvi, seu etiam per viam gratiae, seu iustitiae restitui, sed omnimodam cognitionem, absolutionem, relaxationem, restitutionem, reintegrationem, rehabilitationem, & quancumque aliam dispensationem, seu dispositionem super præmissis, & eorum quolibet Nobis, & pro tempore existenti Rom. Pontifici privative quoad omnes reservamus. Ceterum per easdem præsentes non intendimus in aliquo derogare Constitutioni à fel. rec. Urbano Papa VIII. etiam predecessor nostro, super residenciam Patriarcharum, Primatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum, etiam Cardinalium edicte.

§.6. Decernentes præsentes literas, omniaque & singulare in eis contenta de subreptionis, obreptionis, aut cuiuscumque nullitatis vel invaliditatis virtio, intentionis que nostra, ac quocumque alio defectu quantumlibet substantiali, etiam ex eo quod in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu babere prætendentes, & præsertim ejusdem S.R.E. Card. præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, & auditii, solemnitatesque & quævis alia servanda, & adimplenda nullatenus servata, & adimplita, causæque propter quas cædem præsentes emanantur adductæ, verificate, seu alijs sufficienter, aut etiam in aliquo justificata non fuerint, ac quocumque alio colore, prætextu, occasione, & capite, etiam in corpore juris clausis, & ex alia quacumque quantumvis rationabilis, justa, & privilegiata causa, etiam necessariè extingenda, à quoquam notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas aperitionis oris, restitutio- nis in integrum, vel aliud quodvis juris, facti, vel gracie remedium impetrari, seu etiam motu simili, ac etiam consistorialiter concessa quæpiam in judicio, vel extra illud ut nullo unquam tempore posse, neque easdem præsentes, & quæcumque contenta in illis, sub similium, vel dissimilium Constitutionum, & dispositionum, etiam in eis.

moto, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine paribus, ac etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet per quoscumque Roman. Pont. prædecessores, successoresque nostros, ac etiam per Nos factarum, & facienda- tum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus pro tempore quomodo- libet factis comprehendendi, sed semper ab illis excepta, perpetuoque valida, firma, & efficacia existere, & fore, tuosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obti- nere, ac per omnes, & singulos ad quos spectat, & quo- modolibet spectabit in futurum, inviolabiliter obser- vi, perinde ac si in Consistorio nostro secreto de corun- dem Venerabilium fratum nostrorum consilio, & una- viiensi assensu emanasset.

*Clausula
tabula.*

*Constitu-
tione
derog.*

*Transmis-
sione
firma.*

*Affidatio
buculi man-
dar.*

*Transmis-
sione
certa.*

& extra illud ubique locorum, quæ adhiberetur ipsis præseribus, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, sub Annulo P[ap]i. D[omi]ni. catoris, die 19. Februario 1646. Pontificatus nostri anno secundo.

Anno Domini 1646. die 20. mensis Februario affixa, & publicata fuerunt presentes literæ ad valvas Basilica S. Petri, & Cancellaria Apollonica, ac in aula Campi Flora de Urbe, ne moris est, per me Hieronymum Maffellam Sanctiss. Domini Nostrj Papa Curf.

Pro D. Mag. Curf. Petrus Paulus Desiderius Curf.

Confirmatio Concordie super jure, & forma transportandi Cadavera ad Ecclesiæ Regulare, & super solutione Quartæ funeralis, & Sepultura impuberum, initæ inter Clerum Secularem & Regularem Diœcesis Majoricensis.

Referuntur de verbo ad verbum prædicta concordia inter Clerum Secularem, & Regularem in hac eadem Constitutione, §. 2. & seq.

INNOCENTIUS PAPA X. Editio
Ad perpetuam rei memoriam.

§. 7. Sicque, & non aliter in premisis omnibus, & singulis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam cauillarum Palati Apostolici Auditores, ac Sedis prædictæ Nuntios, necnon ejusdem Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & quoscumque alios quavis auctoritate, & potestate fungentes, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, declarandi, interpretandi & difflendi facultate, ubique judicari, interpretari, declarari, & dissimili debere, itant si unquam aliquod dubium, seu hesitatio super præmissis, seu eorum aliquo oriri vel suscitari contingat, nullus præter Nos, ac Rom. Pontifices successores nostros possit presentes literas quovis modo interpretari, & declarare, irritumque & inane quicquid fecus à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter attenuari contingat.

§. 8. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam in Conciliis Universalibus, Provincialibus, & Synodalibus editis & edendis, ac Cancellaria Apostolica regulis, etiam quatenus opus sit, illa de non tollendo iur quæsto, necnon sacri dictorum Cardinalium Collegii, & quibusvis aliis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque, licentiis, facultatibus, indultis, & literis Apostolicis eidem Collegio, ac quibusvis Cardinalibus, & aliis quibuscumque, sub quibusvis verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, & aliis efficiacioribus, & insolitis clausulis, & decretis, etiam irritantibus, in genere, vel in specie, etiam moto, scientia, deliberatione, & potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, & aliis quomodolibet, & ex quocumque causa, etiam hic forsitan necessariò exprimenda in contrarium concessis, emanatis, confirmatis, & pluries innovatis, necnon omnibus & singulis, quæ prædicti prædecessores in dictis suis constitutionibus, & decretis voluerunt non obstat. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro sufficienti illorum derogatione de illis, corumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & scilicet iudicanda, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum omnium & singulorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis, ac inservientibus, ad effectum præmissorum specialiter, expressè & plenissimè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Ut autem eisdem præsentibus, & in eis contenta quæcumque ad omnium notitiam deducantur, & ne aliqui illorum ignorantiam pretendere possit.

§. 10. Volumus quod eisdem præsentibus per aliquem, seu aliquos ex Cursitoribus nostris ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, ac Cancellaria Apostolica, & in aula Campi Flora de Urbe publicentur, & earum copias ibidem affigantur, & affixa relinquantur, quæ sic publicæ & affixa omnes, & singulos quos concernunt, ardent & afficiant, non secus ac si eorum unicuique personaliter intimata & notificata fuissent.

§. 11. Quodque eundem præsentium transumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subseriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus fides adhibetur in iudicio

Elibenter intendimus, per quæ personarum Ecclesiasticarum, tam Secularium, quam Regularium quarumlibet quieti opportunè consultur, & illis quæ propter ea inter eas concorditer facta sunt, ut firmis substantia, libenter cum à Nobis petitur, Apostolica confirmationis robur adjicimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Rectorum Parochialium Ecclesiæ, necnon Cleri, & Regularium Majoricensis Civitatis, & Diœcesis Nobis expeditum fuit, quod alia postquam exortis variis litibus, & controversiis inter dilectorum etiam filios Capitulum, & Canonicos Ecclesiæ Majoricensis, Clerum Secularem, & Rectores Parochialium Ecclesiæ Civitatis, & Diœcesis præfatarum ex una; necnon inter S. Antonii de Sancto Antonio Viennensis, & Prædicatorum, ac Minorum Sancti Francisci de Observantia nuncupatorum Provincie Majoricensis, ac Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, & Eremitarum Sancti Augustini, necnon Sanctissime Trinitatis, & Beatæ Mariæ de Mercede Redemptoris Captivorum, ac Minimorum Sancti Francisci de Paula respectivè Ordinum Fratres, & Religiosos, partibus ex altera, super jure, & forma sepeliendi Cadavera defunctorum, qui in ipsorum Regularium Ecclesiæ sepulturam sibi elegerunt, coram Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinalibus negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositis, ac super Quartæ funerali, & Sepultura impuberum, coram Congregatione etiam venerabilium fratrum nostrorum ejusdem Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardinalium Sacri Concilii Tridentini Interpretum. Tandem post nonnulla Decreta desuper ab eisdem Cardinalibus emanata partes præfata litibus, & controversiis hujusmodi, etiam indecisæ pendentibus, opera, & ministerio certorum Procuratorum ad id electorum, & sufficientibus facultatibus suffulserunt, prævio diligenti desuper habito testatu, negotioque hujusmodi sèpè sapiens ab ipsis partibus hinc inde diu, & mature considerato, ut jurgis, & contentionibus obviam iterur, sumptibusque, & expensis parceretur, ad certam, & amicabilem inter se devenientem concordiam, & compositionem tenoris qui sequitur, videlicet.

§. 2. Noverint universi, quod Nos Doctor Joannes H[ab]i- Baptista Caforteza Sacrista, Doctor Marcus Antonius conor[er] Coroner Canonici Cathedralis Ecclesiæ Majoricensis, q[uo]d[er] elekti ab admodum illustriss. & Reverendiss. Capitulo ejusdem

INNOCENTIUS DECIMUS.

253

eiusdem Ecclesie, mediante resolutione Capitulari habita die tertiadecima Aprilis millesimo sexcentesimo trigesimo nono, Doctor Franciscus Lombard olim Rector Ecclesie loci de Porres, Doctor Michael Villanova Rector Parochialis Ecclesie S. Jacobi praesentia Civitatis, Michael Joannes Sala Beneficiatus in Sed, & in Parochiali S. Crucis, Marcus Antonius Fortea Beneficiatus in Parochiali Ecclesie S. Michaelis electi, mediante resolutione habita die duodecimo Septembri millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, in Congregatione eadem die celebrata de licentia Illustrissimi Domini Don Fratris Joannis de Santander, Episcopi tunc Majoricensis, quae quidem resolutio Congregationis in actis penes Notarium infra scriptum, & in Ecclesiastica Curia reconditis reperitur, ex una, & ex alia nos Frater Antonius Rubi Ordinis Predicatorum S. Theologie Magister, & Frater Julianus Ginard, Ordinis S. Francisci de Observantia Lector Jubilatus, Pater Provincie, ac S. Inquisitionis Qualificator, habentes ad infra scripta commissionem, & speciale potestatem, ille pro omnibus Monasteriis Ordinis S. Dominici, hic pro Conventibus totius Provincie, & Hospitalis S. Antonii Viennensis, necnon Monasteriorum B. Mariae Carmelitarum, & omnium Ordinis S. Augustini, Sanctissimae Trinitatis, ac S. Catharinae ejusdem Ordinis, B. Marie de Mercede, & omnium Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, ut constat, Instrumentis publicis receptis die decimosexto Decembris 1643, & die 8. Junii 1644, per discretum Jacobum Pujol Notarium publicum, de quibus ego Notarius infra scriptus fidem facio, scientes, & attendentes inter Curatos, & Clericos Seculares ex una, & Regulares ex alia partibus motas fuisse varias lites, tam super forma sepeliendi Cadavera defunctorum, quam etiam super solutione quartae funeralis, & ad instantium resolutionem praedictarum litium, ab utraque parte fuisse missos Syndicos, & Procuratores, qui Rome coram Sacris Congregationibus Cardinalium comparerent, & ad illorum instantiam motas sequentes controversias.

§. 3. In primis contendebant Parochi inhibendum esse Regularibus, ne procederent amplius ad sepulturam in casibus sibi permisissi, per se ipsos tantum professionaliter Cruce elevata, sed cum interventu Parochi, vel eo prius convocato; allegantes Decretum Sacre Congregationis Regularenum de anno 1604.

§. 4. Sed Regulares contra allegabant pacta, & conventiones de sepeliendo per se ipsos tantum, & ingrediendi Parochias ad levanda cadavera Cruce elevata, & processionaliter, dicentes se non esse sub regula, sed potius sub exceptione Decreti Concilii Lateranensis sub Leone X. pro cuius observatione emanatum fuit dictum Decretum Sacra Congregationis, sibique etiam suffragari consuetudinem immemorabilem, & quod itabat pro Regularibus relatio Illustrissimi, & Reverendissimi Episcopi Majoricensis, ex commissione S. Congregationis Regularium, & allegabatur Breve PP. Pii V. super confirmationem, consuetudinis praedictae, & pactorum, & conventionum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, sub anno Piscatoris, die 24. Februarii 1567. quod incipit: *Enque concordia*, juncta prefertim ejusdem Brevis observantia. Dicebatur enim per subsecutam observantiam insurgere ejusdem Brevis indubitate justificationem, qua justificatione supposita, non posse dubitari de veritate narratorum in eodem Brevi, & illorum probatione. Sed S. Congregatio praedicta, auditis partibus, & allegatis hinc inde ponderatis, die 19. Junii anni 1643. fuit in voto, quod partes plenius jura sua deducant in eadem S. Congregatione, & mandavit interim nihil innovari, & juxta hujusmodi Decretum Episcopo praefato literas dedit.

§. 5. Aliæ controversias agebantur in S. Congregatione Eminentissimorum Interpretum Sacri Concilii Tridentini. Prima, an dicti Regulares teneantur solvere integrum quartam funeralium Parochis. Secunda, de quibus solvi debeat quarta praedicta. Parochi pro se allegabant *Clement. Dudum, de Sepultur. §. Verum*, & Concordiam quandam de anno 1339. initam, ut ipsi assertabant, inter ipsos Parochos, & Fratres Dominicanos Conven-

tus S. Dominici hujus Civitatis, in qua Concordia Dominicanici prouidebant solvere dictam quartam funeraliem, iuxta prescriptum Constitutionis Bonifacii Papae Octavi, incipien. *Super Cathedram*, necnon quandam, ut assertabant, Constitutionem ejusdem Bonifacii Octavi de anno millesimo ducentesimo nonagesimo tertio, quæ incipit: *Olim gravibus*. Datum Aventione, sive melius Anagni, Pontificatus sui anno octavo, in favorem Parochorum contra Regulares SS. Dominici, & Francisci praefatæ Civitatis, pro observantia alterius Constitutionis incipien. *Super Cathedram*, in d. Clem. Dudum, de sepultur, inferte, quam etiam assertabant confirmasse Clementem Papam Sextum per quandam aliam Constitutionem insertam in alia altera Constitutione Clementis Papæ Septimi. Datum Aventione quinto Kalendas Augusti, Pontificatus sui anno duodecimo, quæ incipit, *Tenore quorundam*; Regulares vero allegabant consuetudinem legitimam restringentem d. Clem. Dudum, ad sola funeralia, & etiam patentissimi privilegia eximentia à dicta solutione quartæ, cum derogatione expressa dictarum Constitutionum, Dudum, de Sepultur. Viennensis, Concilii, & Super Cathedram, Bonifacii praedicti, necnon concordiarum, etiam auctoritate Apostolica, juramento, vel qualibet alia firmitate robatarum: tandem se esse in legitima possessione, & consuetudine solvendi tantum quartam partem cera intortiorum, respectu Monasteriorum solventium; respectu vero aliorum, scilicet à quadraginta annis circa post confirmationem Concilii Tridentini edificatorum, nihili omnino solvere.

§. 6. Super quibus, auditis partibus, Sacra Congregatio respondit. Ad primum, Regulares praefatos tenetis grec. *Sacra Congregatio* respondit. Ad primum, Regulares praefatos tenetis grec. *Sacra Congregatio* respondit. Ad secundum, Teneri solvere ex his, quæ disponuntur in dicta Clemencie concurrat legitima consuetudo ad favorem ipsorum solvendi sommum quod quartam partem ex intortiis tantum, seu ex alia particuli re. Quod Decretum, instantibus Regularibus praedictis suspensum fuit, quia Regulares petebant à dicta S. Congregatione, utrum praedictum Decretum loqueretur de omnibus Monasteriis indiscriminatim, scilicet tanto de his, quæ sunt edificata à quadraginta annis ante confirmationem Tridentini, & sunt in consuetudine solvendi tantum quartam partem ex intortiis, quam de aliis edificatis à quadraginta annis circa confirmationem Tridentini. Asseverant etiam dicti Regulares pro se habere validam, & patentissima privilegia eximentia dicta Monasteria edificata à quadraginta annis circa à dicta confirmatione Concilii à solutione quartæ, & quinta funeralium. Tertia controversia. An filii impuberis, dum alibi sepulchra majorum non extant, debeant sepeliri in eorum propria Parochiali Ecclesia. Respondit S. Congregatio filios impuberis, si non extant sepulchra majorum, sepeliendos est in propria Parochiali Ecclesia. Quarta, An mater pro filiis impuberibus possit eligere sepulturam. Respondit Sacra Congregatio. Non licet matribus eligere sepulturam pro filiis impuberibus, cessante legitima consuetudine. Quinta, An licet Regularibus sepelire in suis Ecclesiis Confratres laicos, qui sepulturam non elegunt. Respondit S. Congregatio, Confratres laicos, si non praecedat eorum electio sepulturæ, sepeliendos esse in eorum propria parochiali Ecclesia.

§. 7. Attendent nos praedicti Elegi tam Admod. Illustris Capituli, Curatorum, & Clericorum secularium, quæ Regularium inter praefatos utriusque partis Syndicos, & Procuratores in Romana Curia, ad obviandum juriis, sedanda scandala, & excusandum lumper, qui ex longe rem, & Regularem, & dubiorum anfractibus sperabantur, de gulari.

Parochis in Romana Curia agentis, & Admodum R. P. ipsorum Regularium, de duobus cereis duorum Acolytorum Crucem Comitantem, de aliis cereis, seu candelis, quae dantur ad manus Regularium, de elemosynis pro Missis, Anniversariis, Responsis, vel aliis divinis officiis, piisque deprecationibus pro defunctis eisdem celebrandis, de legatis absolute, vel ad certos usus, vel etiam datis, qualitercumque donatis toti Monasterio, seu alicui ex Regularibus, & de quavis alia re particulari, nihil omnino solvere teneantur. Illa vero Monasteria que sunt sedicata post Concilium Tridentinum nihil solvere tenentur, nisi alter concordatum fuerit cum ipsis à principio fundationis Monasteriorum, aut postea, quo casu standum erit concordie legitimus. Respectu tertius, & quartae controversiae concordatum fuit, quod juxta Constitutionem Synodi Majoricensis de anno millesimo sexcentesimo trigesimo sexto, possint Patres eligere sepulturam pro filiis impuberibus, non vero matres. Tandem concordatum fuit praedictas conventiones, & concordias ad petitionem ambarum partium approbandas esse à Sacris Congregationibus Regularium, & Concilii, & confirmandas à Santissimo Domino Nostro Papa, cum clausulis necessariis pro majori robore dictæ concordie, & decreti irritantibus, si securus à quocumque, & quandocumque contigerit attentari; & quod committatur Ordinatio Majoricen. omnimoda iurisdictio pro observantia dictæ Concordie. Non obstantibus quibuscumque privilegiis exemptionis Regularium. Hanc itaque concordiam, & transactionem, omniaque in illa contenta inviolabilitate observari. Nos Electi predicti pro utraque parte promittimus, eamque admittimus, & approbamus, & à prima linea usque ad ultimam acceptamus, ac approbari, laudari, & confirmari promittimus, & nos obligamus. Super quibus omnibus, & singulis supradictis sic complendis, tenendis, & inviolabiliter observandis obligamus utraque pars nostrum alteri ad invicem, multitudine & vicissim omnia, & singula bona nostra, scilicet nos Electi predicti, bona dictorum Rectorum, & Clerici, & Nos dicti Regulares bona dictorum Conventuum mobilia, & immobilia, presentia, & ubique futura. Quod fuit actum in praesenti Civitate Majoricensi, die videlicet decimastertia mensis Aug. anno à Nativitate Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto. Sig††††na nostra, Joannis Baptiste Caforteza, D. Doctoris Presbyteri, Canonici, & Sacriste Ecclesie Sedis Majoricensis, & ceterorum Electorum. Sig†††na nostra, Fratris Antonii Rubi Ordinis Predicatorum, & Fratris Juliani Ginardi Ordinis S. Francisci de Observantia, nomine antedicto transientium, & concordantium praedictorum, qui haec laudamus, concedimus, & firmamus. Testes in quorum praesentia firmarunt dicti Doctores Joan. Baptista Caforteza Sacrista, Marcus Antonius Coronatus Canonicus, Franciscus Llompart, & Marcus Antonius Forteza Presbyteri, P. Frater Antonius Rubi, & P. Frater Julianus Ginard, sunt Gabriel Gantallops studens, & Petrus Ferrer Ecclesiasticus Curia Nuntius. Testes vero firma dicti Doctoris Michaelis Villanova Presbyteri Rectoris S. Jacobi, qui armavit die eadem, fuerit R. Michaël Sagarraga Presbyter, & Sebastianus Caronellus dictæ Curie Ecclesiastica Nuntius.

§. 8. Respectu cause convocationis Parochi, que agebatur in S. Congregatione Regularium, concordatum fuit: Quod omnes Regulares possint per se ipsos tantum absque interventu Parochi, atque Clericorum secularium processionaler Crucis elevata incedere, & Parochis non vocatis, nec requisitis, eorum parochias ingredi, indeque ad sua Monasteria levare, & effere corpora defunctorum, qui apud ipsos Regulares elegent sepeliri, prout haec consuetudin fuit; atque adeo in hoc nihil esse innovandum, exceptis Regularibus sex Conventuum, scilicet Ord. Prædicatorum S. Dominici locorum de Manacor, Pollensa, & Inca, ac Minorum S. Francisci de Petra, S. Augustini de Falanig, & Minimorum S. Francisci de Paula de Campos, qui juxta pacta in limine fundationis non possunt absque interventu Parochi, & Clerici exire ad supradicta; & in sex praeditis locis, & si in aliis extra hanc Civitatem fuerint vocati, Parochus, & Clerici secularis ad associanda cadavera in Ecclesiis Regularium sepelienda, Regulares adeant Ecclesiam Parochiam, sive processio sicut in Cathedrali in funeribus generalissimis, & quando Parochus, & Clerici secularis voluntarie vocabantur pro associatione funeri, singuli Clerici non possunt plusquam duos solidos, & Ministri, scilicet H. bdomaqarius, Diaconus, Subdiaconus, & duo Primicerii quatuor solidos pro suis stipendiis recipere. Respectu prime, & secundæ controversie quartæ funeralium concordatum fuit: Quod ex Regularium prædicatorum Monasteria, que sunt sedicata à quadraginta annis ante confirmationem Tridentinam, & sunt in consuetudine solvendi tantum quartam partem ex introstitione, eandem solvant, & quartam partem de pane, & candelis, quæ dum missa Conventualis presente cadavera cantatur, offeruntur, cum quinque solidis pro Rectoris cera, quæ comburitur dum Missa canitur, ut usque adhuc solutum est. Et nunc de novo additur, ut deinceps de panno, quod vulgo dicitur Drap de Cos de frisia negra, de libris, enibus, & habitibus militaribus quartam partem dare teneantur, & unum de quaruo cereis, quos quatuor Regulares juxta feretrum defuncti deferre solent. De reliquis autem obventionibus, nempe de habitu regulari, de sudario, de sindone, de arca, de panno serico, seu de alia particulari re Confraternitatum laicorum, seu Conventuum

Dicitur
S. R.
ad
goti
par
Episcoporum, & Regularium præposita, Eminentissimo Cardinali S. Cæciliæ referente censuit, quoad primum punctum circa formam transportandi cadaveria ad Ecclesiæ Regularium, Concordiam posse confirmari, prout presenti Decreto confirmat: quoad reliquas vero partes ad Sacram Congregationem Concilii remittit, Roma vigesimo quinto Novembris, millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto. M. Cardinalis Ginettus. Postmodum vero per eosdem primodictos Cardinales remissis ad secundodictorum Cardinalium præfatarum Congregationem certis aliis punctis, & capitibus in dicta præferta Concordia expressis, pro illorum confirmatione iidem secundi

INNOCENTIUS DECIMUS.

255

Secundi dd. Cardinales pariter decreverunt, ut infra, vi-
decilicet, die 4. Februarii 1645. Sacra Congregatio Eminentissimorum Cardinalium Concilii Tridentini Inter-
pretum, pravia revisione, ac relatione in eadem Sacra Congregatione per Eminentissimos Cardinales Corne-
lium, & Ginettum, censuit, confirmationem supradictae Concordiae, quoad Decreta ejusdem Sacrae Congregationis posse concedi, si Sandissimus D. Noster annuat.

F. Cardinalis Episcopus Sabinensis. Cum autem firmiora sint ea quæ Sedis Apostolicae patrocinio roborantur, idcirco prefati Capitulum, & Canonici, Clerici, & Paro-
chi hujusmodi, dictorumque Ordinum Superiores Nobis humiliter supplicati fecerunt, ut in premissis opportune provideat de benignitate Apostolicae dignaretnur.

§. 10. Nos igitur eosdem exponentes, & supplican-

tes specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes,

& eorum singulares personas à quibusvis excommuni-

cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis

sententiis, censuris, & poenis, à Jure, vel ab homine

quavis occasione vel causa latere, si quibus quomodoli-

bet innodatae existunt, ad effectum presentium dumta-

xat consequendum, harum serie absolventes, & abfo-

lutas fore censentes, hujusmodi Supplicationibus in-

clinati, Concordiam praesertim, & desuper confe-

ctum instrumentum, seu scripturas, juxta praescripta dd.

duarum Congregationum decreta, Apostolica authorita-

te tenore presentium confirmamus, & approbamus, illis

que perpetuæ, & inviolabilis Apostolicae firmitatis robur

adjecimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti-

defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint,

aut intervenisse dici, vel censi possint, supplimus, sal-

va tamen semper autoritate utriusque Congregationis

Cardinalium hujusmodi.

§. 11. Dernerentes presentes literas nullo unquam tem-

po de subreptionis, aut obreptionis, vel nullitatis, aut

invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ defectu, aut

quovis alio ex capite, etiam in corpore juris clauso, seu

occasione, vel causa quantumvis privilegiata notari, im-

pugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam

revocari, aut ad terminos juris reduci ullatenus posse,

sed illas semper, & perpetuæ validas, & efficaces fore &

esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri &

obtinere, ac ab omnibus & singulis ad quos nunc quo-

modolibet spectat, & spectabit, ac spectare, & pertinere

poterit in futurum, perpetuæ, firmiter, inviolabiliter, &

inconcusse observari, & adimpleri debere.

§. 12. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &

delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores,

ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vi-

celegatos, ac Sedis Apostolice Nuntios, sublata eis, & co-

rum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi fa-

cultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irri-

tum & inane quicquid fecus super his à quoquam qua-

vis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit atten-

ti. Quocirca Venerabili Fratris Episcopo Majoricen, ac dilecto

filio cuiusdam Curia Cameræ Apostolice generali Au-

ditori per presentes committimus, & mandamus, quate-

nus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu

alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi

& quando opus fuerit, & quoties pro parte exponentium

& supplicantium præfatorum fratrum fuerint requisiti,

vel eorum alter fuerit requisitus, solemniter publicantes,

illisque in præmissis efficacia defensionis præsidio affi-

stantes, faciant auctoritate nostra illos præmissorum effi-

ca pacificè frui, & gaudere. Non permittentes eos desu-

per quomodolibet indebet molestari, contradicentes

quollibet, & rebellios, præmissi que non parentes, per

sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque op-

portuna juris, & facti remedia, appellatione postposita

compefecendo, legitimisque super his habendis servatis

processibus, censuras & poenas ipsas, etiam iteratis vici-

bus aggravando, invocato etiam ad hoc, si fuerit opus,

auxilio brachii secularis.

§. 13. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus

fit, nostra de non tollendo jure quæsito, aliisque Can-

cellariorum nostre Apostolicae regulis, ac quibusvis Apost.

necnon in Universalibus, Provincialibusque, & Syno-

Bullar. Mag. Tom. I V.

dalibus Concilii editis, & edendis specialibus, vel ge-
neralibus constitutionibus, & ordinationibus, dicitur que
Majoricen, ac aliarum Ecclesiastarum, ac Domorum, seu lo-
corum Regularium, dicitur que Provincie, ac Ordinum
Prædicatorum, etiam iuramento, confirmatione Apostoli-
ca, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & conve-
tudinibus, privilegiis quoque, indulxit, & literis Aposto-
licis, quibusvis personis, sub quibuscumque verborum
tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam deroga-
toriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & infor-
matiis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis, in con-
trarium præmissorum quomodolibet concessis, con-
stitutatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si
pro illorum sufficiens derogatione de illis, eorumque
totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & indivi-
dua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas
generales idem importantes mentio, seu quævis alia ex-
presso habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc
servanda fore, illorum tenores presentibus pro plenè,
& sufficiens expressis habentes, illis aliis in suo labore
permansuris, ad effectum specialiter, & expressè presen-
tium derogamus, ac derogatum esse volumus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§. 14. Volumus autem, quod presentium transumptis, Transumptis
etiam impressis, manu aliquo Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica consti-
tuæ munis eadem prorsus fides in judicio & extra
adhibetur, que ipsis presentibus adhiberetur, si forent
exhibitis, vel ostensæ.

Datum Rome apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, Dat. P. An. t.
die 22. Februarii 1645. Pont. Nostri Anno 1. die 22. Febr.

Breve Apostolicum de solvendis decimis per
Regulares.

X.

Habes circa hanc materiam Decretum S. R. E. Car-
dinalem sacri Concilii Trid. Interpretum, quod
referatur in hac constitutione, §. 1.

I N N O C E N T I U S P A P A X. Edita A.D.
Ad perpetuam rei memoriam. 1646.

Nuper pro parte Venerabilium Fratrum Archiep-
scoporum, & Episcoporum, necnon dilectorum
filiorum totius Cleri Regni Poloniae, dilecti etiam filii
Matthæi Joannis Judicis, Archidiaconi Pomeranien.
nuncupati, in Ecclesia Uladislavien. ejusdem Cleri in Cu-
ria Romana Agentis fuit exppositum, quod alias, & sub
die 17. Junii anni proximi p. 1645. in causa Decima-
rum ejusdem Regni, à Venerabilibus, etiam Fratribus
nostris S. R. E. Cardinalibus Sacri Concilii Tridenti-
ni. Interpretibus emanavit decretum, quod Nos sub-
inde sub die 31. mensis Julii ejusdem anni, in Consisto-
rio nostro secreto approbavimus, tenoris qui sequitur,
videlicet.

§. 1. In causa Decimatrum Regni Poloniae, die deci-
ma Septima Junii 1645. Sacra Congregatio Eminentissi-
morum Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, Refertur De-
cretum S. R. E. Cardina-
lium sacri
Concilii Trid.
interp. circa
materiam do-
qua in rub.

iterum atque iterum auditis Regularibus, & præcipue
PP. Societatis Jesu, eorumque juribus, & privilegiis ma-
tutè discussis, censuit ab eisdem Patribus, & aliis Regu-
laribus solvendas esse Parochis, & aliis Beneficiatis Re-
gni Poloniae Decimas, quæ solvebantur à Laicis, prius-
quam bona in ipsorum Patrum, & aliorum Regularium
proprietatem fuerint translatæ, firmis tamen remanenti-
bus transactionibus desuper factis, quod decretum ema-
navit prævia exhibitione facta ab ipsis Patribus, cui
etiam decreto postea consenserunt, prout & Agens Cleii
Regni Poloniae. Die vero 31. Julii 1645. Sanctissimus
D. Noster, Eminentissimo Cardinali Præfecto referente, sum. Ponit
in Confistorio approbavit.

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositi subjungebat,
exponentes præfati, decretum præinsertum, quo
cōmuni præ-
dictum de-
crevit.
Apofolica
confirmatio
cōmuni præ-
dictum de-
crevit.

Y 2

lice nostra confirmationis patrocis communis sum
moperē desideret. Idecirco nos eisdem exponentes spe
cialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & eorum
singulare personae à quibusvis excommunicationis,
suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten
tiis, censuris, & poenis à iure, vel ab homine quavis oc
casione, vel causa latice, si quibus quomodolibet innod
ate existunt, ad effectum presentium dumtaxat conse
quendum, harum serie absolventes, & absolutas fore
consentes. Supplicationibusque illorum nomine nobis
super hoc humiliter porrectis inclinati, decretum pre
sentium Apostolicae auctoritatis tenore presentium con
firmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicae
firmitatis robur adjicimus, & omnes ac singulos, tam ju
ris, quam facti defecctus, & qui desuper quomodolibet in
tervenient, supplemus, salva tamen semper auctoritate
Congregationis eorundem Cardinalem.

*Classis
praeceptoris*

§.3. Decrementis presentes literas validas, firmas, &
efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros
effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, & singulis
quos illa concernunt, inviolabilitate, & inconcusse ob
servari. Sieque per quoscumque Judices Ordinarios, &
delegatos, etiam canarum Palatii Apostolici Auditores,
judicari, & definiti debere, ne irritum & inane, si secus
super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel
ignoranter contigerit attentari.

*Exequor.
diputat.*

§.4. Quocirca dilecto filio nostro, & Sedis Apostolice
in eodem Regno pro tempore commoranti Nuntio per
presentes committimus, & mandamus, quatenus ipse
per se, vel alium, seu alios presentes literas, & eis con
tentia quacumque, ubi & quando opus fuerit, ac quoties
pro parte exponentum praefatorum, seu aliquis eorum
desuper requisiti fuerint, solemniter publicans, eisque
in premisis efficacis defensionis praesidio assistens, faciat
auctoritate nostra illos praemissorum omnium commodo,
& effectu pacificè frui & gaudere. Non permittens, illos
desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet
molestari.

*Contraria
tione patrum
imponit.*

§.5. Contradictores quoslibet, & rebelles, ac premis
sis non parentes, per censuras, & poenas Ecclesiasticas,
aliaque opportuna juris, & facti remedia APPELLA
TIONE POSTPOSITA compescendo. Legitimisque
super his habendis servatis processibus, fechtentias, cen
suras, & poenas ipsas etiam iteratis vicibus aggravan
do. Invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sa
cularis.

*Centuria
renovatur.*

§.6. Non obstantibus, quatenus opus sit, s. record.
Bonifacii Papæ Octavi Prædecessoris nostri de una, & in
Concilio Generali edita de duabus Dietis, dummodo ul
tra tres dietas aliquis auctoritate presentium in judi
cium non trahatur, aliisque Constitutionibus, & ordinati
onibus Apostolicis, necnon ipsius Societatis, aliorum
que Regularium Ordinum, etiam juramento, confirma
tione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboretur sta
tutis, & confuetudinibus, privilegiis quoque, indultis,
& literis Apostolicae ipsi Societati, aliisque Regularibus
Ordinibus, seu institutis prefatis, illorumque Domibus,
etiam professis, Collegiis, Monasteriis, & aliis locis Re
gularibus, sub quibuscumque verborum tenoribus, & for
mis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogato
riis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, irritanti
busque, & aliis decretis, in genere, vel in specie, in contra
rium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis,
& innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi de illis,
eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, &
indivisa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausu
las generales idem importantes mentio, seu quævis alia
expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc
servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores
presentibus pro plenè, & sufficiente expressis habentes,
illis aliis in suo labore permanens, ad praemissorum ef
fectum specialist, & expressis derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

*Dicit. P. A. 1.
die 12. Febr.* Datum Rome apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 21. Februario 1646. Pontificatus nostri anno secundo.

Breve Reductionis in Congregationem Reli
gionis Pauperum Matris Dei Scholarum Pia
rum.

xi.

Scholarum Piarum regimen Congregationi B. Maria
Clericorum secularium commisit Paulus V. consit.
81. tomo 3. & cōf. 101. Hoc autem regimen fuit
postea demandatum Congregationi Paulina, &
alii desuper concessa prærogativa, qua omnia vide
in Indice, verbo Clerici Matris Dei Schola
rum Piarum.

INNOCENTIUS PAPA X. Edita a
Ad perpetuam rati memoriam.

1646.

E A qua pro felici personarum Regularium statu à
Romani Pontificibus prædecessoribus nostris con
stituta fuerunt, cum incommodum afferre, ac earundem
personarum in via Domini profectui, & tranquillitat^e
obediens noscuntur, nostri munera est provide moderari &
immutare, propt̄ temporum ratio suadet, & conspicimus
salubritatē Domino expedire.

§.1. Dandum siquidem fel. record. Paulus Papa V. præ
decessor noster per suas in simili forma Brevis die 6. Martii 1617. expeditas literas in Domo Piarum Scho
larum Urbis unam Congregationem Scholarum Pia
rum ab uno Præfeto regendam & gubernandam, quæ
de cætero perpetuis futuris temporibus Paulina Pau
perum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupari, nec ul
tra virginis ab Urbe milliaria extendi, neque illum lo
cum, in quo Scholæ Pia non essent, domibus Novitio
rum exceptis, habere, & qui eidem Congregationi no
men dare voluerint, finitis duobus probationis annis,
omnes ram ad sacros & Presbyteratus Ordines primo
& Clericali, charactere dumtaxat insigniti, quæ
Frates Operarii tria simplicia vota, Paupertatis videli
cer, ac Castitatis, & Obedientiæ, super quibus à nem
ine præterquam à Romano Pontifice pro tempore ex
istente dispensari posset, emittere, ac gratis, & nullo sti
pendio, mercede, salario, aut honorario recipiendo ad
pueros in primis elementis, grammatica, computo, ac
principiis in fidei Catholice rudimentis erudiendos, bo
nis & piis moribus imbuedendos, ac demum Christiano
more educandos, operam, labore, ac studium confer
re deberent erexit, & instituit: ita vero, quod qui fun
plex paupertatis votum, ut præfertur, emisissent, quan
diu in predicta Congregatione permanebant, cuius
cumque dominii, juris, & proprietatis incapaces essent,
idemque paupertatis vorum summam in iis paupertatem
induceret, tam in particulari, quæ in communi, ita
ut nihil omnino juris haberent, sed nec habere, aut ac
quiere quovis titulus possent in bonis, seu ad bona, quæ
vocantur immobilia, vel quæ pro immobilibus haben
tur: hinc vero paupertati omnia ad eorum usum perti
nentia, cibos, vestes, supellecilem, tam sacram quæ
profanam, statui, & instituto convenientia, domos
vero, hortos contiguos domibus, Ecclesiæ, Sacri
stias, Oratoria, ac Scholæ, & hujusmodi immobilia,
qua pariter usui eorum destinabantur, similiter conven
ientia, ut præfertur, & præterea in dominio Romani
Pontificis pro tempore existentes, mobilia vero in do
mino ipsorum, in communi tamen esse debere decrevit,
& declaravit, & deinde cum tunc existentes Sanctæ Ro
mana Ecclesiæ Cardinales negotiis Episcoporum, &
Regularium Præpositi, quibus pia memoria Gregorius
Papa decimus quintus, etiam prædecessor noster ne
gotium hujusmodi examinandum, & sibi referendum
commiserat, decreto per eos desuper facto censiuerint,
Congregationem Scholarum Piarum hujusmodi, ut præ
fetur, eretur, & institutam, posse in Religionem trium
Votorum solemnum approbari, dictus Gregorius præ
decessor per suas etiam in simili forma Brevis, die 18. No
vembri 1621. expeditas literas decretum prædictum ap
probavit, & confirmavit, & alijs prout in dictis corundem
Pauli, & Gregorii prædecessorum literis, quarum tenores
presentibus

INNOCENTIUS DECIMUS.

257

presentibus pro expressis haberi volumus, ubi tūs contineatur.

§. 4. Cum autem, sicut Nobis innotuit, graves in Religione hujusmodi permutationes suscitatae fuissent, & etiam nunc vigeant, ita ut pro sedandis illis opere pretium, ac ē re ejusdem Religionis summopere futurum sit, si illa in Congregationem aliquę ullorum votorum emissione, ad instar Instituti Congregationis Presbyterorum Secularium Oratorii in Ecclesia Sancte Marie in Vallicella de Urbe canonice erecta, Sancti Philippi Neri nuncupatae sedigatur.

§. 5. Hinc est, quod Nos pro cura nostra pastorali ejus-

dem Religionis tranquillitatem, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de nonnullorum Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium, ac quo-

rundam dilectorum filiorum Romanae Curiae Prae-

rum, quibus hoc negotium examinandum commisimus,

confilio, Motu proprio, ac certa scientia, & matura deli-

boratione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitu-

dine omnibus & singulis Religionis praedictae Religiosis,

etiam professis, tam Sacerdotibus, quam Laicis, live ut

vocant, Operariis, facultatem transeundi ad quacumque

alia Religionem ab hac Sancta Sede Apostolica ap-

probata, etiam laxiorem, in qua benevolos invenerint

receptores, tenore presentium concedimus & impartimur.

Praeterea ne de cetero ulli amplius in dicta Religione

recipiantur, & ne jam recepti in Novitiatibus degentes ad

professionis emissionem admittantur, sed nullitatis rece-

ptionis, & professionis hujusmodi, aliisque nostri, & pro

tempore existentis Romani Pontificis arbitrii pœnis in-

terdicimus & prohibemus. Ad hæc omnes & singulos

ejusdem Religionis Religiosos, cujuscumque qualitatibus

existant, corumque Domos, Scholas, & loca quæcumque

omnimodo Ordinariorum locorum, in quibus reperiuntur,

jurisdictioni subjecimus, & supponimus, sublata tam

dilecto filio Josepho Colafantio, sive Matris Dei nuncu-

pato, olim Ministro Generali Religionis praedictæ, quam

aliis etiam auctoritate Apostolica Visitatoribus, ac Super-

rioribus deputatis domorum Ministris, ceterisque inferioribus, & Superioribus omni & quacumque facultate,

superioritate, & jurisdictione, tam in spiritualibus, quam

temporalibus erga prædictos Religiosos, eorumque Do-

mous, & Scholas, & loca quæcumque, omnemque auctoritatem, superioritatem, & jurisdictionem, quæ penes Mi-

nistrum generalem, Visitatores Apostolicos, aliisque Su-

periores, ut præmititur, residebat, totaliter & omnimode

in Ordinarios locorum hujusmodi transferimus, ita ut

Religiosi prædicti nullam deinceps jurisdictionem, au-

toritatem, & superioritatem sibi usurpare possint, nisi il-

lam, quæ iis fuerit ab Ordinariis, ut supra demandata, seu

delata: Religionem verò prædictam in Congregationem

similem Instituto prædictæ Congregationis Oratorii in

dicta Ecclesia Sancte Marie in Vallicella, ut præfertur,

erecta, Sancti Philippi Neri nuncupata, absque ullorum

Votorum emissione regendam, & gubernandam, juxta ta-

men Constitutiones primordio Instituto proportiona-

bles desuper iussu nostro edendas redigimus & reduci-

mus, ita tamen ut prædicti Religiosi nunquam possint

denominari Presbyteri, seu Clerici Congregationis Ora-

tori, vel S. Philippi Neri, nec pro talibus se gerere.

Regimen autem & gubernium Collegii Nazareni de eadem

Urbe dilectorum filiorum caesarum Palatii Apostolici

Auditorum omnino dispositione relinquimus. Ita ta-

men, ut quantum fieri possit, menti bonæ memorie Mi-

chaëlis Angeli Cardinalis Nazareni nuncupati, prædicti

Collegii Institutoris & Erectoris satisfiat.

§. 6. Præsentis quoque literas, & in eis contenta que-

cumque semper, & perpetuò valida, firma, & efficacia

fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sor-

tati & obtinere.

§. 7. Sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque

Judicis Ordinarios, & delegatos, etiam Caularum Palatii

Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de La-

tere Legatos, judicari, & definiti debere, irritumque &

inane, si secus super his à quoquam quavis auctoritate

scienter, vel ignoranter contingit attentari, decernimus

& declaramus.

Bullar. Mag. Tom. IV.

§. 6. Non obstantibus prædictis eorumdem prædecesso- Contraria-

rum literis, ac quibusvis aliis Apostolicis, necnon in Uni- droga-

versalibus, Provincialibus & Syndicalibus Conciliis

editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, &

ordinationibus, ac quacumque, etiam ultima d. Michaëlis

Angeli Cardinalis voluntate, quam quoad præmissa suf-

ficienter & expressè communamus. Necnon di&æ Reli-

gionis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel

alia quavis firmitate roboretis statutis & consuetudini-

bus, privilegiis quoque, indulgiis, exemptionibus, & literis

Apostolicis eidem Religioni, illiusque Praefecto & Cle-

ricis, ac aliis quibuscumque in contrarium præmissorum

quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-

bus omnibus & singulis, illorum tenores presentibus pro

plend & sufficiente expressis habentes, illis aliis in suo

robore permanens, ad præmissorum effectum speciali-

ter & expressè derogamus, ceterisque contraria qui-

buscumque.

Datum Rome apud S. Petrum, sub Annulo Piscatoris, Dat. P. An. 2.

die 16. Martii 1646. Pont. Nostri Anno secundo. die 16. Martii

Confirmatio Brevis Sanctissimi D. N. Urbani XII.

VIII. circa licentiam alienandi Bona immo-

bilia Canonicorum Regularium Congrega-

tionis Lateranensis, pro summa centum mil-

lium Scutorum.

Predictum Breve refertur verbo tenus in hac Bul- la 1.

INNOCENTIVS PAPÆ X. edita An. D.

Ad perpetuam rei memoriam.

A Liis emanarunt à felic. record. Urbano Papa VIII. Exordium.

Prædecessore nostro literæ in simili forma Brevis,

tenoris sequentis, videlicet.

§. 1. Urbanus Papa VIII. Ad futuram rei memoriam, Refertur Bro-

Ex injuncto Nobis desuper Apostolice servitutis offici- ve Sædifici-

ad ea, per qua Monasteriorum, & aliorum locorum Re- mi D. N. Ur-

gularium quorumlibet indemnitat, commodis, atque bani Pitt.

utilitat consiluit, libenter intendimus, ac desuper Pa-

storalis officii nostri partes favorabilit interponimus,

prout conspicimus salubriter in Domino expedire. Ex-

poni siquidem Nobis nuper fecit Dilectus filius Moder-

nus Abbas Monasterii Beatae Mariæ de Pace nuncupata

de Urbe, Canonicorum Regularium Congregationis

Lateranensis, & totius Congregationis hujusmodi Pro-

curator Generalis, quod Congregatio prædicta multo

ære alieno cuius Camera nostra Apostolica ratione Mon-

tiuum Cameralium, nonnullorumque censuum pro solven-

Montium suorum fructibus creatorum contracto gravata

reperitur, quod quidem, & alienum varias ob causas ha-

benus dissolvere, ac supradictis oneribus Cameralibus

satisfacere, alioisque censu super di&æ Congregationis

bonis stabilibus de licentia Sedi Apostolica impositos

oneribus extinguere non potuit, nec cum ordinariis redi-

ditibus debita, quibus diversa dictæ Congregationis

Monasteria presumunt, per solvere posset. Nobis propterea

dilectus Modernus Abbas & Procurator humiliter supli-

cari fecit, ut pro liberanda ab ære alieno, aliisque oneri-

bus hujusmodi Congregationis prædicta, sibi licentiam

& facultatem bona immobilia ad Monasteria Congrega-

tionis hujusmodi spe&tantia, pro summa centum millioni

scutorum alienandi concedere, aliasque desuper oppor-

tunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur di&æ Congregationis necessitatibus, quan-

tum cum Domino possumus, subvenire, prædictumque

Abbatem, & Procuratorem specialibus favoribus, &

gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommuni-

cationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasti-

cis sententiis, cenitris, & peccatis à jure, vel ab homine

quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodoli-

bet innodus existit, ad effectum præsentium dumtaxat

consequendum harum serie abiolventes, & absolutum fo-

re censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, Abba-

tibus Generalibus, & Visitatoribus dictæ Congregationis

Y 3 Lateranen.

Lateranensis nunc & pro tempore existentibus, ut cum approbatione dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati, S.R.E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano Nepotis bona stabilita d. Congregationis pro summa centum milium scutorum moneta Romane, dumtaxat quibusvis personis meliore conditionem offerre, vendere, & alienare, ita tamen ut pecunia ex venditione hujusmodi provenientes, deductis tamen expensis hac de causa faciendis, in alios usus, quam extinctionis artis alieni, quo quomodolibet dicta Congregationis Monasterium gravatum existit, & pro majori illius utilitate nullo modo convertantur, liberet, & licet possint, & valeant, auctoritate Apostolica tenore presentium licentiam concedimus, & impartimur. Non obstantibus f. record. Pauli Pape II. Predecessori nostri de rebus Ecclesiis non alienandis, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationis & Monasteriorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 10. Aprilis 1637. Pontificatus nostri anno decimoquarto.

Confessio.
Or approba-
tio predicti
Brevi per
hunc san. off.
Pontificem.

§. 2. Cum autem, sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius Modernus Abbas dicti Monasterii S. Mariae de Pace, ac Congregationis predicta Procurator, ut in premissis opportune provideat de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Abbatem, & Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latice, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, presentatas literas Apostolica auctoritate tenore presentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolice firmatis robur adjicimus, ac omnes tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenient supplemus, necnon dilecto filio nostro Federico SS. Virti, & Modesti Diacono Cardinale, Sforzio nuncupato, dicta Congregationis apud Nos, & Apostolicam Sedem Comprobatori, facultatem praestandi consensum alienationi hujusmodi, quem dictus Franciscus Cardinalis in vim earundem literarum adhibere deberet, servata alias in omnibus, & per omnia illarum forma, eadem auctoritate tenore presentium concedimus, & impartimur. Decernentes ea que cum approbatione dicti Federici Cardinalis Comprobatori in executionem dictarum litterarum sicut, perinde valida, firma, & efficacia existere, & fore, ac si cum approbatione dicti Francisci Cardinalis facta fuissent.

*Dicitur in-
terdicitur.*
Concessio

§. 3. Sicque, & non aliter in premissis per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores, ac Sande Romanae Ecclesie Cardinales, etiam de Latere Legatos, judicari, & dictinari debet, irritum quoque, & inane si securus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus omnibus illis, que in presentatis literis hujusmodi concessa sunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Roma apud Sanctam Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 31. Julii 1646. Pontificatus nostri anno secundo.

Declaratio, quod Brevia à nonnullis Religiosis XI. Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum obtenta ad effectum assumendi habitum Presbyterorum secularium, nisi illis utantur infra quatuor menses, censeantur revocata.

Hic Sanctissimus Pontifex reduxit in Congregationem Religionis pauperum Matris Dei Scholarum Piarum, ut apparet supra Conf. 11. Ea quæ pro felici, ubi indicavi tibi pleraque circa regnum hujus Congregationis.

INNOCENTIUS PAPA X. Editio
Ad futuram rei memoriam.

A lias postquam Nos justis ex causis adducti Religiosis Religionis Pauperum Matris Dei Scholarum Piarum nuncupatis, etiam profellis, tam Sacerdotibus, quam Laicis, sive ut vocant Operariis, facultatem transiundi ad quacumque aliam Religionem ab hac Sancta Sede approbatam, etiam laxiorem, in qua benevolos invententes receptores, concederamus, dictosque Religiosos, & eorum Domos, Scholas, & loca quecumque omnino modis Ordinariorum locorum Jurisdictioni subjecerimus, ac tandem Religionem in Congregationem similem Instituto Congregationis Oratorii in Ecclesia S. Mariae in Vallicella nuncupata de Urbe erexit, absque ulla votorum emissione reduxeramus. Postmodum per nonnullos ex Religiosis hujusmodi successivè Nobis exposito, quod ipsi habebant unde se extra Domos regulares praeditæ Religionis aere poterat, proptereaque habitu Presbyteri secularis assumere, in eoque quoad vixissent, extra praeditam Religionem, illiusque Domos sub Ordinariis respectivè obedientia permanere posse desiderabant.

§. 1. Nos certis tunc expressis corundem Religiosorum exponentium hujusmodi originariis, & seu aliis locorum Ordinariis dedimus in mandatis, ut constito sibi prius, quod quilibet ex dictis Religiosis haberet, ut praefertur, unde se extra dictam Religionem, eisdem Domos regulares vivere posset, eisdem Religiosis, & eorum singulis assumendi habitum Presbyteri secularis, in eoque extra dictam Religionem, illiusque Domos, sub Ordinariis locorum, ubi pro tempore commorarentur, obedientia quoad vixissent permanenti licentiam auctoritate nostra Apostolica concederent, & aliæ prout in diversis nostris in simili forma Breviis desuper expeditis literis, quarum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressi haberi volumus, plenius continetur. Cum autem, sicut nomine Religiosorum Domus Regularis Sancti Pantaleonis de eadem Urbe Religionis praeditæ Nobis nuper expositi fuit, pro bono ejusdem Religionis expediat ut illi Religiosi, qui licentiam habitum praeditum Presbyteri secularis assumendi à Nobis obtinuerunt, literas in simili forma Breviis desuper, ut praemititur expeditas, quamprimum debet executioni demandari faciant, aut illis renuntient. Idecirca Nobis iidem Domus praedita Religiosi humiliter supplicari fecerūt, ut in premissis opportunitate provideat de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur eosdem exponentes specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & eorum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latice, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequen. harum serie absolvens, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati. Quod omnes, & singuli dictæ Religionis Religiosi, qui haecenus à Nobis licentiam assumendi habitum Presbyteri secularis per praedictas nostras in eadem forma Breviis literas obtinuerunt, ut praemititur, infra quatuor menses à die facient, ut infra dicuntur, publicationis presentium numerant, literis nostris praeditis omnino utantur, & illas debite executioni de-

Brevi
ta à
fir p.
in m.
IV

Irid. ha

rever

mandati

mandari faciant, alioquin elapsis quatuor mensibus, hujusmodi literæ prædictæ nullæ, irritæ, ac revocatae sint, & esse censeantur eo ipso, Apostolica auctoritate tenore præsentium earundem statuimus, mandamus, & ordinamus.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinete.

§. 4. Sicque per quoquaque Judices ordinarios, & delegatos, etiam caesarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, irritumque & inane quid secus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus omnibus, & singulis illis, que in eisdem literis voluimus non obstat, cæterisque contraria quibuscumque.

§. 6. Volumus autem, quod præsentes literæ in valvis Ecclesiæ Lateranen. ac Basilice Principis Apostolorum, & in aie Campi Flora de Urbe publicentur, & affigantur, que sic publicate & affixa omnes, & singulos, quos illæ concernunt, tam in Rom. Curia, quam extra eam arcent, & afficiant, ac si eorum unicuique personaliter intimata fuissent.

§. 7. Quodque earundem præsentium transumptis, etiam imprellis, manu alicuius Notarii publici subscripsi, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides adhibetur, quæ adhibetur præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 4. Decembris 1646. Pont. nostri anno 3.

Anno à Nativitate D. N. Iesu Christi 1646. die verò duodecima Mensis Decembri, supradicta litera affixa, & publicata fuerunt ad Pavas Ecclesiæ BB. Principum Apostolorum de Virbe, & S. Ioannis Lateranen. ac in aie Campi Flora, per me Alexandrum de Rocchis Apostolicum Cursum.

Cassius Fundatus Mag. Curs.

IV. Quod Fratres Ordinis Eremitarum B. Augustini præcedant in processionibus, & aliis actibus publicis Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci strictrioris observantie.

Præcedentiam Ordinum Mendicantium inter se decretivit Gregor. XIII. Conf. sua 84. Expositum Pastoralis, tom. 2.

AN.D. INNOCENTIUS PAPA X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex universalis Ecclesiæ regimini divina dispensante clementia præpositus, interdum ea, que rationabilibus ex causis à Sede Apostolica sancti sunt, ipsa subinde rerum experientia suadente, & majoribus ex causis alterat, & immutat, in hisque pastoralis officiis sui partes sollicitè interponit, prout locorum, temporumque qualitatibus debet penfatis conspicit in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem nobis nuper fecit dilectus filius Petrus Malvenda Assistent Hispaniarum dilecti filii Prioris Generalis Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, quod orta alias differentia super jure præcedendi in processionibus, aliisque effectibus publicis, inter dilectos filios Fratres Ordinis Minorum Sancti Francisci strictrioris observantie nuncupatos, loci de Vinaros ex una, & fratres primodiæ Ordinis S. Augustini ejusdem loci, partibus ex altera, secundodiæ fratres hujusmodi ad confovendum jus suum, quasdam sub 9. Januarii 1630. ac alias sub 10. 1643. necnon reliquas in simili forma Brevis literas sub diebus 20. mensium Aprilis annorum 1644. respectivè ad eorum favorem à fel. rec. Urbano Papa VIII. prædecessore nostro emanatas, contra dispositionem Constitutionis huius mem. Gregorii Pa-

pe VIII. etiam prædecessoris nostri, que incipit: Pastoralis, &c. coram dilecto filio Curie Caesari Cameræ Apostolicae Generali Auditore, executioni demandari institerunt & obtinuerunt, aliis etiam sententiis & decretis in partibus desuper subsecutis. Cùm siue eadem expositio subjungebat, idem primodiæ fratres se desuper inauditos, & exinde non leviter gravatos fuisse & esse prætenderent, & capropter ad Venerabiles fratres nobros S. R. E. Cardinales Sacris Ritibus præpositos recursum haberint, cupiantque in præmissis sibi opportunitate provideri.

§. 2. Idcirco Nos ad uberes fructus, quos üdem primo-dicti fratres in vinea Domini in dies afferre noscuntur, paterna dirigentes considerationis intuitum, ipsumque Petrum specialibus favoribus, & gratis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alisque Ecclesiasticæ sententiis, censuris & iuris.

Urbani VIII. confirmatione circa materiam de qua in rubr. reducio ad terminos interdicti, alisque Ecclesiasticæ sententiis, censuris & iuris. poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latiss., si quibus quomodolibet innotatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum se-ries absolventes & absolument fore carentes, supplicationibus illius nomine nobis super hoc humiliiter porre-ctis inclinati, de consilio earundem Cardinalium, qui negotiis hujusmodi maturè discuerunt, plures audi-tis partibus in jure & in facto informantibus, ad relationem dilecti filii nostri Marci Antonii Tituli Sanctæ Ma-riae de Pace nuncupati Presbyteri Cardinalis Franciotti nuncupati, post longam earundem Urbani prædecessoriis literarum hujusmodi discussionem, de mandato no-stro factam, præfatas dicti Urbani prædecessoris literas ad terminos juris, non solidum in præsenti, sed etiam in quacumque simili causa, tam in dicto loco de Vinaros, quam in aliis in eisdem literis contentis, Apostolica auctoritate tenore præsentium reducimus, & denique ubique terrarum servandam esse eandem dicti Gregorii prædecessoris constitutionem declaramus, statuimus, & ordinamus, salva tamen semper auctoritate Congrega-tionis earundem Cardinalium.

§. 3. Decernentes præsentes literas validas, firmas, & ef-ficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros ef-fectus sortiri & obtinere, & ab omnibus & singulis quo-Clavis preservari-uis aperte ille concernunt, & in futurum quomodolibet conser-vant, inviolabilit, & inconcusse observari, sicque per quoquaque Judices Ordinarios, & delegatos, etiam caesarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinals, etiam de latere Legatos, dictaque Sedi Nuntios judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si quid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Quocirca Venerabiles Archiepiscopos, Epis-copos, & aliis locorum Ordinariis, in quibus primodiæ fraterum fratum hujusmodi dominus regulares eræ sunt, si-ve in posterum erigentur, ac dilecti filii eorum offici-ibus, seu Vicariis in spiritualibus generalibus per præ-sentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quacumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte earundem primodiæ fratum fratum requisiti fuerint, solemniter publicantes, il-lisque in præmissis efficacia defensionis præsidio affi-ctantes, facient auctoritate nostra præmissa omnia, & singula ab eis ad quos spectat, & pro tempore spectabit in futu-ru, inviolabilit, & observari, ac eosdem primodiæ frateres præmissorum commido & effectu quiete, & pacifice ubique frui, & gaudere, non permittentes illos desuper quomodolibet indebet molestati, perturbari, inquietari, vel impediti.

§. 5. Contradictores quoslibet, & rebelles, aut alias in præmissis non parentes, seu feste quomodolibet opponen-tes, per sententias, censuras, & peinas ecclesiasticas, alia-que opportuna juris & facti remedias, appellatione post-polita compescendo, legitimisque super his habendis ser-vatis processibus, censuras & peinas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 6. Non obstantibus præfatis dicti Urbani prædecessoris literis, necnon rec. mem. Bonifacii Papæ VIII. tollit, etiam

etiam prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de quibus dictis, dummodo ultra tres dictas aliquis auctoritate presentium in judicium non trahatur, alii que Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quorumvis Ordinum Congregationum, & institutorum, illorumque dororum, & locorum regularium, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate robortis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, induitis, & literis Apostoliis, eorumque superioribus, & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque tenore, & formis, cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoris, aliique efficacioribus & insolitis, ac irritantibus & aliis decretis, in genere, vel in specie, & alii in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores presentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis aliis in suo robore permanuris, ad effectum præmissorum specialiter & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 7. Volumus autem ut presentium transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate Ecclesiastica constituta munitionis eadem prorsus fides ubique adhibetur, que presentibus ipsius adhibetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Pisc. die 13. Aprilis 1647. Pont. Nostri Anno 3.

XV. Confirmatio decreti S. Congregationis S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositoriæ, quod Conventus, seu loca Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini non possint occupari ab aliis Regularibus sub quovis titulo, vel pretextu, etiam reformationis, nisi Prioris Generalis corundem Eremitarum accidente consensu.

Fratrum S. Augustini varia Congregationes in unam Eremitarum S. Augustini professionem, & regularem observantiam univerò olim Alex. IV. in Conf. 6. Tom. 1. Postea autem Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum, sive reformatorum Congregatio à Clemente VIII. instituta fuit, ut legitur in ejus Conf. 63. tom. 3.

*S. An.D. INNOCENTIUS PAPA X.
1647.*

Ad futuram rei memoriam.

Ereditate. In his Apostolica nostra sollicitudinis partes libenter interponimus, per quæ religiosorum Ordinum quorumcumque felici statu opportune consuli cognoscimus. §. 1. Exponi siquidem Nobis fecit dicitus filius Salvator Severinus Fabrianus. Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini Procurator generalis, quod licet à fel. rec. Sixto IV. Leone X. diversique aliis per quasdam suas sub plumbo, vel in alia forma, & novissime à rec. mem. Utbammo Papa VIII. Rom. Pont. prædecessoribus nostris per suas in simili forma Brevis de anno 1628. emanatas litteras respectivè dispositum, mandatumque fuerit, ne Fratres, seu alii Regulares de observantia, vel reformatione non cupati, dicti, seu alterius Ordinis quocumque nomine censerentur, sub quovis titulo, vel pretextu, etiam reformationis, Monasteria, Conventus, Domus, & alia regularia loca, quæ ab ipsis primodictis Fratribus Eremitis Ordinis S. Augustini actu possidentur, & inhabitantur, vexare, occupare, retinere, aut etiam sponte oblata acceptare, nisi pro tempore existentis Prioris generalis primodicti Ordinis hujusmodi expressus, & in scriptis super accessus assensu, sub communicatione Sedi Apostolica reservata, aliique forsan tunc expressi & facti ullatenus urquam possent, audirent, seu presunterent, decretum que fuerit, quicquid in contrarium præmissorum in futurum attentari, aut à Sede prefata con-

cedi, vel impetrari, sine predicti pro tempore existentis primodicti Ordinis Prioris generalis consensu contigeret, illud irritum, nullum, & inane, nulliusque roboris, aut momenti, ac pro infecto haberetur, nisi præfatis literis corundem Romanorum Pontificum nostrorum, non per clausulas generales, sed de verbo ad verbum, ipso Priore generali, & seu Ordine præfato desuper consente, derogatum fuisset. Nihilominus dilecti filii Fratres Discalceati Congregationis Francie Ordinis S. Augustini hujusmodi in dies eisdem præmissis contravenire non verentur, satagentes non sine magno Christi fiducia offendicula, ac regularium personarum perturbatione, Monasteria, Conventus, Domos, & alia regularia loca, cotundere primodictorum Fratrum in toto ferè ejusdem Regno Francie occupare, prout inter alia novissime Conventum Massiliensem occuparunt, suis fortasse Constitutionibus, quas novissimas vocant, & afferunt auctoritate Apostolica confirmatas, innixi, in quantum parte 1. cap. 5. de voto paupertatis, §. 2. hæc verba habentur: Conventus autem S. P. N. Augustini licebit acceptare, & reformatre, ac in eis vices, & ministeria aliorum Religiosorum supplere. Quare per eundem Salvatorem Procuratorem generalem habito ad Venerabiles Fratres nostros Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinales negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præpositos recursu, peccatoque, præfata verba earundem Constitutionum novissimorum, cum in illis generaliter apposta fuerint, nulla habita ratione de præmissis, & per dictas Constitutiones, literaque Apostolicas, illarum confirmatorias, præfatis corundem Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum literis nullatenus de verbo ad verbum derogatum fuerit, minime desuper tunc existens primodicti Ordinis Prior generalis consenserit, immo sedulè, & expressè reclamaverit, nulla, cassa, & irrita declarati, ab eisdem Cardinalibus emanavit Decretum tenoris sequentis, videlicet.

§. 2. S. Congregatio Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium Præposita, auditis sepius partibus, & S.D.N. annuente, censuit verba illa, que leguntur in Constitutionibus Fratrum Discalceatorum S. Augustini Congreg. Gallie novissimis impressis, part. 1. cap. 5. de voto paupertatis, §. 2. videlicet, Conventus autem S. P. N. Augustini licebit acceptare, & reformatre, ac in eis vices, & ministeria aliorum Religiosorum supplere, sive male, & per errorem dictis Constitutionibus, etiam in originali apposita, & inserta, ac proinde delenda fore, & esse, prout virtute presentis decreti tolli, & dcleri, ac pio non appositis haberi decernit, & mandat, &c. Datum Romæ 24. Martii 1645. M. Card. Cinettus. Loco + sigilli.

§. 3. Cum autem, sicut eadem exppositio subjungebat, Quod dictus Salvator Procurator generalis Decretum hujusmodi, quo firmius substat, & exactius observetur, Apostolica nostra confirmationis, patrocinio communis summoperè desideret: Nos ejusdem Salvatoris Procuratoria generalis desiderio hujusmodi annuere, ipsiusque specialibus favoribus & gratiis prosequi volentes, & à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliique Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penitentiis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latitis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum feareas absolventes, & absolutum fore censentes, supplicibus illius nomine Nobis super hoc humiliter porrexis inclinati, decretum præsentatum Apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, illique inviolabilis Apostolica firmatis robar adjicimus, ac omnes & singulos, tam juris, quam facti deficiunt, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplexus. Salva tamen semper auctoritate Congregationis corundem Cardina-

li.

§. 4. Decernentes presentes nostras litteras validas, clarificamus, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, servatos & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis quos illæ concernunt, & concernent quomodolibet in futurum inviolabiliter, & inconcusse observari.

§. 5. Sicque

INNOCENTIUS DECIMUS.

96

§. 5. Sieque per quoscumque Judices ordinarios, & prout personatum qualitatibus debite ponsatis ceteris regi delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E. Cardinales, etiam de Latere Legatos judicari, & definiri debere, ac iuratum, & inane si quid secus super his à quoquem quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit assertari.

§. 6. Quocirca Ven. Fratribus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis loco eius Ordinariis dicti Regni per presentes committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel dico, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contentis quoscumque, ubi & quando opus fuerit ac quoties pro parte primordiorum Fratrum Eremitarum fuerint requisiti Talem noster publicantes, eisque in premisis efficacis defensionis praesidio assistentes, facient auctoritate nostra illos premissorum omnium, & singulorum commodo, & effectu frui, & gaudere, illaque ab omnibus ad quos spectat, & in futurum spectabit, inviolabiliter observari, & debitis executioni demandari, non permitentes illos desuper à quoquam quavis auctoritate quomodolibet indebet molestari.

§. 7. Contradictores quoilibet, & rebellis, premisso non parentes, per sententias, censuras, & penas Ecclesiasticas, aliaque opportuna iuris, & facti remedia, applicatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, censuras, & penas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

§. 8. Non obstantibus premissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, necnon primordiis Ordinis, ipsiusque Congregationis Gallie corundem Fratrum Discalceatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmatae roboris statutis, & consuetudinibus, & praedictis Constitutionibus novissimis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis dictis Congregationi, illiusque Superioribus, & personis, ac quibusvis aliis, sub quibuscumque verboru tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & aliis decretis, in genere, vel in specie, ac alias in contraria praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis, etiam si pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, & singulorum tenores presentibus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis alias in suo labore permanens, specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 9. Volumus autem, quod presentium transumptis etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem profrus fides ubique adhibetur, que presentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitis, vel ostense.

¶. 3. Datum Roma apud S. Mariam Majorem, sub anno Piscatoris, die 25. Aprilis 1647. Pontificatus nostri anno tertio.

I. Breve exemptionis querundam suorum Familiarium à Spolio.

Quinam sint Familiares Papa fasce indicatur in Re-
persorio, verbo Familiares Papæ.

D. INNOCENTIUS PAPA X.
Ad futuram rati memoriam.

Romanus Pontifex gratiarum dispensator, pro circumspecta sua providentia suos, & Apostolicae Sedis devotos, & fideles, praesertim illos, qui ei & Sedis praedictæ grata familiaritatis obsequia jugiter impendunt, specialis benevolentia favoribus complecti solet, Camere predicatorum Officialibus, & Ministris, seu aliis

*sum. Pontificis
exemptus quiesce-
dam suis fa-
miliariis &
Spolii.*

§. 1. Hinc est, quod nos querundam Familiarium no-
strorum, quorum nomina infra sunt expressa, indem-
nitati quantum cum Domino possimus, consulete, illi-
losque specialibus favoribus, & gracie prosequi vo-
lentes, & eorum singulares personas à quibusvis excom-
municationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ec-
clesiasticis sententiis, censuris, & penis à iure, vel ab
hominie quavis occasione, vel causa latit, si quibus quo-
modolibet inmodat existant, ad effectum presentium
dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & ab-
solutas fore cententes. Motu proprio, & ex certa scien-
tia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolice po-
testatis plenitudine, etiam preter, & ultra quoscumque
alias similes, vel dissimiles, generales, vel speciales gratias,
facultates, exemptiones, indulcta, & privilegia eisdem Fa-
miliaribus infra nominatis haecen à Nobis, vel Roma-
nis Pontificibus praedecessoribus nostris concessas, & con-
cessa, & in posterum etiam à Nobis, & successoribus no-
stris Romanis pariter Pontificibus concedendas, & con-
cedenda, quas omnes, & singulas, ac omnia & singula, per-
inde ac si illarum, & illorum omnium tenores presenti-
bus expressi, ac de verbo ad verbum inserti forent, in suo
robore, & firmate remanerent, & esse, nec per illas, aut illa
eisdem presentibus, vel per presentes illis in aliquo pre-
judicari, vel eas, seu ea invicem confundi, seu impediri, sed
etiam cumulativè procedendo unam, seu unum, per aliam
seu aliud coadiuvari, & suppleri posse, & debere decerni-
mus, & declaramus, eisdem Familiaribus nostris infra no-
minatis, & eorum cuiilibet, quod eorum & cuiuslibet eorum
hæredes, donatarii, legatarii, & successores, tam ex
testamento, seu alia dispositione, quam ab intestato ra-
tione sanguinis eis, & cuiilibet eorum succedentes, live
alii ab eis & eorum quolibet, eorumque, & cuiuslibet eorum
hæredibus, donatariis, legatariis, & successoribus
hujusmodi causam quomodolibet habentes, quicunque
per Camerarium nostrum pro tempore existenter, The-
faurarium generale, aut Commissarium, vel spolio-
rum, Jurimumque Cameræ Apostolice debitorum Colle-
giorum, & Subcollectores, live alios quoscumque Offi-
ciales, & Ministros ipsius Cameræ, seu quoscumque
alios, tam ratione quoruncumque beneficiorum Eccle-
siasticorum quomodolibet nuncupatorum, & qualiter-
cumque qualificatorum, etiam personalem residentiam re-
quiritentium, per eos haecen obtentorum, & in posterum
obtinendorum, cuiuscumque valoris, & annui redditus,
etiam maximis, excessivis, & inexcogitabilis existant, quam
etiam ratione quoruncumque pensionum annuarum su-
per quibusvis fructibus, redditibus, & proventibus Ec-
clesiasticis Apostolica auctoritate eis haecen reservata-
rum, seu in eos simili auctoritate translatarum, ac de cæ-
tero eadem auctoritate eis reservandarum, aut in eos trans-
ferendarum, ad quamcumque summam, etiam maximam,
& inexcogitabilem ascendat, nullo unquam tempore su-
per rebus, & bonis per eos, & quemlibet eorum re-
spectivè pro tempore reliktis, etiam si ab intestato, &
sive ulla, vel minus valida bonorum suorum disposi-
tione ipsi, & eorum cuiilibet respectivè ubivis locorum
in qualibet mundi parte, tam continua quam interpolata
illorum inibi mansione, ac etiam extra loca debitæ
residentiæ, & etiam si iter agendo ab humanis decadant,
molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus pos-
sint, nec debeat, itaut de omnibus, & quibuscumque
rebus, & bonis suis, ac per eos, & eorum quemlibet
acquisitis, & acquirendis, tam ex praedictis jam obtentis,
& obtainendis beneficis, quam etiam ex praedictis
eis jam reservatis, seu reservandis, ac in eos translatis,
& transferendis pensionibus, ut praesertim, tam inter
vivos, quam causa mortis, & in ultima voluntate, ac
in favorem quoruncumque, non tamen personatum à
iure prohibitarum, & incapaci disponere, seu etiam
ab intestato transmittere liberè, & licet possint, & va-
leant, auctoritate praedictæ tenore presentium concedi-
mus, & indulgemus, districtiis inhibentes eisdem Ca-
merario, Thefaurario, Commissario, aliisque Sedis, &
Camere predicatorum Officialibus, & Ministris, seu aliis
quibuscumque

quibuscumque ne in bonis, & rebus per eos, & eorum Pinocera, & cubicularius secretus noster. Gaspar de Si-
quilibet respectu pro tempore redditis, beneficiorum, & penitentiam hojusmodi occasione, vel praetexta ma-
nas injicere, aut aliquam illorum descriptionem, seu in-
ventarium, aut depositum, vel sequestrum, seu quid si-
mile facere, vel attentare quoquo modo audeant, vel
præsumant.

*Claudulas
preferentes
vias apposi-
tivas*

9.2. Ac decernentes presentes literas firmas, validas,
& efficaces existere, & fore, illisque, & eorum cuilibet, ac
hæreditibus, & successoribus eorum, alisque prædictis in
omnibus, & per omnia plenissimè suffragati.

*Claudula for-
mula*

9.3. Sicque per quoscumque Judices ordinarios, &
delegatos, etiam caſarum Palatii Apostolici Auditores, necnon prædictos Camerarii, Theſaurarii, Com-
missarii, Presidents, Clericos, & alios quoscumque Camerarii, & Sedis prædictarum Ministri, & Officiales, ac
quovis alio, etiam Sancta Romana Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, ac Sedis prædictæ Nuntios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis alteri judicandi, &
interpretandi facultate, & autoritate, judicari, & defini-
niri debere, ac irritum, & inane si secus super his à quo-
quam quavis autoritate scientes, vel ignoranter conti-
gerit atteneri.

*Camerarii
derogatio*

9.4. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, regula nostra de non tollendo jure queſito, necnon felicitis record, Pii Pape IV. prædecessoris nostri de gratiis qualecumque interesse Camera prædictæ concernenti-
bus in eadem Camera præsentandis, & registrari nullo un-
quam tempore necesse sit, & aliis etiam nostris, ac qui-
busvis Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque
& synodalibus Conciliis editis generalibus, vel speciali-
bus Constitutionibus, & ordinationibus, dictæque Cam-
meræ etiam juramento, confirmatione Apostolicæ, vel
quavis similitate alia roboratis statutis & consuetudini-
bus, privilegiis quoque iudicatis, & literis Apostolicis ei-
dem Cameræ, illiusque Officialibus, & Ministriis, ac qui-
busvis aliis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac
cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, alij-
que efficacioribus, & insolitis clausulis, ac decretis, etiam
irritantibus, etiam Motu, scientia, deliberatione, & pot-
estatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ac ex
causa, & titulo onerosis, in genere vel in specie, ac alijs
quomodolibet in contrarium præmissorum concessis,
confirmatis, ac plures innovatis, & approbatis. Quibus
omnibus & singulis, etiam pro illorum sufficienti deroga-
tione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, spe-
cifica, expresa, & individua, ac de verbo ad verbum,
non autem per clauſulas generales idem importantes
mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia
exquita forma ad hoc fervanda fore, illorum omnium,
& singulorum tenore hujusmodi præsentibus pro plene
& sufficiente expressis, & ad verbum inseritis habentibus,
illis alijs in suo robo permanens, ad præmissorum
effectum specialiter & expressè derogamus, ceterisque
contraria quibuscumque.

*Fides traxo
fusorum*

9.5. Volumus autem, ut præsentium transiunctis, etiam
impressis, manu alicuius Notarii publici subscriptis, & fi-
gillo persona alicuius in dignitate Ecclesiastica constituta
munitis eadem prorsus fides in judicio, & extra adhi-
beatur, quæ præsentibus ipsius adhibetur, si forent exhibi-
bitur, vel ostenditur.

*Prædictorum
Familiorum
namus re-
confundit.*

9.6. Nomina autem Familiorum nostrorum prædictorum
sunt quæ formantur, videlicet: Venerabilis Frater Chri-
stophorus Signius Bononiensis, Archiepiscopus Tella-
loniensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe
Canonicus, & Palati nostri Apostolici Praefectus: nec-
non dilecti filii Magister Marcus Aurelius Maraldus Ce-
senaten, in utraque Signatura nostra Referendarius, Bre-
viarium nostrorum secretorum Secretarius, & Canoni-
cus dictæ Basilicæ, Prælatusque domesticus noster. Ma-
gister Franciscus Cherubinus Senogallensis Diocesis,
etiam in utraque Signatura nostra Referendarius, ac
ejusdem Basilicæ Canonicus, & Auditor, Prælatusque
domesticus noster. Laetantius de Laetantia Urbevetan-
nus, Canonicus Basilicæ prædictæ, Cubicularius nostri Pra-
efectus. Quintius de Bubalis, Canonicus dictæ Basilicæ,

Datum Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo na-
turali, die 27. Septembris 1647. Pont. Nostr. Anno 3.

Reservatio Pensionis perpetuae ad favorem Sa-
crofæcæ Patriarchalis Ecclesiæ S. Mariæ
Majoris, de consensu Majestatis Catholicæ.

Pensiones super Ecclesiæ fratribus quando servari
possint, vide Leonis X. Conf. 7. §. 11.

INNOCENTIUS EPISCOPOS, Edi-
torum Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Sacerdos Apostolatus ministerio, meritis licet inparibus,
Divina dispositione præsidentes, ad ea per quæ no-

INNOCENTIUS DECIMUS.

165

Acte provisionis auspiciis Basiliæ Almae Urbis nostra, ac
personæ in illis Divinis obsequijs jugiter insistentes con-
gruis facultatibus pro eorum debita manutencione, one-
rumque eis incumbentium sublevamine communipæ va-
leant libenter intendimus, ac in his Pastorali officiis nostri
partes etiam per Pensionem perpetuam reservationis
ministerium, maximè dum id Catholicæ Reges exoptant,
favorabiliter interponimus, prout rerum, personarum, &
temporum circumstantiis debitè pensatis id in Domino
conspicimus salubriter expedire. Cum itaque, sicut acce-
pimus, Charissimus in Christo filius noster Philippus
Quartus Hispaniarum Rex Catholicus ad aliquod insig-
gne, & sua Regia Majestate, ac liberalitate dignum opus
pium hic in Urbe fundandum, & instituendum à multo
tempore circa annum propenfum habuerit, & ad hunc
effectum ab initio anni Domini millesimi sexcentesimi
quadragesimiquarti certam pecuniarum quantitatem ex
spoliis, & vacantiis Regni Sicilie ad ipsum Philippum
Regem spectantibus confidatam in hujusmodi opus desti-
nauerit, & successivè hodie in actu quo Nos ad præsen-
tationem ejusdem Philippi Regis Ecclesiæ Mazzarien, quæ
de ejus Jurepatronatus ex fundatione, vel dotatione, seu
Privilegio Apostolico, cui non est hac tenus in aliquo de-
rogatum, existit, certo tunc expresso modo vacanti de
persona Venerabilis fratris nostri Didaci de Requesens
Archiepiscopi Carthaginensis, Apostolica auctoritate
providimus, ipsumque illi in Episcopum præfecimus, &
Pastorem, inter exteras unam pensionem annuam perpe-
tuam mille octingentorum scutorum moneta Regni Si-
ciliae ad mentem dicti Philippi Regis & juxta formam
Motus proprii per Nos signandi distribuendam, super
mensæ Episcopalis Mazzarien, fructibus, redditibus, &
proventibus dicta auctoritate Motu simili reservari con-
cedi obtinuerit, prout in Cedula consistoriali desuper
manu nostra signata pleniùs continetur. Et novissimè no-
bis per dilectum filium Inicum Velez de Guevara Comi-
tem de Oñate, suum apud Nos Oratorem significari fe-
cerit se summopere exoptare, ut nos ultra prædictam mil-
le octingentorum scutorum jam ut præfatur reservatam
aliam Pensionem similiter perpetuam bis mille ducento-
rum scutorum similium super mensæ Episcopalis Eccle-
siæ Cataniensis fructibus, redditibus, & proventibus,
quæ itidem de Jurepatronatus prædicti Philippi Regis ex-
fundatione, vel dotatione, seu Privilegio Apostolico, cui
non est hac tenus in aliquo derogatum, fore dignoscitur,
quæque ad præsens Pastoris solatio defituta reperitur,
similiter ad mentem ejusdem Philippi Regis, & juxta
formam præsentium literarum distribuendam reservare-
mus.

notis in d. Basilica respectivè fundatarum, seu pri Capellano prime, & alteri Capellano secundæ Capellarum hujusmodi similiter, ut supra ad predicti Phillipi Regis seu ejus Oratoris nominationem eligendis, & non satis, sed ut supra mutabilibus, & nullus dd. duodecim ulla unquam tempore possit habere nisi unam ex dictis duodecim portionibus, ipsorumque duodecim ad dictas duodecim portiones admittendorum electio, & deputatio fiat ad vitam, cum solis literis patentibus, seu diplomaticis, vel ut vocant Cedulis predicti Phillipi Regis, ejusque successorum Hispaniarum Regum, seu Oratorum predictorum.

*Nominatio
datur Regi,
sum illius Oran-
tori.*

**S. 2. Nec portiones prædictæ censeantur aliquo modo
annexæ Canonicatibus, & Præbendis, aut Præpositura,
vel Prioratu, seu Capellaniis Basilicæ, & Capellarum hu-
jusmodi, si contingat aliquando per deputatōs, & electōs
ad portiones hujusmodi eorum Canonicatus, & Præben-
das, aut Præposituram, & Prioratum, vel Capellanias resi-
gnari, dimitti, vel permittari, aut alijs ex eorum personis
illorum, & illarum vacationes quomodolibet induci, sed
defundit illis, qui pro tempore ad dictas portiones per
quamecumque diminutionem, vel amissionem eorundem
Canonicatum, & Præbendarum, seu Præpositura, seu
Prioratus, vel Capellaniarum respectivè, aut alijs quo-
modolibet vacantibus vel amittentibus, & predictis Ca-
nonicatibus, & Præbendis, ac Præpositura, & Prioratu,
vel Capellaniis quomodolibet vacantibus elecio, & de-
putatio ad dictas portiones, seu pensiones aliorum Ca-
nonicorum, ac Præpositi, & Prioris, vel Capellanorum in
locum defunctorum, vel dimittentium, aut amittentium,
suectæ liberæ ad dictum Regam seu Oratorum cum felic-**

*Nominatio
nemus, etenim
coriunem ob-
tinere possit,
et de minori
ad maiorem
dari potest as-
seritur.*

remaneat liberae dispositioni Regis seu Oratoris, ut præfertur, ad favorem alterius, ut supræ qualificati, hoc insuper addito, quod fructus dictarum portionum, seu pensionum decurrenti à die vacationis illarum, usque ad diem quo fieri nova elec^{tio}, & nominatio personarum ad illas, transeat ad successores sic noviter electos, & nominatos, & prætextu dictarum duodecim portionum, seu pensionum Canonicatus, & Præbenda, ac Prepositura, & Prioratus, vel Capellaniæ illorum, qui ad dictas portiones pro tempore electi, & nominati erunt, pensionibus Ecclesiasticis, aut aliis oneribus, etiam Cameralibus, ex quavis causa etiam quantumvis pia, etiam motu simili, aut etiam consistorialiter gravari nequeant, & si graventur de consensu illos, vel illas obtinentium, statim ille qui tali gravamina consenserit sua portione eo ipso, absque ulla alia declaratione privata remaneat, alteri persona per Regem, seu Oratorem hujusmodi ex hoc solum capite modo quo supræ disponenda.

supra 10^o.
distribution.
Canonorum.
applicans.

9.1.Cumque dictus Philippus Rex per eundem Inicium
Oratorem nobis etiam significari fecerit mentem, & intentionem suam esse, ut tam hæc, quam illa mille octingentorum jam, ut præfertur, reservare pensiones hujusmodi,
& sic in totum quatuor milia scuta annua ex dictis duabus Pensionibus proventura in beneficium Patriarchalis
Basilicae Sancta Maria Majoris de Urbe, quam ob peculiarem, quem semper erga dictam Beatissimam Virginem
MARIAM sua Regia Majestas geslit devotionis, & dictam
Basilicam propensionis, tutelæ, & protectionis quas proficitur affectum, singulis aliis dictæ Urbis piis, & Religiosis locis ad huic actum jute optimo prælegit, ejusque
Ministrorum modo, & forma, ac conditionibus, & pénis
infrascriptis, & non alias, aliter, nec alio modo erogentur, & expendantur, bis mille, & quadraginta videlicet in
Duodecim Portiones, quarum sex debent constare ducentis & quinquaginta, reliqua vero sex Centum quinquaginta scutis similibus pro qualibet, eaque semper ad
prædicti Philippi Regis, ejusque successorum Hispaniarum Regum, seu eorum apud hanc S. Sedem nunc, & pro tempore existentium Oratorum nominationem, seu electionem inter duodecim personas perpetuò distribuantur
quoad decem videlicet Canonicis dictæ Basilice non axis, sed ad arbitrium Regis, seu Oratoris hujusmodi pro tempore mutabilibus, quo vero ad alias duas Portiones, seu Pensiones hujusmodi Præposito Capellæ ad Præsepe à fel. rec. Sixto V. ac Priori Capella S. Mariae à pia mem. Paulo etiam V. Romanis Pontificibus prædecessoribus

§. 3. Alia verò mille, & quinquaginta scuta annua monetae dicti Regni erogentur in usum Distributionum quotidianarum repartitionarum inter omnes Canonicos dictæ Basilice, ac duos alios, qui ex Præposito, & Priore, ut Capellani prædictis pro tempore erunt electi ad duas portiones prædictas, si in dicti Chori stallo horis Canonicis interessentes de aliis distributionibus, quotidianis ad Capitulum spectantibus cum eodem Capitulo participaverint; omnis quippe summa prædictorum mille, & quinquaginta scutorum horis totius anni, quibus divina officia, & res sacrae in dicta Basilica capitulatiter recitantur, & celebrantur, assignanda est, itaut cuius prædictiarum horarum, five Milliarum aliqua portio, seu distributio respondeat, cuius quantitas à Capitulo dictæ Basilice declaranda, & determinanda est juxta communem morem, & consuetudinem Ecclesiarum Cathedralium, & dictæ Basilice Sanctæ Mariæ Majoris, & b illis distributionibus præter supradictos cæteri Beneficiati, & alii servientes Choro dictæ Basilice prorsus excludantur. Præterea illi, qui ex Canonicis, & aliis duobus

bus supradictis de mille, & quinquaginta scutis predictis ordinatum, & statutum fuit. Alia item centum, & participare voluerint ultra servitium, & personalem resistentiam, & assistentiam Chori in praedictis officiis Divinis, & horis Canonica teneantur etiam personaliter interelle solemnificatione trium Missarum Canonicalium in dicta Basilica singulis annis solemnni ritu in diebus infradicendis decantandarum.

scutis distributionum tribus diebus pari debet.

§. 4. Hæc autem distributiones quotidianæ à principio anni proximè sequentis initium habeant, ita ut semper unus anni anticipata dictorum mille, & quinquaginta scutorum exactio sequentis anni distributioni deserviat, iplorumque mille, & quinquaginta scutorum solutio fieri in tribus anni diebus, in quibus etiam, ut infra dicetur, dictæ tres Missæ decantandæ sunt. Primus terminus dictæ solutionis si in die Nativitatis Beatae Mariae Virginis anni millesimi sexcentesimi quadragessimi noni, & tertius, & ultimus illius anni id est Sancti Ildefonsi, hoc est vigebris etiam Januarii millesimi sexcentesimi quinagesimi, & sic successivè sequentibus annis, & qui non interfuerit dictis Missis, pro unaquaque missa cui personaliter non interfuerit, unam tertiam partem dictarum distributionum, & qui defuerit in intercessione duarum, sive omnium Missarum, reliquas illius anni distributiones, quæ sibi obvenient ex dictis mille, & quinquaginta scutis, respectivè amittat, licet in Chori servitio, & officiorum illius anni assistentia non deficeret. Hæc distributiones ita sunt affectæ servientibus dumtaxat, & intercessoribus officiis Divinis supradictis, & praedictis tribus Missis, ut quilibet tantum propter assistentiam dictarum trium Missarum, ut praefatur, & pro residentia uniuscujusque horæ ex praedictis distributionem illi horæ assignans hincetur juxta assignationem, seu appuntamentum, ut aiunt, & computum à dicta Basilice, & dictorum Ecclesiasticorum Computistis, & Chori appuntatoribus, sive assignatoribus faciendam: Nullusque absens etiam ex causa quantumvis legitima, & privilegiata, etiam pro dicta Basilice servitio, aut qualibet alia majori, etiam cum speciali Brevis Sedis Apostolicæ, vel quæ speciale & expressam mentionem requirat, quas omnes praefectibus pro expressis habemus de illis ullo modo participare possit, excepta tamen causa legitimæ infirmitatis, si tamen de ea constituerit per infirmi juramentum, & portiones absentium à dictis Divinis officiis, sive dictis tribus Missis non intercessorium convertantur in usum Sacristie Capituli.

Scuta 200.
aplicatur ad distributionem
beneficiatus, &
beneficiarios, &
Capellanos, &
Clericos, &
alios Ministrorum Chori, &
Capellanus Regius,
de eisdem partibus.

§. 5. Alia autem ducenta scuta similia distribuantur inter beneficiatos Capellanos, & quoctunque Clericos beneficiarios nuncupatos tantum, & si qui sint, alios Clericos Capellanos, seu Ministros servitio Chori dictæ Basilice addictos, ipsique Basilice, & illius Choro actu inservientes, ac infra scriptum Capellandm Regium pro tempore existentes, qui dictis tribus Missis personaliter interfuerint, ac etiam inter Capellanos ejusdem Capelle Pauli Quinti, qui ad prædictarum Missarum intercessoriam à Capitulo in d. Capella admitti solent, non tamen inter Canonicos & Praepositum, ac Priorum, aut duos Capellanos praeditos, qui ad dictas portiones, ut supra nominati, vel dicta distributione mille, & quinquaginta scutorum frui possunt, qui omnes, & eorum singuli ab hac participatione semper exclusi intelligantur, & harum distributionum ducentorum scutorum tres aequales portiones siant, quarum quilibet in unaquaque dictis, qui personaliter dictis tribus Missis interfuerint distributionarum, servando formam, normam, & quantitatrem respectivè, quibus repartiriunt illis alijs distributiones quotidiane, quas ipsi nunc in dicta Basilica percipiunt, juxta providam declarationem à Capitulo dicta Basilice faciendam. Eo tamen superaddito, quod praedictis Capellaniis dictæ Capella Pauli V. non minor distributione affinetur, quam Capellaniis Choro dictæ Basilice inservientibus assignanda est, & quoad dictas distributiones ducentorum scutorum initium, & acquisitionem, solutionem, & amissionem, justificationemque & penas eorum, qui praedictis tribus Missis, vel earum cœlibet non interfuerint, observetur idem quod circa aliam distributionem mille, & quinquaginta scutorum

ordinatum, & statutum fuit. Alia item centum, & quinquaginta scuta paria annuatim in subsidium expensarum Cereris, Musice, & Cantorum, arbitrio Capituli distribuenda ratione dd. trium Missarum solemnium implicantur.

§. 6. Reliqua tandem ducenta scuta similia quæ defunt ad perficiendam dictam summam quatuor millium scutorum annuatim impendantur uni, qui actu sit Presbyter, & qui haec prima vice excepta, semper sit ex gremio Canonorum, seu Beneficiorum, vel Capellanorum, aut Clericorum dictæ Basilice, cum quibus ex nunc, pro ut ex tunc, ut hanc Regiam Capellaniam obtinere, & ejus onus simul cum quoctunque alio dictorum Canonicorum, & Prebendarum, Beneficiorum, aut Capellanarum dictæ Basilice subire possint, & valeant, dispensamus.

§. 7. Qui Capellanus ab eodem Rege, vel ejus Oratore, cum ejus, vel corum cuiuslibet Patentibus, seu Diplomaticis, vel Cedulis, ut suprà dumtaxat eligendus, & nominandus, ac ad sui libitum, etiam absque ulla prorsus causa, hac prima nominatione dumtaxat excepta removendum, semperque ad nutum dicti Regis, seu ejus Oratoris amovibilis sit, & Regius Capellanus nuncupetur, & ei tanquam tali debitus honor ab omnibus dictæ Basilice Ministris impendantur, & in diebus, in quibus dictæ tres Missæ solempniter celebribuntur, ipse Cappa, & Rochetto, vel superpellicello induitus ad initia Beneficiatorū dictæ Basilice, decens stallum in Choro sibi per Capitulum assignandum habeat, & singulis diebus in predicto Altari, in quo dicta Sacra Imago Beatae Virginis deposita est, & pro tempore fuerit, pro salute praedicti Regis, ac suorum filiorum, ac sui Regio spirituali, & temporali prosperitate & augmento unam Millam submissa voce recitandam per se ipsum, aut cum legitimè fuerit impeditus, quod tamen impedimentum per praedicti Regis pro tempore existentis Oratorem approbari debeat, eoque per modicum tempus, & non ultra durante, seu interveniente causa legitima infirmitatis, quæ ut suprà per fidem juratam ab ipso met infirmo constet, sive in diebus, in quibus dictus Capellanus ad alterius Missæ celebrationem ratione suorum Canonicatus, & Prebendæ, vel Beneficii, aut Capellanæ astrictus reperitur, per alium Presbyterum ex gremio dictæ Basilice, vel ex his, qui Choro dictæ Basilice inserviunt, necessariò à dicto Capellano eligendum, qui non minùs, quam duorum juliorum, ut aiunt, eleemosynam pro unaquaque Missa solvat, Missam, aut Missas, quas ipse ex dictis causis recitare non poterit, recitate teneatur, & debeat.

§. 8. Et ulterius etiam dicto Regio Capellano una cum Canonicis à majori parte Capituli, & ejus arbitrio eligendo, & deputando onus exigendi dicta quatuor millia scuta, non tamen propriis, sed dictæ fundationis, seu operis pii expensis, & risico, & accepta sua portione, ac etiam ratio distributionum quotidianarum, juxta computum per computatores Chori dictæ Basilice pro tempore faciendum distributionarum in se subire, & singulis annis Capitulo, & pro tempore existenti ejusdem Regis Oratori per eum exactis, solutis, & administratis rationem reddere, & de toto eo, quod infra annum, circa id juxta casum exigentiam occurrit, dictum Capitulum certiorare debent, & teneantur, ad quem effectum deponantur pecunia in Sacro Monte Pictatis, seu una Arca tribus clavibus obserata, quarum una per Canonicum antiquiore Capituli, & alia penes dictum Capellanum Regium, & reliqua penes alium, quem ipsum Capitulum eligit, in qua pecunia praedictæ custodiantur, conficienda, & intus eam tota summa pro tempore exacta referenda erit.

§. 9. In hujusmodi autem Capellanum Regium hac prima vice ad sui vitam electus, & deputatus fuit à praedicti Philippi Regis Oratore, cum oneribus, & honoribus supradictis, dilectus etiam filius Bernardinus Barberius Presbyter Vintimilienus. Dicte, licet non sit de gremio dicti Capituli, seu Ministrorum dictæ Basilice, & hoc propter servitia per eum hastenus Regis Coronæ præstata, & ob labores, quos sustinuit in dissonenda, & perficienda hac presenti fundatione. Ita tamen, ut ipse possit per se, vel alium Missas celebrare.

§. 10. Summa

INNOCENTIUS DECIMUS.

265

- §. 10. Summa denique reddituum, qua à dicto Philippo Rege ab initio dicti anni millesimi sexcentesimi quadraginti quarti usque ad datam presentem ad hunc effectum ex spoliis, & ex vacantibus dicti Regni Siciliae, arbitrio dicti Regis Siciliae, ponetur in multiplicum donec ex ea annus redditus haberi possit, qui ad aliquam summam à dicto Philippo Rege seu ejus Oratore destinandam, ac illis, seu cuiilibet illorum benevolentiam, non tamen mille scutis monete minorem ascendant, qui quidem redditus tandem implicandus in augmentum distributionum quotidianarum Ministrorum Chori dictae Basilicae pro praestando uniformi servitio dictae Basilicae quod à Canonis praestatur, & non aliter, seu alios qualcumque pios usus ad utilitatem dictae Basilicae arbitrio praedicti Philippi Regis, seu ejus Oratoris converendum, seu assignandum.
- §. 11. Pro qua tamen fundatione, & memoria perpetua tua praedicti Capitulo Basilicae Sanctæ Mariae Majoris, ac omnibus Ecclesiasticis supradicatis illud opus à predicto Philippo Rege respectivè, & perpetuò injungitur, ut scilicet singulis annis incipiendo ab hoc praesenti anno Tres Missas Canonicales in Altari praedictæ Imaginis Beatae Virginis, quod nunc est Altare maius dictæ Capella Pauli V. in hoc igitur, vel in eo in quo pro tempore praedicta Imago Beatae Virginis reposita inventietur unam Missam videlicet in die Nativitatis ejusdem Beatae Mariae Virginis, qua etiam nunc à multo tempore pro dicto Rege celebratur, alteram in Octava omnium Fidelium Defunctorum, reliquam die vigesimali tertia mensis Januarii in festo videlicet Sancti Ildefonsi, que ab anno proxime sequenti incipietur pro dicto Philippi Regis ejusque successorum Hispaniarum Regum, ac ipso cum conjugum, & filiorum salute, ac successione, ac pro eorundem, ac ipsorum praedecessorum animabus, ac deum pro praedicti Philippi Regis Regnorum temporali, ac spirituali profperitate, & augmentatione solemnissimo ritu decantare, & celebrare non minori cultu & pompa, sumptu, & celebritate, ac numero Musicorum, & quantitate Ceræ, aliisque solemnibus, sed isdem, aut majoribus his quibus nunc dictam Missam in die Nativitatis ejusdem Beatae Virginis pro eodem Philippo Rege dictum Capitulum celebrat, & decantat, quarum solemnitatem, & Missatum expensæ etiam ultra assignationem ad hunc effectum superiorius dictum major summa expendenda, vel si dicta assignatio non fuerit exacta ab eodem Capitulo anticipata solvenda, facienda, aut supplenda sunt utriusque ulla assignatione sumptus dictæ festivitatis, & Missæ Nativitatis ejusdem Beatae Virginis jam à multo tempore usque nunc à Capitulo sunt. Insuper Capitulum, & Canonici praedicti æstivo tempore servitum Chori eadem forma, & eodem numero Canonicorum quo hiemali tempore fieri solet facere teneantur, & ad id adstricti sint, alioquin distributiones tunc absentium in usum praedictæ Sacrificii convertantur, ac Praepositus, Prior, seu Capellani praedicti ad celebrationem trium Missarum per se, vel alium, seu alios dictis tribus videbet Beatae Mariae Virginis, & Octava Defunctorum, ac Sancti Ildefonsi diebus etiam teneantur.
- §. 12. Ac Capitulum, & praedictus Prior, ac Capellani dictæ Capella Pauli V. tenebuntur, & adstricti erunt, ut supra dictum est in eorum sacraulis, seu Sacristiis, ac in eam qualibet, prout ipsi Regio Capellano videbitur omnia paramenta, ac alia quæcumque necessaria ad praedictam Missam submissa voce quotidie celebrandam in dicto Altari Beatae Mariae Virginis, & si dictum Altare impeditum fuerit in alio Altari sibi beneviso ablique illo impedimento cum omni decentia sufficiente dicto Regio Capellano ministri facere. Et si id, vel aliquam ejus partem Capitulum, & omnes alii praedicti seu recusaverint, hancque foundationem, & singula per dictum Philippum Regem ut supra disposita non acceptaverint, seu illis acceptatis dictas tres Missas in praedicto Altari Beatae Virginis solemniter non decantaverint, hancque & alia omnia, ut supra stabilita non adimpleverint, in quolibet ex casibus praedictis Hispaniarum Regi pro tempore existenti liberum sit totam hanc foundationem, seu ejus partem ad sui libitum à Canonice, Praeposito, & Priore,
- seu Capellani, & aliis praedictis auferre, illamque in alias pias fundationes, applicationes, dotations, electiones in dicta Basilica, seu Capella Pauli V. seu alios pios usus dicta Basilicae, seu cultum dicta Beatae Mariae Virginis, arbitrio dicti Regis absque alia licentia sub eiusdem, aut aliis oneribus dicto Regi etiam benevolentis transmutare, & transferre.
- §. 13. Nos igitur Regiam praedicti Philippi Regis liberalitatem, suamque pliissimam intentionem, ut supra rite particulas dispositam plurimum in Domino commendantes, & ob singularem, quam erga dictam Beatam Virginem, & praedictam Basilicam, que una ex Patriarchalibus Urbis Ecclesiis existit, illarumque omnibus, ac aliis plurimis sequienti. Privilegiis, præminentibus, indultis, favoribus, & gratiis fruuntur, potitur, & gauder gerimus devotionis affectum, & ut illæ ad debitum fine perducantur, exindeque dictæ Basilicae Sanctæ Mariae Majoris, ejusque Ministris tam magnus decor, tamque evidens utilitas accrescat, quantum in nobis est cooperari simulque pensionem animi nostri erga dictum Philippum Regem hoc novo testimonio patet, ac Capitulum, Canonicos, Praepositum, Priorem Bernardinum, Beneficiatos Capellanos, & Ministros hujusmodi, eorumque singulare personas, a quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, alioisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innotati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum seriæ absolventes, & absolutos fore censentes, necnon quaruncumque aliarum similium, vel dissimilium applicationum dicto Capitulo hactenus factarum, tenores, ac Dat. &c. praesentibus pro expressis habentes.
- §. 14. Motu proprio, & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine supradicam mille referuntur pensiones, & reservingaruntur concessam, suam proprieatem, ut etiam ut praefertur reservari concessam, suam proprieatem, ut etiam accepimus literæ Apostolicæ non dum expeditæ sunt super d. Mensa Episcopalis Mazzarien, etiam alteram pensiones annuas & perpetuas eas, que ab omni decima, quarta, media, & quavis alia frumentorum parte, subsidia etiam charitativo, & excusat, ac quoquemque alio tam ordinario, quam extraordinario onere quomodolibet nuncupato quavis autoritate, & ex quavis causa urgente, & urgentissima etiam necessario exprimenda, & pro reparacione, ac fabrica Basilicae Principis Apostolorum de Urbe, Crucia, & expeditione contra Turcas, & alios Fidei Catholicæ hostes, ac Pro Seminario Puerorum Ecclesiastico, sustentatione, & manutentione Classis Triremium, nunc quomodolibet impositis, & pro tempore ex causa etiam quantumvis privilegiata, & de necessitate exprimenda imponendis, etiam in impositionibus hujusmodi caveretur expressè quod Pensionari quicunque etiam pensiones suas ab oneribus hujusmodi, aut alijs quantumvis exemptas habentes pro rata earundem pensionum suarum, aut alijs contribuere teneantur, quam rata Mazzarien, & Cathanien. Ecclesiarum pro tempore existentes Praefules, seu Administratores de eorum fructibus, seu eorum proprio solvere debeant, absque spe aliquid unquam postea repetendi, seu defalcandi, onusque rata hujusmodi in se, & successores suscipere debeant, & quicquid proprietas solverint remissum, & donatum esse debeat, necnon belli, pestis, famis, sterilitatis, incendiis, grandinis, pruina, tempestatis, & cuiusvis alienigenarum sinistri, & inexegibilitatis, ac insoliti casus fortuiti, eventus, ac alijs in omnibus, & per omnia liberas, immunes, & exemptas bis mille ducentorum scutorum similium, super dictæ Mensæ Episcopalis Cathanien. fructibus, redditibus, & proventibus, juribus, obuentibus, & emolumentis universi tam certis, quam incertis etiam super utriusque mensarum hujusmodi, seu alterius earum fructibus, redditibus, & proventibus praedictis alijs pensiones annuas, etiam forsan perpetuæ, aut ad vitam, vel alijs, quarum quantitates praesentibus haberi volumus pro expressis, alijs personis, reservata, seu reservari concessæ sint ad supradictum effectum dicto Regio Capellano, vel ipsius legitimo Procuratori, & non

Bullar. Magni Tom. IV.

Z alteri

Termīni salutis finis sunt annūs & Nativitatis B. Mariae.

Etiā in aperteō Canonico. Præsulūm p[ro]tectōrum sump̄ib[us], & expensis, ac risico dd. Mazzarien. & Catanien. Præsulūm p[ro]ficiētūm, & pro tem- p[or]e existentium, ad creditum Capituli, sub dispositione Tabula p[ro]ficiētūm, Capellani, & Canonici eligendi. Ita tamen, ut solu- normitana, tio hujusmodi in aliis reservarib[us] in exemplum ad- fuit alio loco.

Resolutio se- riuaria. §.15. Decernentes per solas p[re]sentes literas priorem pensionem mille o[cto]ngentorum scutorum hujusmodi, etiamsi aliae literae amplius non expediantur, probari, & plenarie justificari, & per eas ad utriusque pensionis hu- jusmodi exactiōnem suis debitis temporibus contra quo- cunq[ue] procedi posse, & debere, nec easdem p[re]sentes de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vito, vel intentionis nostræ, aut quovis alio defectu notari ex quavis causa, etiam quantumvis legitima, & iuridica, etiam sub pretextu, quod dicta Ecclesia Catanien. ad p[re]fens varet, & Pastore, & legitimo defensore careat, seu etiam ex defectu totalis, aut non sufficientis consensu huic reservationi dicti Didaci Episcopi, ac Præsulūm, seu Administratōrum Mazzarien. & Catan. Ecclesiarum hu- jusmodi, ac etiamsi dictæ pensiones una cum antiquis tertianis partem fructuām dd. amēnarum resp. & iuvē excedant, & dictæ p[re]sentes pensiones in aliis reservationi- bus pensionum quomodolibet in futuram reservandā, & in eis clausula forsitan apponenda, Dammodo tertiam partem fructuām non excedat, p[re]sentes pensiones minime comprehendāntur, neque de eis aliqua mentio fieri debeat, aut aliis notari, impugnari, retractari, nullari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, & terminos ju- ris adduci, aut adversus illas quodcūque juris, vel gratia, & facti remedii impetrari, aut etiam motu simili con- cedi nullatenus posse, sed eis semper, & perpetui validas, & efficaces esse, & fore, suoq[ue] plenarios, & integros ef- fici. Qus sortiri, neque eis, uti fundationem Regiam conti- nentes, & ad cultus Divini, & distributionum quotidiana- num augmentū tendentes, & consequenter admodum privilegiatas, sub quibusvis revocationibus, suspensioni- bus, & limitacionibus, etiam derogatoriarum derogato- riā clausulas, & decreta irritantia, quarum tenores etiam p[re]sentes habeti volumus pro expressis, in se continen- tibus, etiam motu pari, ac etiam consistorialiter emanatis, & emanandis comprehendī, sed semper ab illis excipi, & quocunq[ue] eas revocari, aut limitari, vel suspendi, seu eis derogari contigerit, toties in pristinum, & validissimum statum, etiam sub data posteriori per Regem, seu ejus Officiorum pro tempore, & quocunq[ue] eligenda re- litutas, repolitas, & plenarie reintegratas, ac de novo concefas fore, ac si fragari debere in omnibus, & per omnia, & quoad omnia supradicta, etiam perinde ac si pensiones p[re]dictæ in Consistorio nostro secreto, & ex

Clauſula ſer- uicia. §.16. Sicque, & non aliter in p[re]missis omnibus, &

singulis per quoscunq[ue] Judices ordinarios, & dele- gatos, etiam cauerūm Palatii Apostolici. Auditores, ac Sancte Romane Ecclesie Cardinales, etiam de latere Le- gatos, & Sedis Apostolice Nuntios, sublata eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judicandi, diffiniendi, & inter- pretandi facultate, & autoritate, judicari, & diffiniri de- bēre, ac iritum, & inane si fecis super his à quoquam quavis autoritate scienter, vel ignoranter contigerit at- tentari. Decernentes insuper Didacum Episcopum, & pro tempore existentem Mazzarien. & Catan. Ecclesiarum Præsules, seu Administratōrum ad integrā solutionem pensionum per p[re]sentes reservarū, juxta reservatio- nis, constitutionis, & assignationis p[re]dictarum tenorem fore efficaciter obligatos.

§.17. Ac volentes, & eadem autoritate statuentes, p[ro]p[ri]etate illis ex Didaco Episcopo, & pro tempore existen- tibus Mazzarien. & Catanien. Ecclesiarum Præsulib[us], seu Administratōrib[us], qui in dictis festivitatibus, vel saltem intra triginta dies illarum singulas immediatè se- quentes pensiones per p[re]sentes reservatas per eos tunc debitas non persolverint cum effectu, lapsis diebus eis- dem ingressus Ecclesie interdictus existat, cujus inter- dicti relaxationem ii donec Capellano Regio, vel ejus Procuratori p[re]dicto de pensionib[us] per p[re]sentes re- servatas tunc debitū integrè satisfactū, aut alijs secum, vel cum dicto Procuratore super hoc amicabiliter con- cordatum fuerit, p[re]terquam in mortis articulo consti- tuti nequeant obtinere. Si verò per sex menses dictis triginta dies immediatè sequentes sub hujusmodi inter- dicto, animo, quod absit, permanserint indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem à Regimine, & Administratio- ne ipsatum Ecclesiarum Mazzarien. & Catanien. per- petuū suspensi existant.

§.18. Quocirca dilectis filiis cauerūm Curia Ca- metar[um] Apostolicar[um] generali Auditori, ac Venerabilium fratrum nostrorum Panormitan. & Montis regalis Ar- chiepiscoporum Vicariis in spiritualibus generalibus, Motu simili per Apostolica scripta mandamus, quatenus ipsi, vel d[omi]no, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios facient autoritate nostra pensiones per p[re]sentes reservatas p[re]dictas Bernardino, & pro tempore existenti Capellano Regio, seu ejus Procuratori p[re]dicto, juxta reservationis, constitutionis, assignationis, & decreti p[re]dictorum continentiam, & tenorem perpetuū integrè persolvi. Et nihilominus quemlibet ex Didaco Episcopo, ac pro tempore existentibus Mazzarien. & Catanien. Ecclesiarum Præsulib[us], seu Administratōrib[us], quem interdicti, & suspensionis hu[is]modi senten- tias incurrit, eis constituerit, quoties pro parte Bernardini, & pro tempore existentis Capellani Regii hujusmodi fuerint requisiti, tandem Dominicis, & alijs festis diebus in Ecclesiis, dum major inibi Populi multitudo ad Divina convenerit, interdictum, & suspensionum publicè nuntient, & faciant ab aliis nuntiari, donec de pensionib[us] per p[re]sentes reservatas hujusmodi tunc debitū fuisse integrè satisfactū, ipseque interdictus, & suspen- sus, interdicti, & suspensionis hujusmodi relaxationem inueruerit obtinere.

§.19. Contradicentes per censuras Ecclesiasticas, ap- pellatione postulante compescendo. Non obstantibus, natus opus sit una, per quam dudum inter alia vo- luimus, & ordinavimus, quod literas reservationis, vel assignationis etiam motu pari, enjusvis pensionis annua, super aliquas beneficij Ecclesiastici fructibus expediri non possint, nisi de consensu illius qui dictam pensionem persolvere tunc haberet, ac alia per quam decrevimus, & declaravimus nostræ intentionis fore quod deinceps per quocunq[ue] signaturam, seu concessionem, aut gratiam, vel literas Apostolicas pro commissionibus, seu mandatis, aut declarationibus in quibusvis cau- sis, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac etiam ante motum item à nobis emanaverint, vel de mandato no- stro facientes, nulli jus sibi quæsum quomodolibet tol- latur, necnon aliis nostris, & Cancelleriæ Ap[osto]l. regi- lis de exprimendo vero valore, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati pensiones annuas super fructi- bus mensarum Episcopaliū, nisi ex cessionis, aut alia probabili

probabili causa reservati prohibentis, aliiisque Apostolicis etiam in Provincialibus, Synodalibus, vel universalibus Conciliis editis, & edendis specialibus, vel generalibus Constitutionibus, & ordinationibus etiam contra pensiones perpetuas, & beneficia unius Diocesis, beneficiis, seu logis pils alterius Diocesis, & assignari nequam posse disponentibus, ac Mazzarien. & Cathanien. Ecclesiarum, ac etiam Basilicae S. Marie Majoris, & Capelle Pauli V. praedictae, hujusmodi fundatione seu institutione si in aliquo obsteret, ac etiam juramento, confirmatione Apostoli, vel quavis firmatae alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis & literis Apostolicis earum praefulibus, Capitulis, & Personis cibellis.

§. 20. Quibus omnibus etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantem mentio, aut quævis alia expressio habenda, seu qualibet alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti forent praesentibus etiam pro expressis habentes, illis alijs in suo robore permanens hac vice dumtaxa harum serie specialiter, & expressè derogamus, ceterisque contraria quibuscumque. Aut si Didaco Episcopo, ac pro tempore existentibus Mazzarien. & Cathanien. Ecclesiarum Praefulibus, seu Administratibus, vel quibusvis alijs communiter, vel divisi ab Apostolica sit Sede indultum, quod ad præstationem, vel solutionem pensionis alicuius minimè teneantur, & ad id compelli, aut quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Et qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam praesentibus non expressam, vel totaliter non insertam efficitus hujusmodi gratia impediри valeat quomodolibet, vel differti, & de qua ejusque, toto tenore habenda sit in nostris literis mentio specialis.

§. 21. Volamus autem, & eadem Apostolica autoritate decernimus, quod praesentium literarum transumptis manu alicuius Notarii publici, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitus, ac etiam impressis eadem protulsi in judicio, & extra adhibetur, qua eisdem praesentibus adhiberetur, si forent exhibiti, vel ostensi. Quodque propter reservationem, constitutionem, & assignationem pensionum per praesentes reservatarum, constitutarum, & assignatarum hujusmodi, necnon alia premissa, Capitulum, Canonici, Praepositus, Prior, seu Capellani, necnon alii Ministri dictæ Patriarchalis Basilice praedicti de cetero perpetuis futuri temporibus ad solutionem alicuius quindennii minimè teneantur, & ad id per clericos Camere, & alias ministros, & officiales & Annales, & quindenniis hujusmodi participantibus vigore cujusvis privilegii, seu facultatum, & indultorum Apostolicorum etiam titulo oneroso, ac alias quomodolibet concessorum, quorum tenores ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso inserti forent, alicuius praesentibus pro expressis haberi volumus cogi, vel compelli minimè possint, neque debeant.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum licet habeat hanc paginam nostræ absolucionis, reservationis, constitutionis, assignationis, statuti, decreti, voluntatis, mandati, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis autem hoc attentare praesumperit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Ronze apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Domini 1647. nonis Octobris Pontificatus nostri anno quarto.

Gratis de mandato Sanctiss.

P. Tarfa.

G. Montmannas.

F. Manuccius pro R.

N. Oregius.

S. Vgolius.

O. Tomacellus.

I. C. Jacobillus pro mag.

Alphonsus Vidafun.

Bullar. Mag. Tom. IV.

P. Bolognetus pro ann. gratis de mandato Sanctiss.

P. Favillotus gratis de mandato Sanctiss. P. Favillotus Cap.

Cyprianus Tofsa.

Ladovicus Giosilli. Cap.

Ioan. Baptista Remius gratis de mand. Sanctiss.

Ioan. de Acevedo gratis pro ann. de mandato Sanctiss.

Ioan. Bispinus gratis de mand. Sanctiss.

Flaminius Marcellinus.

P. Pius Cap.

Ioan. de Sorniculus.

P. Ciuffus.

I. A. Amatus Capp. pro annatis gratis de mand. Sanctiss.

Gratis de mand. Sanctiss. H. Odan.

F. Tamantinus.

C. Manuccius.

Loco † plumbi appensi.

Illustrissimi & Reverendissimi D. Canonici, quibus de mandato Regis Catholicæ Majestatis Illustrissimus & Excellentissimus D. Comes de Onate apud Sanctam Sedem Orator Cedulas Regias distribuit.

Julius Rospiugiosus Pistoriensis. Archiepiscopus Tarsensis. Hispaniarum Nuntius Apostolicus pro Cedula scutorum 250.

Laurentius Sonantius Reatinus pro Cedula scut. 250.

Joannes Baptista Fidelius Ripanus pro Cedula scutorum 250.

Honuphrius Hypolitus Pistoriensis. Sanctiss. D.N. intimus familiaris pro Cedula scutorum 250.

Franciscus Canonici Macrambrunus de Apido Picenus utriusque Signature Referendarius, & Signaturæ Sanctiss. Auditor, & Subdatarius pro Cedula scutorum 250.

Joannes Baptista Alferius de Monte Bodio Picenus Sanctiss. D.N. familiaris pro Cedula scutorum 150.

Octavius Buccapadulus Romanus pro Cedula scutorum 150.

Julius Caesar Marcella Soranus Sanctiss. D.N. intimus familiaris, & Physicus pro cedula scutorum 150.

Lucius Micinellus Sanctiss. D.N. familiaris pro Cedula scutorum 150.

N. pro Cedula scutorum 250.

Breve Confirmationis Privilegiorum Hospitalis S. Joannis Hierosolymitan.

Militum & Hospitalis S. Joannis Hierosolymitanæ privilegia & indulta confirmavit Sanctissimus D. N. Urbanus Papa VIII. Conf. 15. hoc som. Item plurima videre potes circa idem Hospitalis in Repertorio mastiarum, verb. Milites S. Joannis Hierosolymitani.

I N N O C E N T I V S P A P A X. Edic: An. D. 1648.

Ad perpetuam rei memoriam.

Universali Ecclesiæ regimini per ineffabilem divinæ Exordium sapientiam providentiam, meritis licet insufficien-
tibus præpositi inter multiplices pastoralis officii curas,
illam peculiari sollicitudine libenter amplectimur, qua
privilegia, gratiae, & indulta militis & hospitalibus qui-
buslibet ad majorem Dei gloriam. siveque Ecclesiæ san-
ctæ exaltationem, illius vero hostiū profigationem
piè, providèque institutis à Romanis Pontificibus præ-
decessoribus nostris concessa, quo majoris validitatis mu-
nimine subsstant, Apostolicæ confirmationis, parro-
cilio muniantur, prout rerum, temporumque, qualita-
tibus debite pensatis conspicimus in Domino salubriter
expidire.

§. 1. Cum itaque sicut accepimus alijs fel. record.
Leo X. & Clemens VII. Paulus III. Pius IV. & Pius V.
Rom. Pontifices prædecessores nostri inter alia privile-
gia, privilegia
concessa Ho-
spitalis Iuan-
nis Hiero-
lym-
itani, à Supe-
riori conces-
sione.

Z 2 glia,

gia, & induita dilectis filiis Magistro, ac Conversari Hospitalis Sandi Joannis Hierosolymitani à Sede Apostolica concessa, tandem & pro tempore existentem. Nomen Magistrum, Bajulivos, Castellianum Empostas, Priores, Praeceptores, Milites, familiares, aliasque personae Hospitalis huiusmodi, necnon eorum Subditos, Vallatos, Colonos, Servitores, & alios in eorum sequilia, & dicti Hospitalis beneficiis quomodolibet nuncupatis existentes, etiam Presbyteros curam animarum exercentes, quandiu illam exercerent, & in illorum obsequiis forent, illorumque animalia, prædia, domos, molendina, & bona quicumque, quæ obtinebant, ac imposterum obtinerent, & possiderent, à solutione & exactione decimarum, censuum Jurium, etiam Synod. & canonistarum portionum, seu charitativi subfidi, aut jucundi adventus, seu quartæ, aut alijs quomodolibet, aut aliorum quorūcumque onerum, sub certis modo, & forma exonerant, & liberavint, prouin diversis iþferunt predecessorum desuper confessis literis plenius continetur.

Contra quædam iuramenta per seua bausmodi beneficis modis stabantur ab Ordinariis.

§. 2. Et licet ipsi Milites, & alij personæ predictæ non debuissent à quoquam contra dictorum privilegiis tenorem, & formam molestari, perturbari, vel inquietari, cum ipsi non modò corum facultatibus & fortunis, verùm etiam sanguini, & vita pro tuitione Fidei Catholice non parcant, nihilominus cum diversi locorum Ordinarii, ac Parochialium Ecclesiarum Reckores, & multæ capitulares perflong id sibi omnijd juxta Sacri Concilii Tridentini decreta licet afferentes, eisdem Magnum Magistrum, Bajulivos, Castellianum Empostas, Priores, Praeceptores, Milites, & personas diversi oneribus contra eorum privilegia prægravarent, illosque ad Decimas, census, subfidi, etiam charitativa, congruas portiones, jucundum adventum, Pastor bonus, aut alijs nuncupatis onera, etiam jura synodalia solv, cogere præsumunt, in maximum ipsius Hospitalis detrimentum & gravamen, fel. rec. Greg. XIII. Sextus V. & Gregor. XIV. similes predecessoris nostri ex certa scientia, & Apost. potestatis plenitudine, omnia & singula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magistro, & Conventui quomodolibet concessa, exceptis tamen decretis ejusdem Concilii Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, necnon aliis, in quibus specificè eadem Religioni exprimitur, & comprehendendi disponitur, quæ in suo robore, & efficacia permaneant, tenore presentium confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolice firmatæ viæ & robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defecctus, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplemus.

Dubius exponitum circa hoc prædictum subtiliter Gregor. X. IV.

§. 3. Et præterea cum inter alia fel. record. Pius Papa IV. etiam predecessor noster, eisdem Magno Magistro & Conventui inter cetera prærogativa Prioratus, Bajulivitos, Castellianum Empostas, Commandas, & alia ejusdem Hospitalis beneficia liberè unendi & dismembran. facultatem concessisset, & nihilominus à quibusdam quandoque dubitareret, an ante, vel post mortem possessorum unio, seu dismembratio ipsi fieri posset, ac debet, idem Gregorius predecessor ad tollendum omne dubium & ambiguitatem, quæ in præmissis in futurum ori poterant, ut quandocumque eis videretur, sive post mortem possessorum Prioratus, Bajulivitos, Castellianum Empostas, & alia ejusdem Hospitalis beneficia unire, & dismembrare liberè & licite possent & valerent, necnon omnia & singula privilegia, & exemptiones prædictas, etiam ad Cofractores & Donatores ejusdem Hospitalis extendi deberent, decretivit, ac decretum, & declarationem huiusmodi, aliqua præmissa recol. pariter mem. Clemens Octavus, Paulus V. & Gregorius XV. Romani Pontifices approbarunt & confirmarunt: novissime omnium fel. etiam rec. Urbanus Papa Octavus predecessor noster omnia & singula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magistro & Conventui quomodolibet concessas, Apostolica itidem auctoritate confirmavit, & approbavit, & alijs prout in eorundem novissimorum Pontificum predecessorum literis, quarum tenores presentibus pro expressa haberi volumus, uberioris continetur.

Eadem prædicta erga eisdem Hospitalis erga Fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam merita, ac cupientes ut privilegia, exemptiones & gratias eo confirmari substant, quo sepius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priores, Bajulivos, Castellianum Empostas, Praeceptores, Milites, & Fratres, & sit opus, auxilio brachij secularis.

§. 4. Nos igitur attentes præclara ejusdem Hospitalis erga Fidem Catholicam, & Sedem Apostolicam merita, ac cupientes ut privilegia, exemptiones & gratias eo confirmari substant, quo sepius ab eadem Sede confirmata extiterint, Magnum Magistrum, Priores, Bajulivos, Castellianum Empostas, Praeceptores, Milites, & Fratres, & sit opus, auxilio brachij secularis.

coram singulis, singulareque dicti Hospitalis personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis & interdicti, aliisque Ecclesiastici sententiis, confusis, & paenitentiis vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quisquibz quomodolibet inmodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum hanc series absolventes, & absoluas fore censentes, necnon omnium & singulorum privilegiorum, indultorum, facultatum, exemptiognum, immunitatum, libertatum, & gratiarum predictarum, & alios quoicumque Romanos Pontifices predecessoris nostros, & Sedem Apostoli Hospitali predicti, illiusque Magno Magistro, Conventui, & fratribus Militibus, aliisque predicitis personis concessionum, ac literarum desuper contractarum tenores presentibus pro expressis habentes, de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Gard. Concilii Trid. Interpretum consilio: Motu proprio, non ad Magni Magistri & Conventus hujusmodi, aut aliquius alterius Nobis super hoc oblate petitionis instantiam, sed ex certa scientia, & de mera nostra liberalitate, ac Apost. potestatis plenitudine, omnia & singula privilegia, indulta, facultates, exemptiones, immunitates, libertates, & alias gratias eisdem Magno Magistro, & Conventui quomodolibet concessa, exceptis tamen decretis ejusdem Concilii Tridentini, & Constitutionibus Apostolicis, necnon aliis, in quibus specificè eadem Religioni exprimitur, & comprehendendi disponitur, quæ in suo robore, & efficacia permaneant, tenore presentium confirmamus & approbamus, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolice firmatæ viæ & robur adjicimus, ac omnes, & singulos, tam juris, quam facti defecctus, si qui desuper quomodolibet intervenient, supplemus.

§. 5. Decernentes presentes literas ullo unquam temporē de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentio- Clavis
nis nostræ, vel quopiam alii defeccti, etiam ex eo quod usus
locorum Ordinarii ad id vocati non fuerint, notari, impugnari, vel invalidi minimè posse, minusque sub quibuscumque similium, vel dissimilium, gratiarum revocationibus, limitationibus, restrictionibus, & derogationibus comprehendit posse, sed semper ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt, toties in pristinum statum restituas, repositas, & plenariè reintegratas esse.

§. 6. Sicque ab omnibus censi, & ita per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac Sancta Romana Ecclesie Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, seu interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

§. 7. Quocirca dilectis filiis in Regnis Hispaniarum, & Neapolitan, nostris, & dictæ Sedis Apostolice pro tempore existentibus Nuntiis, ac Curia causarum Camera Apostolica generali Auditori, seu cuivis alii ejusdem Sedis Nuntio, seu Internuntio, aut Jurium & Spoliorum Camera Apostolica debitorum Collectori, in quibusvis Regnis, seu Provinciis Reipublicæ Christianæ pro tempore commorantibus per presentes Motu simili committimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quæcumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem Magni Magistri & Conventus fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio afflentes, faciant auctoritate nostra eisdem Magnum Magistrum, & Conventum confirmatione, approbatione, decreto, aliisque omnibus & singulis præmissis uti, frui, aut gaudere, non permittentes eos per Ordinarios predictos, aut quoscumque alios contra presentium tenorem quomodolibet molestari, perturbari, aut inquietari.

§. 8. Contradictores quolibet, & rebelles, per sen- Causa
tentias, censuras, & paenitentias Ecclesiasticas, alias oppor- tunity part
tuna juris, & facti remedias, appellatione postposita compescendo, legitimisque super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, & paenit. ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si fuc-

§. 9. Non

§. 9. Non obstantibus pliis illis. Bonifacii Papa Octavius, et prædecessoriis nosteri de una, & in Concilio generali edita de duabus fætis, dummodo ultra tres dictas aliquis contracte presentium in judicium non trahatur, ut alius quibusvis Apostolicis, ac in Provincialibus ac Ecclesiasticis Conciliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, neenon juremetu, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmate roboretur statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, iuris, & literis Apostolicis quibusvis perfonis, etiam præfatis locorum Ordinariis, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatorum derogatoriis, aliique efficacioribus, & in multis clausulis, itinerantibusque, & alijs decretis, etiam morte, & scientia libilibus, etiam consistorialiter, & de fratum nostrorum confilio, in contrarium præmissorum quomodolibet copieffis, confirmatis, & innovatis. Qmibz omnibus & singulis, etiam de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda fore, illorum tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus inseriti forent, pro plene & sufficienter expressis & insertis habentes, illis alias in suo robore permanuris, ad præmissorum eff. etum specialiter, & expressè deragamus, ceterisque contrariis quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras non facientes plenam & expressam de Indulto hujusmodi mentionem. Eorundem autem prædecessorum vestigiis inherentes volumus, quod dicit Pii V. 22. Septembri, anno 6, ac Gregor. XIII. prædecessorum nostrorum literis sub annulo Piscatoris 25. Novemb. anno 19. Pontificatum suorum expeditis, in suo robore & efficacia permanentibus, præsentes literæ Ecclesiæ, & personas in his, qua ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Conc. Tridentini hujusmodi omnino servari debere intendimus, minimè comprehendant.

§. 10. Ac quod præsentium literarum transumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscritis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem prorsus adhibeatur fides, qua adhuc eretur præsentibus, si forent exhibita, vel ostense.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 18. Julii 1648. Pont. nostri anno quarto.

XIX. Declaratio nullitatis articulorum superæ Pacis Germaniæ Religioni Catholice, Sedi Apostolice, Ecclesiæ, aliisque locis piis, ac personis, & iuribus Ecclesiasticis quomodolibet præjudicialium.

Quocumque contractus & pacta Sedi Apostolica, & iuribus Ecclesiasticis præjudicialia sustulit hic Sanctissimus Pontifex paulò suprà, Conf. 7.

Dat. An. D. I N N O C E N T I V S P A P A X.
Ad perpetuam rei memoriam.

Zelo Domus Dei animum nostrum assidue commovente, in eam præcipue curam sedulò incumbimus, ut Orthodoxæ Fidei integritas, ac Ecclesiæ Catholice dignitas, & authoritas ubique farta testa conservetur, neve eorum, qui querunt sui potius, quam qua Dei sunt, factio jura Ecclesiastica, quorum Auctores à Dominio constituti sumus, aliquod detrimentum accipiant, Nosque Supremo Judici rationem villicationis nostræ redditui, negligenter in credita Nobis administratione arguamur.

§. 1. Sane cum intimo doloris sensu accepimus, quod per complures unius Osnabrugis die 6. Augusti præsentis anni 1648. inter charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatore electum cum suis federatis, & adherentibus ex

uno, ne Suecos cum eorum istidem federatis & adherentibus ex altera & neenon altius pacis Monasteri Stephoburgie die 24. Ochoburgis ejusdem anni 1648. inter eundem Ferdinandum Romanorum Regem in Imperatore electum cum suis pariter federatis, & adherentibus ex illis, atque Charissimum filium in Christo filium nostrum Ludovicum Francorum Regem Christianissimum cum suis similiter federatis ex altera partibus respectivè initiarum articulos gravissima Religioni Catholice, divino cultui, Sedi Apostolice, & Romanæ, ac inferioribus Ecclesiæ, Ordinique Ecclesiastico, ac jurisdictionibus, autoritatibus, immunitatibus, libertatis, exemptionibus, privilegiis, rebus, bonis, ac iuribus illorum illata fuerunt præjudicia. Etenim pactionibus partim utriusque, partim alterius pacis hujusmodi, inter alia, bona Ecclesiastica alias ab hereticis occupatas, illis, eorumque successoribus in perpetuum addicuntur, Hereticis Augustana, ut vocant, confessionis liberum suz heresos exercitium in plurisque locis permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis assignatio promittitur, ipsique cum Catholicis ad publica munia, & officia, ac ad nonnullos Archiepiscopatus, Episcopatus, aliasque dignitates, & beneficia Ecclesiastica, preciamque primiarum eidem Ferdinando Regi in Imperatorem electo à præfata Sede Apostolica concessarum participationem admittuntur. Annatae, jura Palatii, confirmationes, menes Papales, & hujusmodi jura, ac reservationes in bonis Ecclesiasticis dictæ confessionis Augustanae excluduntur. Confirmationes electionum, seu postulationum præsorum Archepiscoporum, Episcoporum, aut Prælatorum ejusdem confessionis potestati seculari attribuuntur. Plures Archiepiscopatus, Episcopatus, Monasteria, Præposituræ, Ballivis, Commendæ, Canonicatus, & alia beneficia, & bona Ecclesiastica Principibus hereticis, eorumque heredibus, etiam sublata denominatione Ecclesiastica, in feudum perpetuum sub dignitate secularis titulo conceduntur. Contra pacem hujusmodi, ullumve ejus articulum nulla iura canonica, vel civilia, communia, vel specialia, Conciliorum Decreta, Religiosorum Ordinum regulas, iuramenta, aut concordata cum Romanis Pontificibus, ullave alia statuta, sive politica, sive Ecclesiastica, decreta, dispensationes, absolutions, aut alias exceptiones allegari, audiri, vel admitiri debere disponitur. Numerus septem Electorum Imperii olim Apostolicae autoritate præfinitus, sine nostro, & Sedis præfatae beneplacito augetur, & octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni heretici instituitur, aliaque multa qua pudet referre, Orthodoxæ Religioni, Sedi que præfata, ac Romanæ, & inferioribus Ecclesiæ, ceterisque præmissis summoperè præjudicialia, & damna decernuntur.

§. 2. Et quamvis Venerabilis frater Fabius Episcopus Neritonen. noster, & Sedis præfatae ad tractum Rheni, & inferiores Germaniæ partes Nuntius extraordinarius in executionem mandatorum nostrorum fuerit palam nostro, & ejusdem Sedis nomine protestatus ejusmodi articulos esse irritos, nullos, iniquos, ac per non habentes potestatem temere contractos, atque pro talibus ab omnibus habendos; ac notissimi juris sit quamcumque transactionem, seu pactionem in rebus Ecclesiasticis sine præfata Sedis autoritate factam, nullam, nulliusque roboris & momenti existere.

§. 3. Attamen quo efficacijs præmissorum indemnitat consultum sit, pro commissi Nobis ex alto Pastorali officii debito providere volentes, ac instrumentorum utriusque pacis hujusmodi, omniumque in illis contentorum, ceterorumque hic etiam necessarij exprimendorum, & inserendorum tenores, etiam veriores, & datas, ac si de verbo ad verbum infererentur præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis, & insertis habentes. Motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitude prædictos alterius, seu utriusque pacis hujusmodi articulos, ceteraque in dictis instrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, divino cultui, animarum saluti, eisdem Sedi Apostolicae, Romanæ, & inferioribus Ecclesiæ.

Bullar. Magni Tom. IV.

litis, ac Ordini, & Statu Ecclesiastico illorumque perso-
nis, membris, rebus, bonis, jurisdictionibus, authori-
tatis, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, gen-
erarivis, & iuribus quibuscumque quomodolibet omni-
ciuum, seu propriis, etiam minimum afferunt, aut in-
ferre, seu inutilis, & alii nocere, seu nocuisse quoquod
modo dici, intelligi, pretendi, vel censeri possent, cum
omnibus inde secutis, & quandocumque loquendis, ipso
iure nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, repro-
bata, inanis, vitibusque & effectu vacua omnino fuisse,
esse, & perpetuo fore, neminemque ad illorum, & cuiuslibet eorum, etiam jurem vallata sint, obser-
viam teneri, neque ex illis cuiquam aliquod jus, vel
actionem, aut titulum coloratum, vel causam prescri-
bendi, etiam longissimi, & immemorabili temporis
posse, seu quasi posse, etiam circa ullam interpellationem, seu interruptionem subsequatur, acquisi-
tuisse, neque esse, minusve ullo tempore acquiri, & com-
petere posse, neque ullum statum facere, vel fecisse,
atque perinde ac si nequaquam emanasset, pro non ex-
tantibus, & non factis perpetuo haberi debere, tenore ea-
rundem presentium decernimus, & declaramus. Et nihil
minus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit,
articulos praefatos, aliaque premissa, ut praefertur, pra-
judicitalia, Motu, scientia, deliberatione, & potestatis ple-
nitudine paribus damnamus, reprobamus, irritamus, cas-
sumus, annullamus, viribusque & effectu evacuamus, &
contra illa, deque eorum nullitate coram Deo protesta-
mur. Et quatenus itidem opus sit, easdem Sedem Apo-
stolicam, Romanamque, & inferiores Ecclesias, ac qua-
libet loca pia, & qualcumque personas Ecclesiasticas ad-
versus illa in integrum, ac pristinum, & eum in quo ante
praeeditam, & quascumque alias assertas, seu praetensis
antiores transactio[n]es, p[ro]actiones, seu conventiones cir-
ca premissa ubicumque, & quomodocumque factas, etant
statim restituimus, reponimus, ac plenarie reintegramus.

Clausula pre-
seruens.

§. 4. Praesentes quoque literas, cum omnibus, & si-
gulis in eis contentis, etiam ex eo quod praefati, & qui-
cumque alii, etiam speciali mentione, & expressione dig-
ni, & in premissa, seu eorum aliquo interesse habentes,
seu haberet quomodolibet praetendentes, illis nullatenus
consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditii, minusque
causa propter quas eadem praesentes emanarunt, deduc-
ant, verificate, seu alias sufficienter, aut etiam ullo modo
justificare fuerint, nullo unquam tempore de subreptio-
nis, obrepitionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu
intentionis nostra, aut alii quovis quantumlibet magno,
incognitato, & substantiali defectu, aut ex quovis alio
capite a iure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine re-
sultante, aut ex quocumque alio colore, pretextu, causa
& occasione hotari, impugnari, invalidari, retractari, in-
jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris re-
duci allatens posse, sed illas semper validas, & efficaces
existere, & fore, siveque plenarios, & integros effectus
fuerint, & obtinere, ac ab omnibus, & singulis ad quos
spectat, & spectabit quomodolibet in futurum, inviola-
biliter observari.

Clausula for-
bida.

§. 5. Sieque, & non aliter in premissa omnibus, &
singulis per quoscumque Judices ordinarios, & dele-
gatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, necnon San-
cta Romana Ecclesia Cardinales, etiam de Latete Lega-
tos, ac ejusdem Sedia Nuntios, & quovis alias qua-
cumque autoritates fungentes, nunc & pro tempore exi-
stentes, sublatas eis, & eorum cuiilibet quavis alteri judi-
candi, declarandi, & interpretandi facultate, & au-
toritate, semper, & ubique judicari, & dissimili debere, ac ir-
ritum, & inane si securus super his à quoquam quavis au-
toritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari
decernimus.

Clausula for-
bida.

§. 6. Non obstantibus premissis, ac quibusvis confi-
tutionibus, & ordinationibus Apostolicis, tam genera-
libus, quam specialibus, etiam in Concilii universalis
bus editis, & quatenus opus sit, nostra, & Cancellaria
Ecclesiastica regula de non tollendo iure quæsto, lice
& Constitutione felic. record. Pii Papæ Quarti prede-
cessoris nostri de gratiis qualcumque interesse Camere
Apostolicæ concernenteibus infra certum tunc expressum & stabiliantur in Definitorio quotannis convocando

tempus in eadem Camera presentandis, & registrandis,
ita ut praesentes nullo unquam tempore in eadem Ca-
mera presentari, seu registrari possint sit: Legibus quo-
que imperialibus, & municipalibus, necnon quibusvis
eriam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate corroboratis statutis, usibus, & contractu[m] inib[us],
etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indulxit, con-
cessionibus, & literis Apostolicis quibuscumque locis, &
personis, etiam Imperiali, Regali, & alia quavis, si ex Ec-
clesiastica, sive mundana dignitate fulgentibus, & aliis
quomodolibet qualificatis, ac speciali expressionem
requirenteribus, etiam motu, scientia, deliberatione, & po-
testatis plenitudine similibus, etiam Confessorialiter, sub
quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis
etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus,
& in soliti clausulis, & decretis, etiam irritantibus,
& alijs quomodolibet in contrarium premissorum con-
cessis, editis, factis, ac pluriis, & iteratis vicibus confor-
matis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus & sin-
gulis, etiam pro sufficiet illorum derogatione de
illis, covnique totis tenoribus specialis, specifica, indi-
vidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas
generales idem importans mentio, seu quavis alia ex-
pressione facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda
foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum
inserti forent, praesentibus pro plenè, & sufficienter ex-
pressis & insertis, formamque in illis traditam pro servata
habentes, ad premissorum effectum specialiter, & ex-
presse derogamus, ac derogatum esse volumus, ceteris
que contraria quibuscumque.

§. 7. Volumus autem ut earundem presentium tran-
sumptis, etiam impressis, manu alicuius Notarii publici
subscriptis, & sigillo persona in dignitate Ecclesiastica
constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum
& gentium in iudicio, & extra illud adhibeatur, que
iphi presentibus adhibetur, si forent exhibitis, vel
offensis.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem, sub annulo
Piscatoris, die vigesimo Novembri, millesimo sexcento-
simo quadragesimo octavo. Pont. nostri anno 5.

Decreta, & Constitutiones Monachorum or-
dinis Sancti Basillii Magni, promulgata à S.
Congregatione Sanctæ Romanae Ecclesiæ
Cardinalium negotiis, & consultationibus
Episcoporum, & Regularium præposita, &
à Sanctissimo D.N. Innocentio Papa X. ap-
probata, & confirmata.

*Sancti Basillii Monachos in meliorem, ac auctiorem
disciplinam redigunt Gregor. XIII. Conf. 46. Co-
git muneris, tom. 2. Earundem statuta à pro-
tectorate revisa, auctoritate Apost. Confirmavit
Clemens VIII. Confut. 14. §. 3. tom. 3.*

NNOCENTIUS PAPA X. Edictum
Ad perpetuam rei memoriam.

Nuper pro parte dilectorum filiorum Monachorum
Ordinis Sancti Basillii Nobis expo[ne]to, quod ipsi
alias in vim quarundam nostrarum in simili forma Bre-
vis literarum, sub die 25. mensis Iulii anni 1647. emanarum,
3.1. Nos quibus universalis Ecclesie regimen a Domino commissum est considerantes, quam perhicosum auctoritati Ecclesiast. id esse possit, cum Principes laici, quos in rebus Ecclesie subsequendi potius manet necessitas, quam auctoritas imperandi, non habeant facultatem, indicendi dies festos in honorem Sanctorum, de Venerabili, fratribus nostrorum S. R. E. Card. sacris Ritibus praepositorum, quibus hoc negotium discutiendum commisimus, consilio predicas litteras, ac Ediculum emanata auctoritate laicali super observatione predictae festivitatis S. Dominici, suffit, & esse omnino nulla, nulliusque rationis, & momenti, nec aliquo modo servanda, Apostolica auctoritate tenore presentiuta declaramus.

3.2. Sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Iudices Ordinarios & Delegatos, etiam cassacum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. R. E. Card. etiam de latere Legatos, & quovis alios quacunq; auctoritatem fungentes, sublati eis, & eorum cuilibet quavis alteri iudicandi, & interpretandi sententiae, & auctoritate, judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus fuerit his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contingit attentari, decernimus.

3.3. It contra dictum facientes non obstan. quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 6. Octobris 1653. Pont. nostri anno 10.

XXXI. Declarantur, & definiuntur quinque Propositiones in materia Fidei.

Quanta cura summi Pontificis scitis & opinionibus relevant censuris obviavimus, vide in Indice, Verbo Error, & Hæretus.

I. INNOCENTIUS EPISCOPVS, Servus Servorum Dei: Vivimus Christi fidelibus Salvator, & Apostolicam benedictionem.

Cum occasione Impressionis libri, cui Titulus, Augustinus; Cornelii Jansenii Episcopi Irenensis, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis controversia super quinque ex illis, complures Galliarum Episcopi apud Nos instituerunt, ut easdem Propositiones Nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam, & perspicuum ferremus sententiam.

Tenor verò profatarum Propositionum est prout sequitur.

I. 5.1. Tchida? Aliquid Dei præcepta Hominibus justis Tenui quinvolentibus, & conantibus secundam præsentes, quas ha-

bent videt, sicut impossibilitate: deest queque illis gratia, que possibilis esset.

Secunda: Invenimus, Godum in statu Naturæ lapsa non resisteatur.

Terter: Ad merendum, & demerendum in statu Naturæ non requiritur in Homine libertas à coactione,

sed sufficit libertas à coactione.

Quarta: Semipelagiani admitebant præventionis Gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei; & in hoc erant Hæretici, quod vellet eam Gratiam talis esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.

Quinta: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino Hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

3.2. Nos, quibus inter multiplices curas, que animum nostrum assidue pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei Nobis ex Alto commissa, purgatio pravatum Opinonum erroribus, tunc militare; & tanquam Navis in tranquillo mari, sedatis omniem tempestatum fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis Portum pervenire possit.

3.3. Pro tei gravitate eorum aliquibus S. R. E. Cardinalibus id à specialistis sapienti congregatis, ac pluri bus in Sacra Theologia Magisteri, quinque Propositiones, ut supra Nobis oblatas, secundum singillationem diligenter examinari, eorumque suffragia, tum voce, tum scripto relata maturè consideravimus, eosdemque Magistros variis cotiam Nobis actis Congregationibus, prolixè super eisdem, ac super eorum qualibet differentes audivimus.

3.4. Cum autem ab initio hujuscmodi discussionis ad Divinum implorandum Auxilium multorum Christi fideli precibus, tum privatum, tum publicè indixissimus, postmodum literatis eisdem ferventius, ac per Nos sollicitè implorata Sancti Spiritus afflentia, tandem Divino Numine favente; ad infra scriptam devenimus Declarationem, & Definitionem.

Primitam prædictatam Propositionem: **Aliqua** Dei præcepta Hominibus iustis volentibus, & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilis. **Definitio & declaratione prima propositionis.** dicitur quoque illis Gratia, qua possibilis sunt: Temeraria, Impia, Blasphemia, Anathema damnatum, & Hæreticum declaramus, & uti tales damnamus.

Secondam: Intériori Gratia in statu Naturæ lapsa nunquam resistunt: Hæreticum declaramus, & uti tales damnamus.

Tertiam: Ad merendum, & demerendum in statu Naturæ lapsa non requiritur in Homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione: Hæreticum declaramus, & uti tales damnamus.

Quartam: Semipelagiani admitebant præventionis Gratiae interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium Fidei; & in hoc erant Hæretici, quod vellet eam gratiam talis esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare: Falsum & Hæreticum declaramus, & uti tales damnamus.

Quintam: Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse: Falsum, temerarium, scandalosum, & intellectum eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat Prædestinorum mortuus sit; Impium, Blasphemiam, Contumeliosam, Divinæ Pierati derogantem, & Hæreticum declaramus, & uti tales damnamus.

3.5. Mandatus igitur omnibus Christi fidelibus utriusque sexus, ne de dictis Propositionibus sentire, docere, predicare aliter presumant, quam in hac præsenti nostra Declaratione, & Definitione continetur, sub censuris & poenis contra Hæreticos, & eorum fautores in jure expressis.

3.6. Præcipimus patet omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliquique locorum Ordinariis, ne non Hæretica pravitatis Inquisitoribus, ut Contradictores, & Rebellois quoscumque per censuras, & penas prædictas, ceteraque juris, & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) Auxilio Brachii Sacularis, omnino coercant, & compescant.

§.7. Non

APPENDIX PONTIFICIARUM CONSTITUTIONUM

à diversis Pontificibus editarum,

*IRCA PRIVILEGIA, GRATIAS, ET INDULTA
Ordini B. Maria de Mercede Redemptionis Captivorum per eosdem
summos Pontifices concessa;*

lorum autem Pontificum nomina recensentur hīc proximè, in Indice initiorum
juxta seriem temporis digesto.

Curâ & diligentî Illustr.ac Rever.D.

D. EPISCOPI VIGEVANENSIS,
EIVSDEM ORDINIS B. MARIÆ
de Mercede Professoris.

A. H. G.
USACO
MAGAZINE

1940

INDEX INITIORUM

SINGVLARVM CONSTITUTIONVM.

Quæ complectitur hæc Appendix, Alphabetico
ordine dispositus.

Ilias	pag. 306	Dum grata	Leo 10.	296
Alias ^t		Exponi	Clem. 7.	299
Apostolici		Exponi	Vrb. 8.	307
muneris		Gloriosa	Vrb. 6.	295
Cum ex omnibus	303	Inter p̄secutu	Sixt. 5.	300
Cum ex parte	299	Laudent	Nicol. 4.	295
Cum fœcū	294	Proat	Alex. 4.	293
Cum fœcū	300	Ogniam	Alex. 4.	292
Decet	301	Querelam	Alex. 4.	293
Domini nostri	302	Tupe pastoralis	Sixt. 4.	296
Domini nostri	303	Votis vestris	Vrbam. 5.	294

INDEX INITIORUM

SINGVLARVM CONSTITUTIONVM.

Quæ in hac Appendix continentur, temporum
serie digestæ.

Alexander IV.		Nicolaus IV.		12. Inter praesup <i>as</i>
1. Quoniam	pag. 291	7. Landibus	295	Paulus V.
2. Quarrelam	293	Sixtus IV.		300
3. Proat	293	8. Tunc pastoralis	296	Deco
		Leo X.		Gregorius XV.
Vrbanus IV.		9. Dum grata	296	14. Apostolici munera
4. Cum ex parte	294	Clemens VII.		Vrbanus VIII.
Vrbanus V.		10. Exponi	299	15. Domini nostri
5. Votis vestris	294	Sixtus V.		304
Vrbanus VI.		11. Cum ex omnibus	299	16. Domini nostri
6. Gloriosa	295			304
				17. Cum fœcū
				305
				18. Alias pro parte
				306
				19. Cum fœcū
				306
				20. Exponi
				307
				Innocentius X.
				308
			21. ad illas	

292



APPENDIX CONSTITUTIONUM PONTEICIAVM.

Constitutio Prima

ALEXANDRY IV.

Commendat Pontifex Ordinem B. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum, hancaturque fideles & eleemosynas ergoandas pro dicto ministerio, & aliqua induita spiritualia concedit.

Ordinis B. Mariae de Mercede Redemptoris Captivorum Indulgia & gratias, & privilegia ab aliis summis Pontificibus concessa habet passim in hac Appendice, & requirere poteris in Reportorio Materialium, in verbo, Fratres Ord. B. Mariae de Mercede, &c.

Edita Anno D. ALEXANDER EPISCOPIVS,
Servus Servorum Dei, Universis Christi fidelibus, ad quos littera ista pervenerit, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Exordium.

VONIA; ut ait Apostolus; omnes stabimus ante tribunal Christi recepturi pro ut in corpore Christi, sive bonum fuerit, sive malum; dixit nos diem missis extremitate misericordie operibus presentes, ac aeternorum initium seminar in terris, quod rendente Domino cum multiplicato studio recolligere debeatus in celis, firmam spem, fiduciamque tenentes, quoniam qui parvissim patet & metet; & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam eternam.

Commenda-
tio Ordinis B.
Mariae de
Mercede Re-
demptoris Cap-
tivorum.

6.1. Sanè dilecti filii Magister, & fratres Domus sancte Eulalia Barchinonensis Diocesis, Ordinis S. Augustini captivorum, novi sub tempore gratiae Machabaei, abnegantes secularia desideria, & propria relinquentes, tollentes crucem suam, Dominum sunt sequunt, diligentes proximos suos sicut se ipsos, praecepit apostolicum attendentes, quia non solum elemosynas, quas à Christi fidelibus colligunt, in Redemptionem expendunt latissime captivorum, sed etiam proprias animas pro fratribus ponere non formidant, per quod Christianissima in diversis partibus dignoscitur utilitas, in Ecclesiaque preminent: Cum inter exercita pietatis opera, quibus Regnum celeste adipiscitur, Redemptio captivorum à Deo, & à sacris Canonibus

Ineffabiliter commendetur, quoniam pro ipsorum redempzione res ecclesiasticas alienare jubemur, & etiam per fiducias proprias, & fideles suos, exponere debemus. Si ergo personas proprias, magis & expeditius, at ea personas in celestia feni commercio communemus. Et cum pra multitudine expensarum, quæ iustis pro felicitate pauperum peregrinorum, & necessitatibus infirmorum imminent facienda, & præcipue pro liberatione captivorum de manib[us] Pagani[orum] propriis ipsi non superant facultatem. Unde, ut perinde per predicatorum frateriæ vilcerat charitatis aperiantur latissime pauperibus & captiuis, ipsis est fidelium suffragium opportunum, præsertim cum pro Redemptione eorum bonis suis sint tantum attenuati, quod sine magno juvamine fidelium non possint de suo celso præsidere pauperibus, nec captiuis.

6.2. Idecito universitatem vestram rogamus, & monemus in Domino, in remissionem vobis peccatorum inponentes, quatenus eisdem fratribus, vel eorum numeris, cum ad vos accesserint, ad subventionem eorum hujusmodi gratia pietatis subsidia impendatis, ut per haec, & alia bona, que Dominus inspirante feceritis, ad etenim felicitatis pollicis gaudia pervenire.

6.3. Nos enim de omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, cuius auctoritate confisi sumus, omnibus verè penitentibus, & elargiuntur confessus, qui de bonis sibi à Deo collatis fratribus subvenientes memoratis, per unicum mensem singulis diebus undam annū & 40. dies de impietatis sibi Peccantibus misericorditer relaxamus, & peccata oblita, & veniam cum generali confessione, offensas Partum, & Matrum sine manuum injectione, transgressionem fidei, & juramentorum, in quibus proximus non leditur, vota fracta, si ad ea non redierint, penitus indulgimus.

Dat. Neapoli 5. idus Aprilis, Pont. nostri anno I.

D. P. B.
anno 14
Aprilis.

C O N S T. II.

Præcipit Pontifex, ne fratres ordinis B. Mariae de Mercede Redemptoris captivorum ad prædictum opus Redemptoris prædicare impediantur. Et quod legata illis relicta pro Redemptoris ministerio, sine ultra dilatione solvantur,

Appendix. ALEXANDER QUARTUS.

vagari, transgressores atque impedites ju-
bem puniti, & Prelatis ac Clericis consilium
vel auxilium praedictis fratribus praebentibus
aliqua indulcta spiritualia concedit.

A.D. ALEXANDER EPISCOPVS.

Servos Servorum Dei, Venerabilibus fratibus Archiepis-
copis, Episcopis, & dilectis filiis, abbatis, Prioribus, De-
canis, Archidiaconis, & aliis Ecclesiarum Prelatis, ad quos
libet illa pervenerit, salutem, & Apostolicam benedictionem.

§.1. Querelam gravem receperimus dilectorum filio-
rum fratrum Ordinis sancti Augustini sancte
Eulalia Barchinonensis & captivorum, quam pro ma-
gnitudine culpa, & pauperum dispendio disimulare
nec volumus, nec debemus. Proposuerunt siquidem jam
dilecti fratres, quod cum pro confratribus, & eleemosy-
nis pauperum requiringendi, juxta consuetudinem suam
auctoritate Apostolica confirmatam, ad Ecclesias quo-
undam Presbyterorum accedunt, eos recipere nolunt,
& quod gravius est, ipsos fratres ab Ecclesiis suis ejice-
re non vesentur; cum deherent ipsos benigne, ac patienter
tractare, & parochianos suos ad conferendam pau-
peribus eleemosynam ardenter exhortari. Accedit ad
hoc, quod idem Presbyteri quadam partem eleemosy-
nam pauperum exigunt impudenter, & ut possint ex-
torquere, quod querunt parochianis suis reclamantibus
pauperum obsequium impedit, pro sua voluntatis ar-
bitrio non formidant. Quod tamen praedictorum fratrum
gravamen, & pauperum dispendum clausis non debe-
mus oculis petrancire, quibus ex debito Pastoralem of-
ficii patrocinium censemus contra hominum insolentiam
impartiri.

§.2. Idcirco universitatibus vestra per Apostolica scripta
mandamus, atque praecepius, quatenus universis Presby-
teris vestra potestati subiectis, sub pena privationis of-
ficii & beneficii, injungatis, ut praedictos fratres in Eccle-
siis suis ad opus captivorum praedicare, & eleemosynas
querere, juxta quod eis Sedes Apostolica-indulst, sine
qualibet contradictione permittant (salva operatione
Concilii Generalis) neque ab eis aliquid exigere, vel ex-
torquere presumant. Si autem de dictis Presbyteris ad
audientiam vestram querela pervenerit, in transgredio-
res precepiti nostri juxta modum culpa taliter vindice-
ti, quod eos sua temeritatis peniteat, & fratres, pro
defecta justitia non cogantur ad presentiam nostram
pervenire.

§.3. Pervenit præterea ad audientiam nostram, quod si
quando Patrochiani vestri praedicti fratibus de rebus,
suis quisquam in testamento relinquent, heredes eo-
rum, vel illi, qui res illas penes se habent, ipsum lega-
tum eis solvere contradicunt; qui gravem culpa macu-
lam contrahunt, & non mediocriter oculos Divinae
Misericordiae offendunt: quia ea, que Sanctis Dei Ecclesiis,
& juris Religioni, & honestati debitum rationabiliter in
testamento legantur, detinere presumant. Universitatibus
vestris per Apostolica scripta præcipiendo mandamus,
quatenus, si quando praedicti fratres apud vos queri-
moniam exinde deponerint, illos quos vobis nominaverint
si vobis ita esse constiterit moneatis ardenter,
& distinctius compellatis, ut ea, que praedicti fratibus,
sunt in testamento legata, remoto appellatione obsta-
culo, sine malitiosa dilatione, absque diminutione per-
solvantur, vel in praesentia vestra appellatione remota,
exhibeant justitiae complementum: Quod si monitis
vestris patere contemperint, eos appellatione cessante,
usque ad condignam satisfactionem, excommunicatio-
nis vinculo adstringatis.

§.4. Nos autem de Omnipotentis Dei misericordia, ac
dolita con- beatorum Petri, & Pauli auctoritate confisi, omnibus
tui de ope- Prelatis, & aliis Clericis, qui dictis fratibus, vel eorum
ni promotori- Nuntiis consilium, vel auxilium praebuerint, quid-
quid in Horis debitis dimiserint, cum generali confes-
sione misericorditer relaxamus: Præterea quadragenas
duodecim Cardinalium & Archiepiscopi sancti Jacobi

omnibus benefactoribus praedicti Ordinis generaliter
confiamus.

Datum Neapolit. quinto idus Aprilis, Pontificis Bas. P. A. r.
notari anno primo. Idem
Aprilis.

CONST. III.

Fratres Ordinis Beatae Mariæ de Mercede Re-
demptionis Captivorum ob egregia pietatis
opera maxime laudat, illorumque ministe-
rium commendat; eis, atque eos adjuvantibus
plura privilegia concedit, interdicitque
Ecclesias illos impeditum.

ALEXANDER EPISCOPVS.
Servos Servorum Dei, Venerabilibus Fratribus Archiepis-
copis, Episcopis, & dilectis filiis, abbatis, Prioribus, Decanis,
Archidiaconis, Archipresbiteris, caserisque Ecclesiarum Re-
floribus, & omnibus aliis, ad quos praefetes littera perve-
nire, salutem, & Apostolicam benedictionem.

Prout scriptura testatur, particeps Mercedis effici-
tur, qui bonorum operum se constituit adjutorem;
& ubi majores sunt necessitates, ibi majora suffragia de-
bent ministri; quia magna necessitas magnum requi-
rit auxilium.

§.1. Cum igitur Magister, & Fratres Beatae Mariæ Commandans
de Mercede, alias sancte Ecclesie Barchinonensis dio-
cesis, Ordinis sancti Augustini pro Redemptione Fra-
trum nostrorum Captivorum Christianorum totis vi-
ribus elaborent, transiundo ad partes ultramarinas pro
afflictis Captivis Christianis in manibus inimicorum fi-
liis operam.

§.2. Et vos Abbates, Priores, Decani, & alii Religio-
si exempti, & non exempti, & aliis Ecclesiarum Re-
ligiosi Presbyteri, curati & non curati praedictos Fratres, &
corum Nuntios in Ecclesiis, & locis vestris benignè re-
cipiant, & à vestris subditis recipi, & auditri faciat, &
& eidem secundum statum, & honestatem ipsorum
necessaria ministret; quia ipsi libenter omnes ad co-
rum domos venientes recipiunt; prout in multis proba-
vimus, & experientia manifestat: & omnes, & singulos
parochianos vestros canonice moneatis ostiatim, &
nominatio convocando, & nominando sub pena Apostoli-
ca omnibus diebus, & horis, quibus per dictos Fratres, &
corum Nuntios fuerint requisiti, ad Ecclesiam conve-
niant præsens mandatum Apostolicum personaliter au-
dituri.

§.3. Inter cetera volumus, & jubemus, quod cum
dicti Fratres, vel eorum Nuntiis ad Ecclesias aliquas in-
terdictas advenerint, tantum quantum suam quæstam
ficerent, prout Sedes Apostolica eis indulst, Ecclesie
aperiantur, & campanæ pulsentur, & ibidem apertis ja-
nibus divina officia celebrantur solemniter. Et corpora in-
mortua

294 Appendix. URBANUS IV. ET URBANUS V.

mortuorum ibidem Ecclesiasticae traditae sequebantur, nisi nominatim fuerint excommunicati, & interdicti, sed publicè usurarii; ipsosque Fratres Procuratores, vel Numeros expectantes expectatione pacifica infra Missarum solemnis donec, & quoque praesens Mandatum Apostolicum In locis, ubi verbum Divinum est prædicari consuerunt, fuerit substantialiter declaratum; quia isti non sunt questores, sed Religiosi sacrum habent portantes; quare ipsos per ceteris omnibus volumus antefieri.

*Prae iibz
Præter ad-
punctionem
plena pri-
legia conces-
dens*

§.4. Nos enim de omnipotenti Dei misericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, auctoritate confisi, singulis diebus pro qualibet elemosyna, unum annum, & 40. dies de injunctis tibi penitentias misericorditer in Domino relaxamus; adhuc etiam in dedicatione, & statu Sancte Matris Ecclesie, & in peregrinatione Terra Sancta, omnes benefactores hujus pii operis facimus participes, & consortes in aeternum. Sacerdotibus vero, & Clericis, tam Religiosis, quam secularibus, qui hujusmodi negotium expedirent cum affectu, manusque charitatis ad exemplum aliorum portexerint adjutrices, quidquid de divinis officiis, & horis canonicas dicere omiserint, per gratiam sancti Spiritus, misericorditer in domino indulgemus.

*Quod postea
ab omnibus
votis absolu-
tis exceptis, &c.*

§.5. Remittimusque omnia vota, dispensando tamen cum dictis Fratribus, aut eorum Nuntiis pro Redemptione captivorum (inspecta tamen qualitate voti, & possibilitate personæ) ut à dictis votis totaliter absolvantur, exceptis votis Castitatis, Religionis, & Hierosolymitano.

*A rebus ma-
le agendis
nous &c.*

§.6. Et etiam peccata venialia & oblita, offensas patrum, & matrum, manum injectiones violentas, jura menta falsa sine damnio alterius, penitentias pro impossibilitate non factas, usuras, rapinas, & omnia male acquista, nisi sciens, cuius sit, si mittantur huic sancto operi, sint à nobis absoluti.

*A festis San-
ctorum mai-
culatissimis.*

§.7. Præterea remittimus omnia Festa Sanctorum male celebratae; & ad humilem supplicationem dictorum Magistri, & Fratrum Redemptoris attentes, prout percipimus; quod cum dicti fideles Christiani incarcerati diebus Dominicis, & festis quiescere deberent, dicti maledicti Saraceni dictos captivos arare, fodere, & labore facient plusquam aliis diebus; & hoc pro despectu, & vituperio nominis, & passionis Domini nostri Iesu Christi, omnem offensam dictum Dominicanorum, & festivitatum annualium misericorditer in Domino relaxamus.

*Quod postea
per aliros
confessores
dicitur.*

§.8. Insuper volumus, & de gratia speciali concedimus pro animarum remedio salutari quod si quis fidelis Catholicus aurum, vel argentum, aut aliquod charitatis subfidiu donaverit, vel secundum qualitatem suam transmiserit, quod dictus benefactor possit sibi eligere confessorem idoneum, qui auctoritate nostra Apostolica ipsum absolvat, & de commissis sibi injungat penitentiam salutarem exceptis casibus, pro quibus Sedes Apostolica merito esset consulenda; & si dictus benefactor infra annum moriatur, dum tamen sit in statu gratiae infra dictum terminum, seu in morte vere penitentis, & confessus, & corde contritus ab omnibus peccatis suis, auctoritate nostra Apostolica, permaneat plenarij absolutus.

*Præterea Pan-
derne ne quis
d. Fratribus
impuniti pre-
sumat.*

§.9. Inhibemus insuper sub pena canonica, ne quis dictis fratribus, vel eorum Nuntiis praesens mandatum nostrum Apostolicum secum portantibus in aliquo injuriari præsumant. Villas autem, Castra, seu Ecclesias, in quibus fractio, seu injuriatio facta fuerit, aut mandatum nostrum Apostolicum fuerit impeditum, seu etiam perturbatum quoquo modo, aut eorum bona detenta, præter eorum voluntatem, Ecclesiastico supponimus interdicto. Et illis, qui laboraverint pro commodo, & utilitate hujus pii operis, sit cum eis pax, & benedictio Domini nostri Iesu Christi; & propter hoc recipient in hoc mundo corporibus augmentum, & animabus vitam æternam. Et in omnibus sacrificiis, & Missis, que Deo proprio, sicut, & celebribantur in toto Pontificatu Romane, & in membris ejus omnes benefactores hujusmodi sanctæ Re-

demptionis volumus fieri participes, & consortes in aeternum.

Datum Perusie quinto Nonas Maii, Pontificatus no-
stri anno quarto.

C O N S T . IV.

U R B A N I IV.

Concedit Pontifex, quod Religiosi profecti Ordinis B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum in bonis temporalibus succedere possint, non minus quam si in saeculo permanissent.

*V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita ad
Seruos Servorum Dei: Dilectis filiis Magistro, & Fratribus
Ordinis Sancte Maria de Mercede sub Regula Sancti
Angustini, salutem & Apostolicam benedictionem.*

§.1. Cum ex parte vestra propositum nobis fuerit, quod nonnulli Judices Laici dicentes, vos confundendo renuntiatis, à successoribus temporalium excludebantur, super quo, ne contingat domos vestras aliquod incurritre nocturnum, humiliiter supplicatis, ut congruum remedium diligentia paternæ adhibere curaretur.

§.2. Nos itaque devotionis vestre precibus inclinati, auctoritate presentium vobis indulgemus, ut possitis in confessiones, & alia bona tam mobilia, quam immobilia, in quibus personæ Fratrum, ad Monasteria vestra è saeculo fugientium, & professionem facientium, si in saeculo permanenter, successissent, licet possitis petere, ac retinere, vel vendere, pretiumque in vestram utilitatem convertere; prout melius vobis videbitur expatriare.

§.3. Nulli ergo omnino hominum licet hanc participationem nostræ concessionis, & declarationis infringere, vel ei aucto temerario contrarie. Si quis autem hoc attenuare presumperit, indigneationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Viterbiæ decimo Kalendas Aprilis, Pontifica-
tus nostri anno primo.

C O N S T . V.

U R B A N I V.

Concedit Pontifex Religiosis Sacerdotibus Ordinis B. Marie de Mercede Redemptionis Captivorum ad Infideles declinantibus facultatem audiendi confessiones omnium fidelium inter eos degentium.

*V R B A N V S E P I S C O P V S, Edita ad
Seruos Servorum Dei. Dilectis filiis Magistro, & Fratribus
Ordinis Sancte Maria de Mercede Captivorum, salu-
tem, & Apostolicam benedictionem.*

Votis vestris, illis praesertim, quæ salutem animarum respiciunt, libenter annuiimus, & favorem benevolum impartimur.

§.1. Cum itaque nuper accepta pro parte vestra petitio continebat, sepe contingere aliquos ex fratribus ve-
stris ad partes ultramarinas, & ceteras, quæ per Saracenos, & alios Infideles detinentur, pro redimendis fide-
libus Christianis ibidem captivis declinate.

§.2. Nos ad ea, quæ ad fidelium ipsorum spiritua-
lem consolationem, & profectum animarum cedere
valcent, desiderabiliter intendentes; vestris in hac par-
te supplicationibus inclinati, singulis vestrum, qui vi-
delicet in presbyteratus ordinem fuerint constituti, iuxta facultati-
onem pro primis ibi morana traxerint, audiendi, remandan-
do

Appendix. URBANUS VI. ET NICOLAUS V.

295

*Christi
Catholicae
fidei
ad
ipsius
absolutionem
impediti,
& injungendi
penitentiam
salutarem nisi forte talia fuerint, propter quae Sede
Apostolica sit merito consulenda plenam, & liberam te-
nore presentium concedimus facultatem.*

Dat. Avignonii tertio Kal. Martii, Pont. nostri anno 3.



C O N S T . VI.

URBANI VI.

Ordinem B. Mariae de Mercede Redemptio-
nem laudat; Prohibetque Archiepi-
scopis, Episcopis, & aliis Ecclesiae Prelatis, ne
Indulgentias, & privilegia illius fratribus con-
cessa interpretari presumant.

An. D. V R B A N V S E P I S C O P V S ,
Servus servorum Dei. Dilectis filiis Priori, & fratribus Do-
mus S. Mariae de Mercede Captivorum Barchinonensis, Or-
dini fratrum Augustini salutem & Apostolicam benedictionem.

*§. 1. C*onfusa semper, & ubique laudabilis de Mercede
Captivorum Religio, in qua Ecclesia Christi
adversus fidei hostes, & in proximorum utilitatem plur-
imorum deservitis, promeretur, ut ipsa nos sincera diligencie
in Domino charitate, ex vobis libenti animo conce-
damus, per quae, omnis turbationis causa remota, sancti
instituti vestri suavior exequio procuretur.

*§. 2. N*uper siquidem pro parte vestra conquestio pro-
posta est quod nonnulli Archiepiscopi, Episcopi, & alii
Prelati Ecclesiastici vestris libertatibus derogabant, in-
dulgentias, seu privilegia vobis ab Apostolica Sede con-
cessa interpretando, & ad suum intellectum trahendo; ac
presentim, quod vos, juxta ipsorum interpretationem,
privilegiis ipsis uti, & non alter compellunt, quod in
non modicum damnum vestrum emergit, super quo no-
bis fuit humiliter supplicatum, ut cura, & diligentia pa-
terna de opportuno remedio provideremus.

*§. 3. N*os vestris supplicationibus inclinati, ne prefati
Archiepiscopi, sive Episcopi, & alii Ecclesiae Prelati dicta
privilegia, & indulgentias (etiam si dubia contineant)
de cetero interpretari presumant, auctoritate presentium
districtus inhibemus. Volentes insuper, ut (cum ejus sit
interpretari, cuius est condere) interpretatione super hujus-
modi dubiis, à Sede Apostolica requiratur.

*§. 4. N*ulli ergo omnino hominum licet hanc paginam
nostrae prohibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu
temperario contraire. Si quis autem hoc attentare presum-
perit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se neverit incursum.

Dat. Roma apud S. Petrum decimo Idus Junii, Pont.
nostri anno primo.



C O N S T . VII.

NICOLAI V.

Commendat Ordinem B. Mariae de Mercede
Redemptionis Captivorum; ipsamque cum
omnibus suis personis, & bonis, diversis
Summorum Pontificum constitutionibus jam
exemptum, & sub immediata protectione
Sedis Apostolica receptum, iterum ab om-
nimoda jurisdictione Ordinariorum eximit,
ac exemptum declarat.

An. D. N I C O L A V S E P I S C O P V S ,
1448. Servus servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

*I*Audibus, & honore dignissima à cunctis fidelibus de
Mercede Redemptionis Captivorum Religio, quæ

ab ejus institutione felici, cito celeri gloria totum fuit
divulgata per orbem, ac immensitate virtutum contra
hostes orthodoxa fidei militando semper emicuit, pro-
meretur, ut ipsam, eisque personas, & bona libera &
exempta, faciamus, caque reddamus ab omni perturba-
tione secura loca.

*§. 1. N*uper siquidem charissimum in Christo Filius Causa hujus
noster Alfonius Rex Aragonum Illustris, nobis signis confit.

care curavit, quod licet dudum Praedecessores, seu Reges

Aragonum, qui fuerunt pro tempore zelo devotionis

excitati, quam plurimum Christi fidelium, quos impil

Saraceni fidei Catholicae hostes assidue capiebant, capti-

vitantes compatiens, illorumque redemptoribus suis,

& aliorum Christi fidelium suffragiis consulere satagen-

tes, Apostolice Sedis ad id auctoritate suffulti, Monaste-

rium B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum

Barchinonense de novo fundaverunt, & exerunt, inti-

tuentes inter cetera, quod Fratribus, & Religiosis dicti

Ordinis officium, curaque assida circa Captivorum

predicorum Redemptionem, & Christi fidelium elec-

mosynaruin ad Redemptionem candem summe necessa-

rium existet; ex quo quidem Ordine, qui per diversas

Mundi, praesertim totius Hispania partes, ac provincias

amplius existit, eisque Monasteria jam pluribus nota-

bilibus edificiis constructa reperiuntur; Tamen Frates,

& Religiosi Ordinis predicti, à locorum, in quibus

degunt Ordinariis Ordinem ipsum, & illius Fratres ac

Religiosos, sibi, eorumque jurisdictioni ordinariae subje-

citos esse prætentibus, super charitativis subliuis,

aliisque tributis & exactiōibus per Ecl. iusticas suau-

rum dicēsum personas non exemptas eidem Ordini-

nariis persolvit solitus. Similiter per fratres, & Religio-

sos d. Ordinis de bonis per ipsos à Christi fidelibus

pro dictorum Captivorum redemptiōne elemosyna-

liter, & ostiatim mendicatis exolvendis per amplius

gravantur, & inquietantur; perspèct etiam Magister

Generalis, Priors, sive Commendatores Ordinis, &

Religiosi hujusmodi in eorum jurisdictione circa dicti

Ordinis subditas, & inferiores personas ad ipsorum

ordinatorum curias illico configuentes, in visitatio-

nibus, & correctionibus faciēndis multiplicitate im-

pediuntur. Unde dictorum Captivorum Redemptio-

nis fructus adeo salutiferus & necessarius aliquando

diminuitur. Unde Ordo, religiosa Monasteria, & il-

llos, illorumque religiose personæ, ac bona, si à præ-

dictorum Ordinariorum jurisdictione plenariè exime-

rentur, absque dubio fructus hujusmodi non parum

ampliaretur. Quare pro parte ejusdem Nobis fuit hu-

militer supplicatum; quatenus dictum Ordinem Bea-

te Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, ac

illius Religionem; necnon prefatum Beatæ Mariæ de

Mercede Barchinonense Monasterium, quod ejusdem Ordini-

caput existit, omniaque alia, & singula Monasteria,

illius domos, & loca, necnon Magistrum Generalem, Prio-

rum, Præceptorum, Commendatorum, Fratrum, & Reli-

gioforum prædictorum presentium, & futurorum ubili-

bet consistentium ab omni superioritate, jurisdictione, &

obedientia tam præsentium, quam futurorum Archiepis-

cotorum, & aliorum quorumcumque ordinatorum lo-

corum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, Domus,

& loca, necnon Magister Generalis, Priors, sive Com-

mandatores, Fratres, & Religiosi, ac illorum bona præ-

dicta existant, perpetuè eximere, & liberare, aliasque in

præmissis opportunitate provide de benignitate Aposto-

lica dignaremur.

*§. 2. N*os igitur attentes quanta utilitas, quantus

Ordinem B.
Mariæ de
Mercede, &c.
sub immediata
protectione
Sedis Apof.
receptum de-
clarat.

B b 4 Magistri

Magistri Generalis, Priorum, Praeceptorum, seu Commendatorum, fratrum, & Religiosorum predicatorum presentium, & futurorum ubilibet consistentium ab omni superioritate, jurisdictione, & subjectione, & obedientia quoscumque tam presentium, quam futurorum Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum quorumcumque ordinariorum locorum, in quibus Ordo, Religio, Monasteria, Domus, & loca, Magister Generalis, Priors, seu Commendatores, fratres, Religiosi, & eorum hominum praediti existant, sive pro tempore extiterint, auctoritate Apostolica tenore presentium plenariè eximimus, & liberamus & exemptos, exemptas, & exempta perpetuè esse decernimus, atque declaramus. Necnon illos, & illa, ac bona, & res hujusmodi Sedi Apostolicae, & Romane Ecclesie immediatè subjicimus.

Degratio §.3. Non obstantibus felicis recordationis Clementis
generosiorum. Papæ Quinti predecessoris nostri, & aliis Apostolicis,
constitucionibus, necnon Monasteriorum, & Ordinis pra-
dictorum juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus,
ceterisque contrariis quibuscumque.
Sanctio tom. 6. Nulli ergo omnijs hominum licet.

Sanctio par- 5.4. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
nalia. nam nostra exemptionis, liberationis, constitutio-
nis, declaratio-
nis, & subjectionis, infringere, vel ei ausu tem-
perario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpse-
rit, indignationem Omnipotentis Dei, & BB. Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnationis
quinto Id. Aug. 1448. Quinto Idus Augusti, Pont. nostri anno 2.

CONST. VIII.

SIXTI I IV.

Concedit Pontifex quinque, vel sex fratribus
Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis
Captivorum, & singulis eorum sociis, ut toties
quoties pro ipsa Redemptione ad Infideles
mittantur, & Captivis semel in vita, possint ab-
solvi ab omnibus peccatis etiam Sedi Aposto-
licæ reservatis: Et omnibus prædictis in mor-
tis articulo plenariam omnium peccatorum
suorum remissionem, ac indulgentiam.

Edua An. D. S I X T V S E P I S C O P V S,
1478. **Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.**

Expositus. **T**unc Pastoralis officii debitum exercere censeramus, dum Sacre Religioni astri&atum, ac pro liberacione, & Redemptione Christi fidelium in miserabili captivitate, & servitute Saracenorum detentorum laborantium, pro tempore deputatarum personarum necnon fidelium corundem animatum salutem procuramus.

¶ 1. Cum itaque, sicut accepimus, dilecti filii Generis & fratres Ordinis B. Marie de Mercede Captivorum, sub regula S. Aug. quem clara memorie Jacobus Argonum Rex fundavit, eleemosynis à Christi fidelibus pia largitione acquisitis, fidèles apud Saracenos eosdem in dicta captivitate, & servitute detentos, ne nomen Christi blasphemant, & abnegent ipsius fidem, redimere conseruent; ac anno proximè præterito Centum octoginta Christianos apud Saracenos in servitute hujusmodi detentos præfatis eleemosynis ab eadē servitute redemerint, & proprie libertati restituient.

¶ 2. Nos cuncti eam animarum salutem Generali

4.2. Nos cupientes animarum saluti Generalis, & fratre
trum dicti Ordinis; necnon per illos ad redimendum di-
ctos Captivos ejusdem Ordinis fratrum, ac eorum socio-
rum pro tempore deputatorum, ac Captivorum hijsusmo-
di consilere, auctoritate Apostolica tenore presentium
perpetui statuimus, & ordinamus, ut Generalis, & fratres
dicti Ordinis presentes tantum; ac pro Redemptione sc-
hujusmodi quinque vel sex dumtaxat deputati, & pro
tempore deputandi fratres, & singuli eorum socii; nee-
non Captivi presentes, & futuri, quemcumque Presbyte-

rum Ecclesiarum, vel regularem in suum possint elegere confessorem, qui eorum confessione diligenter auditus, eos & ipsorum quilibet à quibusvis excessibus, delictis, criminibus, & peccatis per eos commissis, de quibus ore cunctis, & corde contriti fuerint, et tamen talia forent proprietas sedes Apostolica esset meritò consulenda: sci-
lice Generali, & fratres presentes tantum; ac in capti-
vitate detenuti semel in vita dumtaxat; & deputatos, &
pro tempore deputandos ad Redemptionem Captivo-
rum, ac socios eorum hujusmodi roties quoties pro ipso
Redemptione ad ipsos Infideles miserentur, absolvere,
& penitentiam salutarem injungere, ac quod ipsi omnibus
in reditus articulo plenariam omnium peccatorum
suorum rappositionem, & indulgentiam, si fuisse posset, fiduci,
unitate Sacrae Romanae Ecclesie, ac obedientia, & devo-
tione nostra, vel successorum nostrorum Romanorum
Pontificum canonice imprimitum & sustentibus, dicta au-
toritate largiri possint, & valeant.

5.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis aliis literis Apostolicis suspensiorum, & revocatione pleniarum Indulgenciarum quantumcumque tam à nobis, quam à fel. record. Calixto tertio, Pio secundo, & Paulo etiam secundo Romanis Pontificibus predecessoribus nostris, cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, ac aliis fortioribus, & insolitis clausulis emanatis, & à nobis emanandis, quorumcumque temporum existant; etiam in illis expressè caveatur, quod si nullatenus, aut nisi sub certis modis, & forma tunc expressis derogari possit, quarum vim & effectum ad praemissa non extendi debere decernimus, pariter & declaramus, ceterisque contrariis quibuscumque

9.4. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pagi-
am nostrę ordinationis, constitutionis, declarationis, &
statuti ipsifringere, vel ei ausu temerario contrarie. Si quis
utem hoc attentare præsumperit indignationem omni-
potentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum
jus se noverit incursum.

Dat. Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ D
478. Septimo Kal. Novembris, Pont. nostri anno octav. S.

CONST. IX.

LEONIS X.

Confirmat Pontifex privilegia Ordini B. Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum per diversos Summos Pontifices concessa , plura- raque alia indulget. Necnon omnia , & singula gratias,privilegia,& indulta Mendican- tibus Ordinibus , & eorum personis, ac locis ab Apostolica Sede concessa , concedit.

E O E P I S C O P V S , S E R V V S Edita ac
Servorum Dei : Ad perpetuam rei memoriam. 1616.

Um grata Deo, & accepta hominibus charitatis opera, quæ dilecti filii fratres Ordinis B. Marie de
cercede Redemptionis Captivorum omni studio, quo
modo deductis in Urbeq[ue] septuaginta utriusque se-
c[u]r[um] Christi fidelium per dictos fratres nuper ab impia
racenor[um] servitute non parvo pretio redemptis ocu-
l[um] fide perspicimus, exercere non desinunt, animo vo-
lentibus, dudum quam necessaria sit hujusmodi Redem-
ptionis ad obviandum periculis animarum, quas tam dura
vitus premit; mente complectimur, ea dicto Ordini,
de eo ad dicta Redemptionis opus benè merentibus
sonis libenter concedimus, per quæ divinum hoc
atatis officium erga Christi pauperes propensius in-
valeant exercere. Et ea, quæ propter eos à Prædecessoribus nostris pia consideratione concessa fuisse digno-
ntur, ut eo firmius inconcessa persistant, quo fuerint
prioris Apostolico circumfulta præsidio, dudum à no-
b[us] pertinet, nostrarum approbationis, & innovationis
immine roboranus.

Appendix.

L E O X.

257

- §. 1. Dicendum siquidem sol. record. Nicolaus Papa Quartus prædecessor noster animabus defunctorum, qui in sinceritate fidei, ac unitate, & obedientia S.R.E. & sua suorum successorum Romanorum Pontificum, contributione, & contributione integra, si tempus adforet, & confundi stetatis, ab hac luce migrassemus? Et pro quibus duobus fidem aucti Aragonia, vel pagnum equivalentem, ad prefatam Redemptionis opus dicti Ordinis fratibus eragantur, omnem peccatum, quam post eorum decessum pro laicorum expiatione peccatorum pati debegent, per modum peregrinorum misericorditer in Domino relaxavit. Et plus memoria. Iulius Papa Secundus etiam prædecessor, postmodum papa, pollicetur resolenda memoria Bonifacii VIII. Clemens, Alexandri, Quirini, Clementis, Gregorii, Martini, Eugenii, & Calixti prædecessorum hujusmodi de verbo id verbam refertur approbathe (& nonnulla alia de novo concesserat) litteras Sixti, & aliorum prædecessorum hujusmodi, quatenus essent in usu, auctoritate Apostolica approbat, illaque perpetue firmatis robur obtinere decrevit, ac pro potiori cautela, omnia & singula in dictorum Prædecessorum litteris contenta, eisdem Generali Magistro, & fratribus de novo concessit.
- §. 2. Ac quod Confessor sacerdotalis, vel regularis, quem Confraternitatis ejusdem Beatae Matris canonice instituta utriusque sexus Confratres pro tempore existentes, & eorum quilibet, cuiuscunq[ue] dignitatis, gradus, ordinis, & conditionis forent, ducerent eligendum, ipsos ab omnibus, & singulis eorum excellibus, peccatis, criminibus & delictis, etiam Sedi Apostolica reservatis casibus semel in vita, in aliis vero semel singulis annis, quemadmodum Confratribus Confraternitatis Ordinis Sanctissimae Trinitatis ab eadem erat Sede concessam, absolvere, eisque pro commissis penitentiam salutarem jungere possit.
- §. 3. Et si ipsos Confratres Confraternitatis B. Matris ad loca Ecclesiastico interdicto auctoritate ordinaria suppedita declinare contigerit, cum tamen ipsi causam non dedissent, & quod in eos specialiter non emanasset, in illis clausis januis, excommunicatis, & interdictis exclusis, non pulsatis campanis, & submissa voce Missis, & aliis divinis officiis interesse, ac qui ex dictis Confratribus Confraternitatis B. Matris presbyteri forent, eas celebraro, necnon eorundem Confratrum tempore interdicti hujusmodi decedentium cadavera, absque alia pompa solemni, Ecclesiastice sepulturæ tradilibet, & licet valerent.
- §. 4. Quodque si Confratres Confraternitatis B. Matris tempore ingressus eorum conjugati forent, solitus per virum, & uxorem trincta, & deinde annuatim septem denariis moneta Jacensis, tam vir, quam uxor Confratres dictæ Confraternitatis B. Matris essent, ac omnibus, & singulis concessionibus, indulgentiis, & remissionibus supradictis gaudere censerentur. Vel si eisdem, & aliis fidelicibus praesenti candem Confraternitatem B. Matris pro tempore ingredientes, in eorum ingressu tres solidos cum dimidio dictæ moneta, sive 42. denarios similes, five aliam equivalentem monetam solvere malling, ad dictorum septem denariorum, vel aliquanta aliam solutionem, ratione Confraternitatis hujusmodi faciendam obligati ulterius non essent, perpetuo statuit, & ordinavit.
- §. 5. Et ut eisdem Ordini, & fratribus B. Matris ubi Nativitas Domini, riora ptovenirent subsidia, de Omnipotenti Dei misericordia, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus auctoritate confisi, Universis, ac singulis atriis Ordinis Ecclesiastice, que sexus Christi fidelibus vti confidentibus, seu penitentibus, & confessis, qui aliquam Ecclesiam domorum dicti Ordinis B. Matris in Nativitatis, & Resurre-
- ctionis Domini nostri Iesu Christi, ac Pentecostes, uenionon omnibus, & singulis ejusdem B. Matris totius anni festivitatibus, à primis vesperis usque ad occasum solis dictarum festivitatum, ac in omnibus diebus Domini. Quodagessimo devote viliarent, & inibi manus portigerent adjutrices, pro singulis festivitatibus, & diebus predictis, quibus id sacerent, decim annos, & totidem quadrages.
- §. 6. Qui tempore, quo dicti Captivi, postquam res de deducendis captivos remitti forent, per diversa loca, ad misericordiam Domini propalandom, sub ejus Crucis vexillo publice deputatos per diem eiusdem diversa loca docuntur, tringita denarios similes ipsiis fratribus Regem deceptis erogarent, tringita annos, & tovidem quadrages de injunctis penitentiis in Domino relaxavit.
- §. 7. Et insuper, ut Generalis Magister, & fratribus predicti, ac eorum quilibet omnibus, & singulis gratiis, concessionibus, indulgentiis, & remissionibus, qui bus Confratres B. Matris pro tempore existentes, ac illam ingredientes, & Ecclesias visitantes, ac manus adiutrices portientes, ceterique benefactores hujusmodi utebantur, & gaudebant, ac uti, & gaudere possint quomodolibet in futurum, uterentur, & gauderent, indulserit.
- §. 8. Necnon eidem pro tempore existenti Magistro, & ad id de ipsis expresso consensu pro tempore deputari predictis fratribus, quæcumque legata ad Redemptionem captivorum hujusmodi pro tempore facta à quibusvis personis, & locis in Hispania, & Regis Hispaniarum dominio exigendi, & recipiendi plenam, & liberau factum concessit, prout in dictis Julii prædecessoris de super concessis literis plenius continetur.
- §. 9. Et sicut exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum moderni Generalis Magistri, & qui dictos septuaginta Captivos redemptos in Urbem duxerunt, postulans à Joannis Lupi Oscensis, Magistri in Theologia, & Arnaldi di Duce Tolosanensis dicti Ordinis B. Matris dominorum Praeceptorum petitio continebat, plura, & diversa utrilibet alia immunitates, exemptiones, privilegia, indulta, & temporales Ordini B. Matris hujusmodi, & illius fratribus, & benefactoriis, ac locis per eoldem, & alias Romanos Pontifices, etiam Prædecessores nostros, & dictæ Sedis Legatos concessa fuerunt. Quare pro parte dictorum Generalis Magistri, ac Joannis, & Arnaldi nobis fuit humiliter supplicatum, ut singulis literis, privilegiis, & immunitatibus, exemptionibus, ceterisque indultis, & gratiis predictis, pro illorum subsistentia fieri, nolite approbationis, & innovationis robur adiudicare. Et ut Christi fideles, crescentibus in dies Infiduum terra, marique potentia, & fidelium in servitatem suam rapina, & præda, sua ad Redemptionis hujusmodi suffragia eo largius exhibeant, quo majora exinde conspexerint premia asequuturos, dicti Ordinis B. Matris & illius personis, & locis, ac benefactoriis eadem, & alia, quæ ad exequendum tam necessarium charitatis officium esse videbimus opportuna, de novo concedere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.
- §. 10. Nos igitur prædictum modernum Generalem Omnia futura. Magistrum, ac Joannem, & Arnaldum, & eorum quemlibet à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à Jure, vel ab homine, quavis occasione, cedisse. ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, singulorum privilegiorum, gratiarum, & indulctorum spiritualium, & temporalium, tam B. Matris, quam Mendicantibus Ordinibus, illorumque personis, & locis concessionum, hujusmodi genores ac si de verbo ad verbum inferrentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ex certa nostra scientia, auctoritate Apostolica tenore præsentium hujusmodi literas, necnon immunitates, ex optiones, privilegia, indulta, & alias gratias dicto Ordini B. Matris, & illius Confratribus, locis,

298 Appendix.

LEO DECIMUS.

& personis de illo benemerentibus concessa hujusmodi, quatenus sint in se, approbamus, & innovamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, & eidem Ordini B. Mariae, & ejus fratribus, locis, & benefactoribus illis de novo concedimus.

§. 11. Necnon omnia, & singula gratias, privilegia, & indulgentias, aprobamus, & innovamus, ac presentis scripti patrocinio communimus, & eidem Ordini B. Mariae, & ejus fratribus, locis, & benefactoribus illis de novo concedimus.

Et volumus, quod dicta relaxatio penitentium Purgatorii animabus defunctorum, pro quibus dicti duo floren-

ti erogantur, per Nicolaum predecessorum, ut pre-

septur, concessa, eisdem animabus, alia juxta ipsius Ni-

colai predecessoris literas qualificatis, etiam pro qua-

rum singulis nonnisi unum florem simile ad dictam Re-

demptionis opus erogari contigerit, suffragentur.

§. 12. Et statim usque, & ordinamus, quod dicti Ordinis B. Mariae fratres, quadragesimalibus, & aliis anni temporibus & diebus, quibus nonnullae Urbis, & extra illius muros constitentes Ecclesie pro stationibus consequendis à Christi fidelibus visitant, unum, vel duo altaria in Ecclesia domorum dicti Ordinis B. Ma- riae sita devore visitando, omnes, & singulas indulgen- tias, & peccatorum remissiones consequantur, quas con- sequerentur, si singulas Urbis, & extra ejus muros exi- stentes Ecclesias predicas personaliter visitarent. Et hinc participes omnium, & singulorum sacrificiorum, jejuniorum, peregrinationum, etiam ultra ma- re, & aliorum operum, quae nunc, & pro tempore in sacrae sanctorum universalis Ecclesia, & omnibus ejus mem- bris sient.

§. 13. Et quod singuli utriusque sexus Christi fide- les in Civitatibus, & diocesis, in quibus dicti Ordinis B. Mariae aliqua domus constiterit, viro, & uxori pro una persona computatis, qui eisdem Ordinis fratribus ad hoc pro tempore deputatis singulos triginta denarios monete ibidem cursum habentis, seu eorum valorem pro Redemptione hujusmodi erogaverint, ul- tra alias gratias, & indulgentias benefactoribus ipsius Ordinis B. Mariae dicta auctoritate Apostolica concessa, quo- ad vixerint, temel in vita, & in mortis articulo plena- riamente omnium peccatorum suorum, de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint, indulgentiam, & remis- sionem consequantur.

§. 14. Et quaevis pecuniarum summa, aut res aliqua pro Redemptione alicuius personae specificè pro tempo- re oblatæ, & per dictos fratres Ordinis B. Mariae accepta, in Redemptionem eisdem personæ alia verò elemosyna, & pia suffragia à Christi fidelibus pro Redemptio- ne captivorum in genere pro tempore erogata, & pro- ventum partes, quæ à singulis dicti Ordinis B. Mariae domibus, seu earum Praeceptoribus ad Redemptionem eandem assignantur, in ipsum Redemptoris opus dum- taxat exponi fideliter debeant, & in nulla alia pietatis opera valeant commutari. Esque omnia in arcum ad hoc per dictum generalem Magistrum specialiter deputan- dat, & sub quatuor clavibus apud quatuor ex primori- bus eisdem Ordinis B. Mariae fratribus deponendis, ad custodiæ conservantur, ac coherentur.

§. 15. Licet autem dicto Generali Magistro, qui pro tempore fuerit, de tertia solâ parte pecuniarum & re- rum pro Redemptione hujusmodi in genere congrega- rum, in suarum, & ipsius Ordinis B. Mariae domorum pauperum, & eorum qui in hoc sancto opere versabun- tur, & se exercebunt, ingruentium pro tempore necessita- tum subfidiu disponere.

§. 16. Declaramus etiam scientia, & Apostolica au- toritate similibus, quæcumque ad Redemptionem hujus- modi pro tempore legata, relieta, & donata, sub quibus- vis rerum ad plas causas reliatarum, vel donatarum ap- plicationibus, etiam in favorem fabricæ Principis Apo- stolorum de Urbe, vel subfidiu expeditionis con- tra infideles, etiam in specie de bonis ad eandem Re- demptionem pertinentibus, per nos, & Sedem predi- catorum factis, & faciendis nequaquam comprehendendi, sed esse ab illis perpetuis futuris temporibus prorsus exce- pta.

§. 17. Demam dictis fratribus Ordinis B. Mariae, &

Comitariis ab eis super negotio Redemptoris hujus- modi pro tempore deputatis indulgentias, & peccatorum remissiones, ceteraque privilegia & indulgentias, & alii Christi fidelibus, corumque suffragia ad premissæ exhibi- tibi concessa, ubi, quando & quoties eis opportunum videbitur, per se, vel alium, seu alios ut Ecclesiæ, & alios locis, etiam solemniter publicandi, & publicati facienda plenaria, & liberam licentiam chargant.

§. 18. Præcipienteis fiduciâ universi, & singulis ve- nerabilibus fratribus magistris Archipiscopis, Episcopis, & aliis, & eorum ordinariis, & viris & fidei obsequiis, & sub interdicto, & sub missa latente, & ipso facto quo tempore consenserit, & eis voluntate, de dicti Ordinis B. Mariae fratres, Comitarii, & ceteri, ab eis etiam ad prædicationem, & publicationem hujusmo- di opus pro tempore deputandis, aut coniunctum si- per premissæ directe, vel indicente quovis ratione co- lore impedianc inquietent, vel persiguent.

§. 19. Nec ab eis ratione singularium literarum, quæ ab ipsi pro publicationib hujusmodi in eorum Ecclesiis, & civitatibus, & diocesis, seu districtibus commodis faciendis concedere solet, ultra quinque floreos li- miles pro eis, corumque secretariis, & notariis, & alii ministris accipiunt.

§. 20. Decernentes presentes literas quibusvis revo- cationibus, suspensionibus, aut aliis contrariis disposi- tionibus, per nos, & Sedem eandem pro tempore fa- cies nullatenus subiacere: Non obstantibus Apostoli- cis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis edi- tis generalibus vel specialibus constitutionibus, & or- dinationibus, ac omnibus illis, que Nicolaus, Sextus, & Julius predecessoris predicti in singulis suis literis predicatis voluerunt non obstat, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 21. Ceterum quia difficile foret presentes literas ad singula queque loca, ubi earum usus ad premissa necessarius foret, originaliter posse transferri, volumus & eadem Apostolica auctoritate etiam decernimus, quod ipsarum presentium transumpto publici Notarii sub- scriptione, & alicuius Curia Ecclesiastica, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constituta sigilli impressione munito ea ubique fides adhibetur indubia, quæ pre- sentibus adhucetur, ubicumque essent exhibita, vel ostensa.

§. 22. Nulli ergo omnino hominum licet hanc pa- gina nobis absolutionis, approbationis, innovationis, communicationis, concessionis, declaracionis, voluntatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentre presumperit, indignationem Omnipotens Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apolo- gorum ejus se noverit incursum.

Dat. Roma apud S. Petrum, anno Incarnationis Do- minice 1516. quinto Kalend. Aug. Pontificatus nostri anno 4.

CONS. X.

CLEMENS VII.

Confirmat Pontifex omnes gratias Ordini B. Mariae de Mercede Redemptoris captivo- rum à Predecessoribus suis concessas, ac plura alia Magistro Generali predicti Ordinis de novo concedit. Præcipitque Notariis, & executoribus testamentorum, quatenus qui- libet eorum respectivè copiam de relictis pro hujusmodi Redemptione exhibere, & sum- man cum effectu solvere dicto Ordini te- neatur. Quodque publicatio Indulgentiarum fieri possit etiam in locis, in quibus nulla Domus predicti Ordinis existit.

CLEMENS

Appendix. CLEMENS VII. SIXTUS V.

299

D. C L E M E N S E P I S C O P U S,
Servus Servorum Dei. Dilecto fili Salutem, & Apostoli-
cam benedictionem.

Exponit nobis nuper fecisti, quod dudum fel. rec. Boni-
ficius Octavus, Alexander Quartus, Clemens quartus,
Gregorius Undecimus, Martinus Quintus, Eugenius
quartus, Calixtus tertius, & Leo Decimus Pontifices
prædecessores nostri multa privilegia, & indulgentia
etiam indulgentias Ordini, & Religioni Beatae Mariae de
Mercede Redemptoris Captivorum præcedimendis pau-
peribus Christi fidelibus de manib[us] infidelium & Ta-
catarum suppliciis. Et sicut erat expositio subiungebat,
licet nos pro pio dicto opere exercendo privilegia, & In-
dulgentias hujusmodi confirmaverimus, tamen quia multi
Christi fideli os dictas indulgentias se consequi posse du-
bitant, quām vinculo excommunicationis se innodatos, &
forte leprosos esse considerant, atque ex eo quod summa-
trium solidorum & eriguntur donatorum à Christi fidelibus
pro cœsequenda indulgentia persolvendū, ab aliquibus
personis videtur gravis dicta Religio effectum indulgen-
tiarum predicatorum integrè consequi non valet. Quare
nobis humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis oppor-
tuñè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

§. 1. Nos igitur, qui ad ea, quā animatum cunctorum
Christi fidelium, saluti, procurantur, & pauperibus capti-
vis subvenire possunt libenter incedimus, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, Tibi & pro tempore existenti Ma-
gistro Generali dicti Ordinis, quod tu, & ipse, ac per vos
pro tempore deputandi, omnes & singulos Christi fide-
les, ad effectum gratiarum predicatorum consequendum,
et quocumque vinculo excommunicationis absolvere. Et
quidquid tu, & pro tempore existens ipsius Ordinis Ge-
neralis Magister, tam triginta denariorū & trium soli-
dorū, quām alias quascumque taxas, & pecunias pro con-
sequendis indulgentiis, & peccatorum remissionibus, tam
pro vivis, quam pro defunctis, & aliis gratiis, ut prefer-
tur, vel alia designatas, & impositas, quoties vobis pla-
cuerit, & prout vobis videbitur, moderari, & minuere li-
berè, & licite possitis, & valeatis, auctoritate Apostoli-
ca, tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

§. 2. Necnon quod relaxatio pœnaru[m] Purgatoriū an-
timabus defunctorum concessa, hujusmodi anima, pro qua
summa per te, & pro tempore existentem dicti Ordinis
Magistrum Generalem taxanda, hujusmodi solvi con-
tingat, etiam si ex parentibus, vel consanguineis solvens
hujusmodi non existat, suffragetur, ipsaque anima re-
laxationem eandem consequatur.

§. 3. Et quod quilibet ex viris, sive mulieribus, qui
taxam ad hoc per te, & pro tempore existentem Magi-
strum Generalem hujusmodi taxandam persolverit, omni-
bus, & singulis indulgentiis, concessionibus, & gratiis
confratribus, & benefactoribus, ac aliis hujusmodi per-
nos, & prædecessores nostros concessis uti possit.

§. 4. Nullusque facularis, vel cuiuslibet, etiam præ-
dicti Ordinis Regulares, absque expressa licentia Magi-
stri Generalis pro tempore existentis dicti Ordinis in
scriptis tradita, indulgentias dictæ Religioni concessas,
& pro tempore concedendas prædicare, ac legata, ele-
emosynas, seu quæstus pro redemptione Captivorum pe-
tere, aut capere possit, & qui contraria fecerit, censuras ac
pœnas per Calixtum, & alios Romanos Pontifices prædi-
cos in talia usurpantes inflitas incurrit.

§. 5. Et quilibet Notarius de reliquis pro Redemptione
Captivorum hujusmodi in instrumentis, de quibus roga-
tus fuerit contentis, intra duos menses, à die rogationis,
aut obigua testatoris, hujusmodi computandos, de omnibus
& singulis pro Redemptione Captivorum hujusmodi
instrumentis quomodolibet contentis tibi, & pro tem-
pore existenti dicti Ordinis Magistro Generali, vel ali-
cui ex vestris commissariis, si illius copiam habere po-
terit; alioquin unius ex fratribus dicti Ordinis, etiam si opus
fuerit, nuncium ad ipsum Generalem mittere (expensis
tamen ipsius Generalis, aut ex reliquis hujusmodi deduc-
endis) destinando, dare, & manifestare sub excommu-
nicationis sententia debeant, & censeantur.

§. 6. Executores testamentorum quorumcumque re-

lata pro Redemptione Captivorum hujusmodi infra ap-
punctum à die ipsorum testatorum obitus computandum, legata solle-
hujusmodi Magistro Generali dicti Ordinis realiter, re sententiis
& cum effectu solvere debeant, & censeantur.

§. 7. Quodque publicatio indulgentiarum, & aliorum indulgentia-
rum, etiam in locis, in quibus nulla domus dicta rum pubblicatio
Ord. B. Mariae de Mercede existat, fieri possit.

§. 8. Necnon præmissa sub quibusvis revocationibus,
etiam in favore fabrica Basilice Principis Apostolorum
de Urbe, & Crucis, ac Fidei, etiam motu proprio, &
cerca Scientia, ac de Apostolica potestatis plenitudine, &
consistorialiter, & cum quibusvis etiam derogatoriarum
derogatoriorum, Aliisque efficacissimi, & insolitis clausulis
a Sede Apostolica quomodolibet, etiam plures emanati,
& emanandis, nullatenus comprehendendi possint. Sicque
per quoscumque tam ordinaria, quam delegata, & mixta
auctoritate fungentes Judices, & personas ubique judi-
cari, & cognosci, atque decidi debere, sublata eis, & co-
rum cuiilibet quavis alteri judicandi, & cognoscendi, at-
que decidendi facultate: irritum, & inane quidquid se-
cūs super his à quoquam, quavis auctoritate, scienter,
vel ignoranter contingit attentari, decernimus.

§. 9. Et nihilominus dilectis filiis Valentiniis, & Ca-
esarugstantis, ac Barchinonensis officialibus per præsep-
tes commitimus, & mandamus, quatenus ipsi vel duo
vel unus corum per se, vel alium, seu alios tibi, & pro
tempore existenti Magistro Generali dicti Ordinis in
præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant
præsentes literas, & in eis contenta quæcumque plenum
effectum sortiri, non permetentes vos desuper quomo-
dolibet molestari, impediti, aut inquietari. Contradicto-
res quoilibet & rebellis, etiam per quæcumque, de qui-
bus eis placuerit, censuras & pœnas, atque alii opportu-
na iuris remedia, appellatione postposita compescendo,
ac legitimis super his habendis servatis processibus, cen-
suras & pœnas ipsas iteratis vicibus aggravando, invoca-
to etiā ad hoc opus fuerit, auxilio brachii secularis.
Non obstante præmissis, ac fel. rec. Bonif. Papæ VIII. præ-
decessoris nostri de una, & in Cecilio Generali de duabus
dictis habita, dummodo ultra tres dictas aliquis auctoritate
præsentium ad judicium non trahatur, & alii Apo-
stolicis, ac Provincialibus, & synodalibus constitutioni-
bus, & ordinationibus, necnon quibuscumque in contra-
rium fuit sicut editis, statutis, & consuetudinibus, ac funda-
tione, etiam iuramento, confirmatione, vel quavis firmata
alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & litteris
Apost. quibusvis personis, forsitan concessis, confirmatis, &
innovatis. Quibus omnibus, etiam pro illorum suffi-
cienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus spe-
ciali, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad ver-
bum, non agem per clausulas generales id est importantes,
mentio, seu quævis alia exprelio habenda, atque aliqua
alia exquisita forma servanda fore, tenores hujusmodi, ac
si de verbo ad verbum inferentur præsentibus pro ple-
ne & sufficienter expressi habentes, illis aliis in suo ro-
bore permanens, hac vice dumtaxat specialiter, & ex-
presse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. Romæ apud S. Petri, sub annulo Piscatoris, die 24. Julii, anno 1529. Pont. nostri anno 6.

C O N S T . XI.

S I X T U S V.

Concedit Pontifex fratribus Ordinis B. Mariae
de Mercede Redemptoris Captivorum an-
te apud Ecclesiam sanctæ Rufinæ Transti-
berim commorantibus, Ecclesiam sancti Ha-
driani de Urbe in Foro Boario.

S I X T U S E P I S C O P U S, Ed. An. 1529.
Servus Servorum Dei: Ad perpetuam rei memoriam.

Um ex omnibus Christianæ charitatis officiis, qui-
bus æterna salus per gratiam Dei comparatur, illa
Redemptori nostro. Iesu Christo vel maximè placere
credamus, per quæ infelices Captivi à terra impiorum
seruitute revocantur.

§. 1. Primum,

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 1. Primum & salutiferum propositum electorum sacerdotum & liorum fratrum Ordinis Beate Marie de Mercede Redemptionis Captivorum, qui hunc optet ex eorum primario instituto jugiter intendunt, promovere cupientes, ea illis loca in Urbe nostra libenter concedimus, & assignamus, in quibus ipsis Altissimo famulari, divinamque operam ad eam regi perficiendam assidue implorare possint.

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 2. Motu itaque proprio, & non ad aliquid nobis de super oblate petitionis instantiam, sed de nostra meta liberalitate, ac certa scientia nostris, atque Apostolicis potestatis plenitudine, usum Ecclesie sancti Hadriani de Urbe predicta, que denominatio Diaconi Cardinalis existit, cui dilectus filius noster Augustinus ejusdem sancti Hadriani Diaconus Cardinalis, Cusanus nuncupatus, presens, & in qua nunquam fecit Divinum officium celebratur, cum domo illi adhaerente, ac situ ad ipsam Ecclesiam pertinente, de ipsis Augustini Cardinalis expresso consensu, & salvis eidem Augustino Cardin. & pro tempore existenti Diacono Cardinali, ipsis S. Hadriani bonis, proprietatibus, iuribus, actionibus, fructibus, redditibus, & proventibus, quos D. Augustinus Cardinalis, suique successores sancti Hadriani Diaconi Cardinales cum integritate, & abique alio onere, seu contributione percipere possint & debeant. Necnon collationes, & quavis alia dispositione, seu jure conferendo dicta Ecclesia Canoniciatus, & Prebendas, ac alia beneficia ad pro tempore existentem Diaconum Cardinalem sancti Hadriani spectantia, & pertinentia, pro tempore vacantia, eidem ordini pro una Domo, seu Monasterio Ordinis predicti inibi cum Conventu, Claustro, Dormitorio, Refectorio, cellulis, hortis, hostalitiis, aliisque Officiniis, & fabricis necessariis pro competenti habitatione fratrum dicti Ordinis, qui eidem Ecclesia in divinis deservire, & omnia onera illi incumbentia perferrere, etiam abique eo quod aliquid pro coram alimentis, aut aliis necessariis ab ipso Augustino Cardinale, aut pro tempore existente Diacono Cardinale sancti Hadriani hujusmodi petere, aut habere possint (statu seculari ejusdem Diaconi, tam quoad ipsum Augustinum, & qui pro tempore fuerit Diaconus Cardinialis, quam quoad Canonicos predictos, quorum jura, & prerogativa nunc & pro tempore semper illa remanent, in aliquo non mutato; sed illo quoad praemissa semper salvo, & firmo remanente) auctoritate Apostolica tenore presentium perpetuo concedimus, & assignamus.

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 3. Ipsiisque Monasterium sic constituendum, & edificandum, ex nunc, prout ex tunc, & è contra postquam extructum, & edificatum fuerit, in Monasterio dicti Ordinis sine aliquid praejudicio erigimus, & instituimus.

*Eis affectis
de Monasteriis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 4. Ita quod liceat dilectis filiis Magistro Generali Franciso de Salazar, & ejus Vicario, seu Procuratori generali Franciso de Torres fratri dicti Ordinis, usus dicta Ecclesia corporalem possessionem propria auctoritate liberè apprehendere, & perpetuè retinere, nullius ad hoc requisita licentia.

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 5. Ipsiisque fratres à Monasterio, Ecclesia, ambitu, & situ predictis per Titularem pro tempore existentem, seu Canonicos dicta Ecclesia, aut quovis alios, quovis praetextu, seu causa, vel occasione amoveri nunquam possint.

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 6. Ipsiisque Fratribus, quod omnibus, & singulis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, præminentibus, antelationibus, gratiis, indultis, indulgentiis, etiam plenariis, peccatorum remissionibus, aliisque gratiis, tam spiritualibus, quam temporalibus, & aliis quomodolibet punctupatis, quibus alii fratres aliorum Monasteriorum dicti Ordinis quomodolibet uruntur, potiuntur, & gaudent, parviter uti, potiri, & gaudere valeant, indulgemos.

*Principium
Institutionis
fratrum Ordinis de Mercede Redemptoris Captivorum.*

§. 7. Decerentes presentes literas nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis vitiis, seu intentiis nostris, vel quoquam alio defectu, etiam ex quo interesse habentes vocati non fierint, notari, impugnari, invalidari, aut ad terminos Juris reduci, seu in jus, vel controveriam revocari posse. Sieque per quoscumque Judices, & Commissarios quavis auctoritate fengentes, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S.R.E.

SIXTUS V.

Card. sublata eis & eorum cuilibet quavis alteri judicandi & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique judicari, & definiti debere. Necnon irritum, & inane si securus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit possumi.

§. 8. Quocirca dilectis filiis nostris in alma Urbe, & ejus distinguis in spirituibus Vicario, & causarum Curie Camere Apostoli Generalibus, motu simili per presentes mandamus, quatenus ipsis, vel dubi, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios presentes literas, & in eis contenta quoamque, ubi & quando opus fuerit, ac quovis pro parte dilecti filii Magistri fuerint requisiti, solemniter publicent, & faciant eisdem fratres premisis omnibus, & singulis iuxta presentium tenorem pacifice frui, & gaudest. Nec permittant eos desuper à quodcumque quomodolibet molestari. Contradictores quilibet & rebelles, & premisis non parentes, per sententias, censuras & penas Ecclesiasticas, aliquae opportuna juris media, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstante nostra de unionibus committendis, vocatis quorum interest, ac exprimendo vero valore, ac Lateranensis Concilii novissime celebrari, uniones perpetuas, nisi in casibus à jure permisiss, fieri prohibentis, ac aliis constitutionibus, & ordinacionibus Apostolicis, necnon Ecclesiæ, ac Ordinis hujusmodi juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, ac literis Apostolicis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, illorum tenores presentibus pro expressis habentes, illis alias in suo labore permanentur, hac vice dumtaxat specialiter, & excepte derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris, die 8. Aprilis 1589. Pont. nostri anno quarto.

Marcellus Vestrius Barbianus.

CONST. XII.

Confirmat Pontifex novas constitutiones, ordinationes, ac reformationes Ordinis B. Matris de Mercede Redemptionis captivorum: Necnon omnia, & singula Privilegia, ac Indulgencias etiam plenarias, aliasque gratias spirituales, & temporales predicto Ordini ab Apostolica Sede concessa, confirmat item, ac de novo concedit.

SIXTUS PAPA V.

Nter præcipuas nostra sollicitudinis partes, illud unum semper providere curamus, ut Regularis personæ, non solum iuxta laudabilia eorum instituta ita Deo Salvatori nostro famulentur, ut aliis exemplo esse possint, sed etiam, ut taliter munitæ & suffulta privilegiis & externis adjumentis existant, ut in eorum favore propter temporalia minimè tepefcere cogantur, aut aliter perturbari, & inquietari ullatenus possint. Ad quod & promptius erga Ordinem Beatae Marie de Mercede Redemptionis Captivorum in Regnis Hispania primitus erectum, faciendum inducimur, quod ejusdem Ordinis professores ita eximio sunt charitatis zelo succensi in proximorum salute, vita, ac libertate procuranda, ut sese in pretium, & pignus pro Christi fidelibus à Saracenum misera servitudo redimendis, & liberandis tradere, & mancipare (cum necesse fuerit) non vereantur.

§. 1. Sane cum pridem nos ad tollendas nonnullas in hac Religione controversias, certam formam pro capituli, ac Magistri Generalis celebratione ac electione facientis ordinaverimus, & statuetimus, ac sicut pro parte dilectorum filiorum Francisci de Salazar Generalis Magistri, ac Francisci de Torres Procuratoris dicti Ordinis, ac Vicarii Generalis Nobis expositum fuit, pro ejusdem Ordinis directione & propagatione, iuxta temporum qualitatem & exigentiam nova quadam reformationes, ac de cœcta de loco Capituli Generalis, quam de vocalium electorum,

Appendix.

PAULUS QUINTUS.

301

electorum, & definitorum auctoritate, ac aliorum dicti
Ondipis Superiorum officio, iuxta fel. record. Pii Quinti,
& Gregorii XIII. Romanorum Pontificum predecesso-
rum nostrorum, ac nostras literas prefatas sancta-
fuerunt. Insuper à diversis Romae Pontificibus predecesso-
ribus nostris eidem Ordini plura privilegia, & gratias
tam spirituales, quam temporales concessa, confirmata
& innovata fuerant, nobis humiliter supplicatus fuit,
ut premissa omnia confirmare, ac eis robur adficere, ac
alibi in primitissimis opportune providere de benignitate
Apostolica dignarentur.

§.2. Nos honestis, ac piis supplicationibus hujusmodi
inclinati, ac eisdem Generalem, & Procuratores, Pro-
vinciales, Superiores, & fratres à quibusvis excommunicati-
onis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis
sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine qua-
vis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet
innodati existant, ad effectum praesentium dumtaxat con-
sequendum, barum serie absolventes, & absolutos fore
censentes: Necnon Decretorum praedictorum reformationes,
indulctorum, privilegiorum, gratiarum, literarum, etiam singularem tenores pro sufficienter expressis, ac
de verbo ad verbum insertis habentes, constitutiones, or-
dinaciones, reformationes, provisiones, ac decreta ele-
ctionem, auctoritatem, potestatem, officium Magistri Ge-
neralis, electorum, definitorum, vocalium, Priorum, Fra-
trum, ac aliorum sub dicta regula, & institutis degentium
directione, gubernationem, curam, & administratio-
nem, visitationem, correctionem quomodolibet, in ge-
nere, vel in specie concernientia, quatenus pia, & ho-
nesta, ac sacris Canonibus non contraria, & ad formam
Tridentinæ Synodi, ex certa scientia, ac de Apostolicæ
potestatis plenitudine approbamus, & confirmamus: ac
omnibus in virtute sanctæ obedientie, ac sub excom-
municationis, & aliarum poenarum, pro arbitrio Ma-
gистri Generalis pro tempore existentis, incurru obser-
vati, ac inviolabilitate custodiri mandamus. Supplentes
omnes & singulos tam iuris, quam facti, ac solemnita-
tum quacumque quomodolibet omissarum defectus,
si qui forsan intervenient in eisdem.

§.3. Necnon omnia, & singula privilegia, exemptiones,
immunitates, libertates, prærogativas, antelationes,
favores, præminentias, indulta, licentias, stationes,
declarations, facultates, concessiones, indulgentias etiam
plenarias, ac peccatorum remissiones, atque relaxations,
aliasque gratias spirituales, & temporales Ordini præ-
fato, ac singulis illius Monasteriis, Prioratibus, & aliis
monasticis, & regularibus locis, eorumque Generali,
Prioribus, Definitoribus, Visitatoribus, Superioribus,
Fratribus, ac aliis Religiosis per quoscumque Prae-
decessores nostros Romanos Pontifices, ac Sedem Aposto-
licam, tam in genere, quam in specie, etiam per modum
communicationis, extensionis, & ampliationis, ac aliis
quomodolibet concessas, confirmatas, & approbatas:
etiam talia forent, que specialem requirerent mentio-
nem, quatenus sint in usu, & ad formam dictæ Synodi
Trident. & quoad privilegia, modò nulli præjudicium
infierant, approbamus, ac etiam de novo concedimus. Et
illis omnibus, & singulis uti, frui, & gaudere, sicut ea
omnia justè, & pacifice possident, liberè, & licite posse,
& debere decernimus, ac indulgemus.

§.4. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apostolicis quomodolibet in contrarium facien-
tibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut praesentium transumptis
manu Magistri Generalis, seu aliquo Superiori dicti
Ordinis, & aliquo Notarii publici subscriptis, & sigillo
ejusdem Ordinis designatis eadem profusa fides adhi-
beatur, que praesentibus adhibetur, si forent exhibite
vel ostendit.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 26. April. anno 1589. Pont. nostri anno quarto.
M. Vestrius Barbianus.

CONST. XIII.

PAULI V.

Summarium literarum in forma Brevis.

Concedit Pontifex quod in universo Ordine Redemptorum S. Mariae de Mercede libe-
rè, & licite officium B. Mariae de Mercede
in die solemnitatis Revelationis, seu def-
ensionis ejusdem B. Virginis Mariæ pro-
fundatione Ordinis, in Dominica proxi-
miori Kalendis Augosti celebrari confue-
tæ, juxta formam in Breviario Romano
contentam, in Festo Dedicacionis ejusdem
Beatae Mariæ ad Nives recitari possit: Af-
fignatque tres Lectiones pro secundo No-
cturno.

P A U L V S P A P A V. Edita in D.
Ad perpetuam rei memoriam.

D Ebet Romano Pontifici, quem Dominus omnipo-
tens in persona Principis Apostolorum militanti
Ecclesiæ sponsæ sua præficere dignatus est, ea benigni-
tate concedere, que ad glorioissimam, semperque Dei
genitricis Mariæ venerationem, & Christi fiduciem, pre-
fertur verd sub ejus patrocinio, & suavi Religionis iugo
Altissimo famulantum devotionem erga illam promou-
vendam noscentur pertinere.

§.1. Cum itaque, sicut dilecti filii Franciscus de Ribera
Magister Generalis, & Fratres Ordinis Beatae Mariæ ex-
Mercede Redemptionis Captivorum Nobis nuper ex-
poni fecerunt, quia in eorum solemnitate in Dominica
proximiore Kalendis Augosti celebrari solita, Officiu-
mum B. Mariae de Mercede.

Beatae Mariæ, juxta formam Breviariorum Romani, & prout
in dicto Breviario continetur & recitatur in Festo Dedi-
cationis ejusdem Beatae Mariæ ad Nives, ex concessione
Sedis Apostolicæ recitare, infrascriptas Lectiones in se-
cundo Nocturno Officii hujusmodi recitare summoperè
desiderent.

§.2. Nos piis Magistri generalis, & fratrum Praedi-
torum votis benigne annuere, illosque specialibus fa-
voribus, & gratiis prosequi volentes, & eorum singu-
lares personas à quibusvis excommunicationis, suspen-
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, cen-
suri, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione,
vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata exi-
stunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum,
barum serie absolventes, & absolutas fore censentes,
supplicationibus illorum nomine super hoc nobis hu-
miliiter porrectis inclinati, lectiones hujusmodi, que à
Venerabilibus fratribus nostris Sanctæ Romanæ Eccle-
sie Cardinalibus sacris Ritibus præpositis apprebatæ
fuerunt, de corundem Cardinalium consilio Apostolica
auctoritate tenore praesentium perpetuò approbamus, &
confirmamus, utque ab omnibus & singulis dicti Ordini-
nis fratribus in secundo Nocturno prædicti officii libe-
rè recitari possint, & valeant, auctoritate, & tenore præ-
dictis concedimus, & indulgemus.

§.3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinatio-
nibus Apost. ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam
juramento, confirmatione Apost. vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque con-
trariis quibuscumque.

Tenor autem Lectionum prædictarum sequitur, & est Tener lectionis
alis, videlicet: Ex decretalibus literis, quibus Beatus
Raymundus Peñafort à Clemente Octavo Pontifice ma-
ximo in Sanctorum Catalogum adscrivatur.

Sub Datum Romæ apud Sanctum Petrum, anno Do-
mini 1601. 3. Kalendas Maii, Pontificatus sui anno de-
cimo.

CC. LECTIO

LECTIO IV.

Cum Petrus Nolasco natione Gallus, vir opibus florēns & insigni pietate preditus, cuius confessiones B. Raymundus audiebat, qui in pauperes, ac prīcipue Captivos dura servitute ab infidelibus detentos propensissimus erat, nūllumque officiū genus unquam intermisit, quo eos liberare posse existimaret. Quorum hoc etiam majorem curam, & sollicitudinem gerendam esse ognisbat, quo in graviori periculo Christianae fidei abjurande, & amittende salutis eternae versarentur, hortatus ad inopes alendos, & maximē ad captivos ex Barbātū vinculis redimendos suas copias, & opes magne cum alacritate, & hibētū animo conferret, egregium pli, ac liberalis animi officium, pro sua infinita bonitate gratum Deus habuit. q. Sicut Cedrus, &c.

LECTIO V.

Nam proxima nocte in sequenti Beatisima Virgo Dei Mater eidem Petro, qui sanctis meditationibus, & orationi vacans cogitabat, qua ratione calamitatibus Christianorum in captivitate degentium succurrere posset, serena fronte se conspiciendo dedit, & acceptissimum sibi ac unigenito suo filio fore dixit, si suum in honorem institueretur Ordo Religiosorum, quibus cura incumbeat Captivos à tyrannide Turcarum liberandi. Ac illa ipsa nocte eadem Virgo Sanctissima Beato Raymundo, & Jacobo primo Aragonum Regi apparuit id ipsum de Religiosis admonens. q. Quae est ista, &c.

LECTIO VI.

Quare hi collatis inter se consiliis, & consentientibus animis Ordinem B. Mariæ de Mercede Redemptoris captivorum fundaverunt. Cui B. Raymundus certas vivendi leges prescriptis ad ipsius Ordinis vocacionem accommodatissimas; quarum approbationem aliquor annis post à felicis recordationis Gregorio IX. implevit, & dictum Petrum, qui eidem Ordini omnia sua prompte dederat, primum etiam Generalem Ordinis Magistrum suis ipse manus habitu eodem induitum creavit. q. Ornatae monilibus, &c.

Dicit. P.A. 13.
die 12. Junii. Datum Roma apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die 12. Junii 1616. Pontificatus nostri anno duodecimo.



CONST. XIV.

GREGORII XV.

Summarium literarum in forma Brevis.

Confirmat Pontifex Concordiam initam inter fratres Calceatos, & Discalceatos Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis captivorum, super separatione Congregationis corundem Discalceatorum à Calceatis, cum conditionibus, & limitationibus in ea contentis, citra tamen dispensationem super quarto voto.

Edict. A.D. 1621. GREGORIUS PAPA XV.
Ad perpetuam rei memoriam.

Apostolici munera sollicitudo, divina dispensatio-
ne, nullo licet merito nostro, nobis imposita postu-
lat, ut circa statum Religiosarum personarum quarum-
libet, illarum praesertim, quae sub strictioris religionis ju-
go gratum Deo famulatum exhibere desiderant, invigi-
lantes, ad ea, per que religiose persone hujusmodi in
laudabili coram instituto, sublati impedimentis quibus-

libet perseverare valeant, sed alio intendamus, prout con-
spicimus salubriter in Domino expedire.

§. 1. Cum itaque, sicut acceptamus, inter dilectos filios
francis Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Ca-
ptivorum Calceatos ex una, ac fratres ejusdem Ordinis
Congregationis Discalceatorum auncuparorum ex alte-
ra partibus infra scripta Capitula, occasione separatio-
nis ac totalis dismembrationis fratrum Discalceatorum
predicitorum à fratribus Calceatis hujusmodi, de man-
dato dilecti fratris nostri Gasparis tituli Sancta Crucis
in Hierusalem Presbyteri Cardinalis de Borgia nunci-
pati, ejusdem Ordinis apud nos, & Apostolicam Sedem
Protectoris, intervenientibus, & assistentibus dilectis
filii Joanne de Antillon uti Vicario Generali, & Pro-
vinciali, ac Procuratore generali in Romana Curia, &
Petro de Guzman Procuratore Provinciae Castellæ ejusdem
Congregationis Procuratore generali, inita fuerint teno-
ris subsequentis, &c.

§. 2. In primis statuitur, quod supplicetur Suæ San-
ctitati nomine partium supradictarum, ut pro hac vice
dumtaxat dignetur nominare unum Vicarium Genera-
lem Recollectum, qui habeat eandem auctoritatem, ju-
risdictionem, præminentiam, & superioritatem super
omnes Recollectos, illiusque monasteria utriusque sexus
quam haber Reverend. Generalis super totam Religio-
nem Calceatorum. Et qui similiter possit nominare Pro-
vinciales, definitores, & electores ac Procuratores gene-
rales Provinciarum Castellæ & Bæticæ, ac Sicilie pro
hac vice tantum, & assignare locum, in quo sit celebran-
dum Capitulum generale futurum, & dividere, & nomi-
nare Provincias:

§. 3. Item quod Vicarius generalis Apostolicus gu-
bernet Recollectionem uti supremum caput à die noti-
ficationis Bullæ, seu motus proprii emanandi in confir-
mationem horum Capitulorum ulque ad primum Capi-
tulum generale celebrandum in die Pentecostes anni
proximè venturi 1622. in quo poterit reeligiri, si sic bene
vulni fuerit convenire Recollectioni.

§. 4. Item quod die Pentecostes anni 1622. in poste-
rum futuris temporibus quolibet sexennio de-
beat celebrari Capitulum generale Recollectionis in die
Pentecostes, servando in omnibus ordinem, qui servatur
à Patribus Calceatis, interim quod non siant constitutio-
nes à Discalceatis.

§. 5. Item quod vox tam activa quam passiva pro elec-
tione hujusmodi Vicarii generalis solum competat Re-
ligiosis Recollectis, absque eo quod Patres Calceati, &
corum Reverend. Generalis possint modo aliquo con-
currere, neque intervenire in illa, neque in aliis actibus
capitularibus.

§. 6. Item quod Vicarius generalis Apostolicus eligit
in qualibet Provincia unum Procuratorem generalem,
& quatuor Definitores, ad quos pertineat una cum Pro-
curatore generali Rom. Curia electio futuri Vicarii ge-
neralis, qui debeat residere, vel nominare Presidentem
in omnibus Capitulis.

§. 7. Item quod si contigerit Vicarium generalem
Apostolicum ex vita migrare ante nominationem Pro-
vincialium, in tali casu succedat in officio ejusdem Vi-
carii generalis Commissarius qui fuerit Bætica, & illius
defectu Commendator qui tunc temporis erit Monasterii
S. Barbaræ Oppidi Madriti, & eo non existente Com-
mendator Recollectus Civitatis Hispalensis, & in defec-
tu talis Comendatoris ille qui fuerit Monasterij
nuncupati de San Lucar de Barrameda: quod si talis
mors eveniat facta jam nominatione Provincialium,
tunc temporis succedat in dicto officio Vicarii genera-
lis Provincialis ejusdem Provinciae cuius erat Vicarius
generalis, & eo deficiente Vicarius Provincialis, &
ille non existente, Difflator antiquior ejusdem Pro-
vinciae.

§. 8. Item quod Reverend. Generalis, & Procu-
ratores Provinciales Calceati renuntient omni me-
liori modo de jure locorum habenti Jurisdictionem,
potestati, Superioritati, præminentiae illis quomo-
dolibet spectantium, vel quæ in futurum quo-
rum modoliber

Appendix.

L E O D E C I M U S.

30

modolibet pertinet spadaro, vel pertinere super Recollectionem illius monasteria utriusque sexus.

§. 9. Item quod similiter renuntiant actioni interventi Capitulis generalibus, & provincialibus Discalceatorum, in quibus nullus Calceatus.

§. 10. Quod similiter Patres Calceati renuntiant omni Superioritatibus, Jurisdictioni, electioni, & actioni quomodolibet competentibus illis, vel pro tempore competitur ad obtinendas Præstationes in monasteriis Religiorum Recollectionis utriusque sexus, nunc, & pro tempore existentibus, excepto Monasterio Monialium Recollectarum Oppidi Madriti, quia hoc Monasterium debet remanere sub eadem obedientia, sub qua modis

militari.

§. 11. Item quod Patres Recollecti non possint affilere Capitulis generalibus, vel Provincialibus Calceatorum, neque in illis habere vocem, sive actiæ, sive passiæ, & quod hunc articulum renuntiant omni actioni, & juri nunc, vel pro tempore quomodolibet eis competenti.

§. 12. Item quod similiter renuntiant, & abdicant à se quacumque prætentione, actionem, vel Jus, que nunc habent, & pro tempore quomodolibet habere, vel pretendere possunt ad obtinendas Præstationes in Monasteriis Calceatorum utriusque sexus illis, vel illius provinciæ hucusque annexis.

§. 13. Item pro quanto Recollectione rationabiliter venientur, ne tempus oblivioni mandet tot beneficia accepta à dicta Religione Calceatorum ejus Matre, statuitur, quod Vicarius generalis Recollectus infra tres menses à die sua electionis tenetur illam præsentare Reverendiss. Generali Ordinis, qui si fuerit canonica, necessariè illum confutet. Et hæc sola præminentia referatur Reverendiss. Generali super Recollectionem: quod si facere recusat intra quindecim dies ab illius præsentatione, Recollectione accedit & recursum habeat pro illius confirmatione ad Nuntium sue Sanctitatis in Regnis Hispaniarum commorantem.

§. 14. Item ob paucitatem suffragiorum, que pro nunc in Capitulo generali vocem habebunt, statuitur quod Procuratores Provinciales cujuscumque Provinciae Discalceatorum in electione Vicarii Generalis habent vocem actiæ, sicut Disfinitores Capituli generalis.

§. 15. Item quod Ministerium Redemptionis solum specter Religiosis Calceatis. Et quod Patres Recollecti non se intromittant in recipiendo legatis à Christi fidibus relatis ad dictum effectum, nec possint petere in suis Monasteriis, nec extra præcedimendis Captivis, nec habere Cippos, nec Capsas, nec aliquid aliud pro eleemosyna petenda hac de causa, quia totum hoc debet mandari curæ, & sollicititudini Patronum Calceatorum dumtaxat, sicut usque nunc fuit in consuetudine. Et ad tollendos scrupulos, & sedandas conscientias statuitur quod nomine partium fiat instantia Sanctissimo Domino nostro, quatenus dignetur declarare Religiosos Recollectionis liberos, & deobligatos esse ab exequitione quarti Voti. Et similiter prædictatum partium nomine eidem Sanctissimo supplicetur, quatenus etiam dignetur communicare, & concedere Recollectioni omnia iudicata, & privilegia, que hucusque in favorem Religionis Calceatorum à Sede Apostolica emanarunt, & imposterum emanabant, etiam illa quæ intuitu Redemptionis eidem Religioni sunt concessa, taliter quoq; talia extensio dumtaxat fiat quantum ad fructus spirituales, nullum-reservando, & non quantum ad jus administrandi dictam Redemptionem, & percipiendi fructus, eleemosynas, & alia ad eam quomodolibet spectantia. Nam quantum ad hoc in perpetuum exclusi, & privati manebunt.

§. 16. Item quod omnia decreta, & Bullæ Apostolice in favorem Recollectionis concessa adimplentur de verbo ad verbum, dummodo in totum, vel in parte non contraveniant his presentibus Capitulis.

§. 17. Item quod Vicarius Generalis Recollectionis à Capitulo Sua Sanctitate electus, statin quod fuerit à Notario apostolico requisitus, cum Brevi Apostolico, teneatur

exercere suam officia, attendere, & ante omnia jurando adimplere in omnibus his capitulo, & quocumque illorum, & contrarium faciendo, statis Sandaliimi intelligatur nullius valoris.

§. 18. Item quod concordia debet esse à Religiosis Calceatis, quibus Discalceatis in suis primis Capitulis generalibus respectivè ratificari. Et quod si quilibet ex partibus huius Concordie contravenerit, vel in parte, vel illam non ratificaverit, videatur dimittere ipsius quod habebat contra aliam; & similiter incurrire in peccatum viginti mille ducatorum applicandorum alteri parti.

§. 19. Item quod unanimiter ab utraque parte supplicetur Sue Sanctitati ut dignetur approbare, & confirmare hanc Concordiam per suam motus proprii, vel alio meliori modo sibi benevolo, ut in toto finis imponatur litibus inter dictos Religiosos pendentes.

§. 20. Item quod supradicta capitula, & conventiones ad majus robur, & vim illorum à Procuratoribus generalibus Calceatorum, & discalceatorum prædictæ Religionis suis nominibus subscribi, & firmari debent.

§. 21. Nos felici ejusdem Congregationis regimini, & gubernio, quantum cum Domino possumus, consulere volentes, de Venerabilium fratrum nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium negotiis regularium præpositorum consilio, motu proprio, & ex certa scientia, ac mera deliberatione nostris, omnia, & singula capitula prædicta, & in eis contenta quocumque, citra tamen Dispensationem super quarto Voto hujusmodi, Apostolica auctoritate tenore presentium perpetuè approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmatis robur adjicimus, atque omnes, & singulos, tam Juris quam facti defecus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, superplemus.

§. 22. Insuper pro hac vice tantum dilectum filium Vicarium Generalem carissimum Joannem de Sancto Josepho, alias Maroto, ejusdem Congregationis Vicarium Generalem, cum omnibus, & singulis privilegiis, auctoritatibus, gratiis, favoribus, facultatibus, & indultis, ac alijs modo, & forma supradictis, auctoritate, & tenore prædictis facimus, constituius, & depetamus.

§. 23. Decernentes præsentes literas semper, & perpetuò validas, firmas, & efficaces existere, & fore, luolque plenarios, & integrös effectus sortiri, & obtinere, dicteque Congregationi, & illius professoriis & omnibus, & per omnia plenissime suffragari. Sicque per quocumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ubique judicari, & deciniri debere, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignorantiter contigerit attentari.

§. 24. Quocirca Venerabilibus fratribus nostris Alexander Patriarchæ Alexandrino, modeño, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolica in Regnis Hispaniarum Nuncio, & Archiepiscopis, & Episcopis, in quorum diocesibus domus, Monasteria, & alia ceterum fratrum Discalceatorum regularia loca crecta, & instituta sunt, ac pro tempore erigi, & instituti contigerit, per præsentes commitimus, & mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum, per se, vel alium, seu alios præsentes literas, & in eis contenta quocumque ubi, & quando opus fuerit, & quoties pro parte eorumdem fratrum Discalceatorum fuerint requisiiti, solemniter publicantes, eiisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra Frates Discalceatos prædictos præmissorum omnium & singulorum effectu pacifice frui, & gaudere, non permittentes eos desuper à quoquam quomodolibet indebet molestari, contradictores quilibet, & rebelles, ac præmissis non parentes, per sententias, censuras, & poenas Ecclesiasticas, aliaque opportuna Juris, & facti remedia, appellazione postposita, compescendo, invocate etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis. Non obstantibus felicis record. Bonifacii Papæ Octavi pre-

304 Appendix URANUS OCTAVUS.

decessaria nostri de una, & in Concilio Generali edita de-
duabus dictis, dummodo ultra eis dictas aliquis anteo-
ritate presentium ad Judicium non trahatur, alioisque
quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostoli-
cia, necnon dicti Ordinis etiam sacramenta, confirmatione
Apostolica, vel quavis firmatis alia roboretis sta-
tutis, & consuetudinibus, priuslogis quoque, indultis, &
literis Apostolicis eidem Ordini, illiusque Ministerio Ge-
nerali, ac quibusvis alias superioribus, & personis, sub
quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis
clausulis, & decretis in contrarium praemissorum quo-
modolibet concessis, confirmatis, & innovatis, quibus
omnibus, & singulis, eorum omnium tenores presenti-
bus pro plenè & sufficienter expressis habentes, illis
alias in suo robore permanuris, hac vice dumtaxat spe-
cialiter, & expressè derogamus, ceterisque contrariis
quibuscumque.

*Transumptus
etudi puber.*

§. 25. Volumus autem, quod presentium transumptis,
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica
constituta, auctoritate eadem prorsus fiducia in iudicio, &
extra adhibetur, que presentibus habentur, si forent exhibitis vel offendit.

Datum Romæ apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris,
die 26. Nov. 1621. Pontificatus nostri anno primo.



CONST. XVI.

URBANI VIII.

Summarium Literarum in forma Brevis.

*Ecclesie Anno D.
1626.* Statuit Pontifex, quod in universo Ordine Re-
demptorum B. Mariæ de Mercede Festum
S. Raymundi Nonnati, cum officio & Missa
de communi Confessoris non Pontificis, jux-
ta rubricas Breviarii, & Missalis Romani fu-
turi per futuris temporibus liberè, & licetè
celebrari possit, & valeat.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium. Domini N.I.C. qui servos suos æternæ gloriæ pre-
mio donat in cœlis, vices quanquam immorti ge-
rentes in terris, ex injuncto Nobis pastoralis offici debito
procurare tenemur, ut corundem Servorum Christi
debita veneratio in dies magis promovatur, & laudetur
Dominus in sanctis suis. Quamobrem fidelium quorum-
libet, praesertim verò divini numinis obsequiis sub sua-
vi Religionis iugo famulantur votis, que peculia-
tem Sanctorum hujusmodi cultum respiciunt, libenter
annimus, prout conspicimus in Domino salubriter ex-
pedire.

*Causa Littera
confundens.* §. 1. Sancte dilectus filius Joannes de Quintanilla Pro-
curator Generalis Ordinis Fratrum B. Mariæ de Mercede
Redemptionis Captivorum, totius Ordinis hujusmodi
nomine Nobis super exponi fecit, quod universus Or-
do predicatorum, pro eo quem erga Sanctum Raymunda
Nonnati ejusdem Ordinis, dum vixit, professorem, ac
sancte Romane Ecclesiæ Cardinalem gerit, devotionis
affectionem, ac ad augendam Christi fidelium erga illum de-
votionem, Officium, & Missam de eo, ut infra, recitari
& celebrari posse summoperè desiderat: Quare nobis
humiliter supplicari fecit, ut piis hujusmodi votis an-
tuere de benignitate Apostolica dignaremur.

Servit Pape. §. 2. Nos igitur Ordinem predicatorum specialibus fa-
voribus, & gratiis prosequi volentes, ac singulares ejus
personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis,
& interdicti, alioisque Ecclesiasticis sententiis, censuris,
et peccatis à iure, vel ab homine quavis occasione, vel
causa latere, si quibus quomodolibet innodatz existunt, ad efficitum presentium dumtaxat consequendum, ha-

rum sequi, solventes, & absoluas fore censentes, suppli-
cacionibus ejusdem Joannis quo supra nomine nobis su-
per hoc humiliter porrectis inclinatis, & Venerabilium
Fratrum nostrorum Sanctæ Romane Ecclesiæ Cardina-
lium sacris viibus prepositorum consilio, quod de cate-
ro perpetuis futuris temporibus in universo ordino pra-
dicto Festum sancti Raymundi hujusmodi eam Officio,
& Missa de communi Confessoris non Pontificis, juxta
rubricas Breviarii, & Missalis Romani celebrari liberè, &
licitè possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore pre-
sentium facultatem concedimus, & impartimur.

§. 3. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationi-
bus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam
juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmata-
re alia roboretis statutis, & consuetudinibus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, quod presentium transumptis,
etiam impressis, manu alicuius Notarii publici subscri-
ptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate Ecclesiastica
constituta munis eadem prorsus fides in iudicio, &
extra adhibetur, que presentibus ipsius adhibetur, si
forent exhibitis, vel offendit.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo
Piscatoris, die 9. Maii 1626. Pontificatus nostri anno
tertio.

Scipio Cobellius.

CONST. XVI.

Alterius Brevis Summarium.

De consilio Sacrae Congregationis rituum, ma-
turaque discussione, ac ad majorem Sancto-
rum gloriam tribuit Pontifex plenam, & li-
beram facultatem, ut in universo Ordine
PP. Redemptorum S. Mariæ de Mercede
perpetuis futuris temporibus celebrari possit
Festum Beatis Patriarchæ S. Petri Nolaschi,
cum Officio, & Missa de communi Confessoris
non Pontificis, juxta rubricas Breviarii, &
Missalis Romani.

VRBANVS PAPA VIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Domini nostri Iesu Christi, qui seruos suos æterne gloriæ
premio donat in cœlis, vices quanquam immorti ge-
rentes in terris, ex incumbenti Nobis munere procurare,
ut corundem servorum Christi debita veneratio in dies magis promoveat,
ac laudetur Dominus in sanctis suis. Quamobrem
fidelium quorumlibet, praesertim verò sub sua-
vi Religionis iugo Altissimo famulantur votis, que
peculiariter ipsorum Sanctorum cultum respiciunt, li-
benter annimus, ac favoribus prosequimur opportu-
nis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Sancte dilecti filii Didacus de sancto Raymundo
Fratum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Beatæ
Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum, necnon
Lydovicus de Apparis, Fratum Calceatorum, corun-
dem Fratrum nominibus Nobis super exponi fecerunt,
quod fratres predicti pro singulare, quem erga San-
ctum Petrum Nolascom dicti Ordinis fundatorem ge-
runt devotionem affluti, ac ad augendam erga illum de-
votionem, Officium, & Missam de eo, ut infra, reci-
tari, & celebrari posse summoperè desiderant. Quare illi-
dem ut supra nominibus Nobis humiliter supplicari fe-
cerunt, ut eis desuper opportunè providere de benigni-
tate Apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur piis corundem fratrum votis hujus-
modi annuere, illosque specialibus favoribus, & gra-
tiis prosequi volentes, & eorum singulare personas à
quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdi-
cti.

*Qui fac-
tum est
ad san-
ctum
Petrum
Nolasco
in Rabi-*

Appendix. URBANUS OCTAVIUS. 305

¶ 1. Aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium sacris ritibus præpositorum consilio, re mature discussa, ad maiorem sanctorum gloriam, divinique cultus augmentum, quod de cetero perpetui futuri, tempore festum dicti S. Petri Nolaci ejusdem Ordinis fundatoris, cum officio, & Missa de communi Confessoris non Pontificis juxta rubricas Breviarii, & Missalis Romani in universo ordine prædicto celebrati libere, & licite possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium facultatem concedimus & impartimur.

¶ 2. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dicti Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque.

¶ 3. Volumus autem, quod presentium transumptis, etiam impressis, manu aliquius Notarii publici subscripsit, & sigillo aliquius personæ in dignitate Ecclesiastica constituta munitis eadem proorsus ubique fides adhibetur, quæ presentibus adhibetur, si forent exhibitæ vel ostenditæ.

Dat. Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 11. Octobris 1628. Pontificis nostri anno 6.

CONST. XVII.

Alterius Brevis Summarium.

